2 — 7 —

BIBLIOTECA
DE LA
UNIVERSIDAD DE SALAMANCA.

Sala Est. Tab. Núm.

UNIVERSIDAD
DE SALAMANCA

Nº 146

Nº 146

2-12-4-7

~~Num. 3. cap. 7. num. 31.~~

VNiVERSiDAD DE SALAMANCA
GREDOS.USAL.ES

I
00046

b18337612

Incipit dialogus qui uocatur Scrutiniū ſcripturaꝝ Com/
poſitus per Reuerēdum patrem dominū Paulū de ſancta
Maria Magiſtrum in theologia Epiſcopum Burgenſem
Archicancellarium Sereniſſimi Principis domini Iohānis
Regis Caſtelle et Legiōis Quem cōpoſuit poſt additiones
per eum compoſitas ad poſtillam Nicolai de Lyra Anno
domini. M. CCCC xxxiiii. Anno uero ętatis ſuę. Lxxxi.

**Crutamini ſcripturas in**
quibus putatis uitam ęternam habere et
ille ſunt quę teſtimoniū perhibēt de me.
Io v. Chriſtus uolens Iudęos inſtruere
circa ipſius cognitionē ī qua uita ęterna
conſiſtit. Iuxta illud Io. xvii. Hęc eſt uita
ęterna ut cognoſcant te deum et quem
miſiſti filium tuum: quę quidem cognitio per ſacrarū ſcrip/
turarum ſcrutiniū habetur. De quo. ps. Beati qui ſcrutātur
teſtimonia eius ⁊c. Eos de huiuſmodi ſcrutinio faciendo ex/
hortabatur dicens. Scrutamini ſcripturas ⁊c. In quibus
uerbis tria notantur que ad cognitionem Chriſti per intel/
ligentiam diuinarum ſcripturarum requiruntur. Vnum eſt
quod miſteria Chriſti in ſacra ſcriptura tradita non ſunt
querēda ſolum ſuperficialiter et perfūctorie/ſed diligenter
per modum ſcrutātis. Vt uerus ſenſus litterę clarius ſeu ue/
rius reperiatur ad modum illius qui rem latentem per ob/
ſcuritatem ſeu confuſionem in aliqua domo per diligens
ſcrutinium uult reperire. Vnde Sophonie primo Deus in/
tendens cogitationem in hieruſalem occulte perpetratam
reuelare dicebat. In illo tempore. Scrutabor hieruſalē in lu/
cernis. Per lucernas enim conſueuerunt abſcondita in lati/
bulis ſeu obſcuritatibus reperiri. Quod ꝗdē ſcrutiniū ſcrip/
turaꝝ ī primitiua ęccleſia audiētes Apoſtoloꝝ doctrinam
continue exercebant. De quibus Act. xvii. quotidie ſcru/
tantes ſcripturas ſi hęc ita ſe haberent. Secundū uero ꝙ in

UNIVERSIDAD
DE SALAMANCA
GREDOS.USAL.ES

predicto uerbo notatur. eſt ꝙ non ſolum ex ſcripturis ſacri canonis .ſ. ue. teſtamenti ſunt accipiẽda teſtimonia Chriſti ſed etiam ab aliis ſcripturis apud ipſos hebreos autenticis. et ideo dixit. In quibus putatis uitam habere quaſi dicat Non ſolũ ſcrutemini ſcripturas ĩ quibus uere uitã ęternam haberetis /quę in ſacro canone.ue.teſ.continentur. ſed etiam illas in quibus putatis uitã habere .ſ. quę apud uos ſunt autentice licet in ſe auctoritatem non habeant. Quęquidem ſcripturę ſunt glo. ſeu auctoritates talmudice et alia ſcrip/ta apud ipſos autentica. Ex talibus enim poſſunt ſumi ef/ficacia argumenta contra eos tum quia in nonnullis miſte/riis diuinis q̃tum ad aliq̃ quandoq; prophetabãt neſciẽtes. Vt legitur in Caypha.Io.xi. tum quia in iudicialibus et in diſputatiõibus dyaleticis cõfeſſio aduerſarii pro ſufficienti habetur probatione. Si autem contra hęc dicatur ꝙ ſcrip/tura talmudica et huius nondum erant tempore Chriſti ſcripta. Dicẽdum ꝙ uerum eſt q̃tum ad modum quo nunc ſunt in uoluminibus totaliter cõpilata ſeu ordinata ſed erat perſcripta per longum tempus ante per partes et quaſi per modum apocrifarium et poſtea fuerũt compilata ſeu con/iuncta in libris publicis redacta: ſicut Gracianus inter nos compilauit decreta et dicta ſanctorum quę antea a magnis temporibus fuerunt ędita.et ꝙ ſic ſit de talmudica compi/latione ſeu conſtructione habetur expreſſe a Ra.moy.in ſuo de utero. ꝙ eſt liber magne auctoritatis inter eos in parte prohemiali. ubi principaliter agitur de talmudica auctori/tate de tẽpore quo cõpilatum ſiue conſtructum fuit. Tertiũ ꝙ in predicto uerbo notatur eſt ꝙ per ſcrutinium ſcriptu/rarũ contra Iudeos non eſt querendus ſenſus miſticus.ſed ſolũ litteralis a quo enim ſolo ſecundũ Aug. contra dona/tiſtas et in aliis locis efficax ſumitur argumentum. et ideo ſubdit Ille ſunt quę teſtimoniũ perhibent de me. teſtimoni/um enim probationem dicit manifeſtam quę ex ſolo ſenſu litterali ut dictum eſt habetur. Si autem contra hoc dicatur

ꝙ ſenſus litteralis qui ex primarie ſignificatis per uocem accipitur.non indiget ſcrutinio cũ talis ſenſus ſe offert intel/lectui.et ideo de tali ſenſu improprie diceretur. Scrutamini ſcripturas.Sufficeret enim dicere. legite ſeu intelligite ſcrip/turas. Dicendum ꝙ licet ſenſus litteralis ſacrę ſcripturę ex ſignificatis primarie per uocem accipiatur . non tamen ex hoc ſequitur ꝙ ſcrutinio non indigeat ad uerum litterę in/tellectum reperiendum. Sunt eĩm in ſacra ſcriptura multe dictiones equiuoce ſignificantes diuerſa quę ad hoc ut ſci/atur ſub quo ſenſu accipi debeant requiritur rationis ſcru/tinium. Similiter ſunt in ſcripturis aliqua perabolę tradita in quibus aliquid proprie aut aliquid ſignificatiue traditur Vnde ad ſciendũ quomodo debeant accipi requiritur ſcru/tinium. Similiter cum ueritas alicuius repugnare ꝙ ſepe contingit in ſacris ſcripturis ad litteram intellectus oportet recurrere ad rationis indaginẽ ut repugnantia inter ſacras tollatur auctoritates quę et multa ſimilia occurrunt contra Iudaicam cęcitatẽ diſputando ut infra patebit quorum reſ/pectui et ſimiliũ ratione Chriſtus dicit. Scrutamini ſcrip/turas.Vnde Criſ. ſuper hoc uerbũ ſic dicit Non autem ad lectiõem ſimplicem ſcripturarum ſed ad ſcrutationem ex/quiſitã eas mittebat quia ea quę de eo dicebantur in ſcrip/turis deſuper obũbrabãtur nec in ſuperficie exprimebãtur ſed uelud quidã theſaurus recondebatur hęc ille que q̃dem obumbrationes per equiuocationes et aparentes cõtradic/tiones & huiuſmodi in miniſteriis Chriſti preſertim in an/tiquo teſtamento traditis ſepe occurrant propterea que proprie Chriſtus eis precipiebat . Scrutamini ſcripturas. Sed adtendendum eſt ꝙ quia ipſi Iudęi ſpecialiter Fariſęi non ex toto corde exquirebant Chriſtum ut eum ueraciter agnoſcerent ſed potius ut occaſionem eum repellendi inue/nirent ideo ĩ ſcrutinio ſcripturaaum non de eis uerificatur uerbum predictũ. Beati q̃ ſcrutãtur teſtimonia eius in toto corde exquirunt eum. Non enim ex toto corde exq̃rebant

VNIVERSIDAD DE SALAMANCA

eum . Sed potius de eis circa hoc proprie dicitur illud.ps.
Scrutati ſunt iniquitates . Taliter enim ſcrutati ſunt ſcrip/
turas ut ex eis intelligeretur negare Chriſtum eſſe uerum
meſſiam & ſic de eis uerificatur illud quod ſequitur defe/
cerunt ſcrutantes ſcrutinio .

**Intentio huius tractatus eſt Primo**
diſcurrere per errores Iudeorũ preſertim principales qui/
bus impediuntur ſeu retrahuntur a cognitione ueri meſſie
oſtendendo per ueꝝ ſcrutiniũ ſcripturarũ ꝙ ipſe eſt uerus
Chriſtus .et ꝙ ipſe inique ſcrutãtes defecerũt ſcrutinio. Secũ/
do qa nõnulli etiã uerã fidẽ habentes de qbuſdã in ſacris
ſcripturis contẽtis .uel que ab eccleſia ſeu a doctoribus ſanc
tis tradũt quoꝝ rationẽ ignorãt ſepe mirãtur. ſicut ex qdã
deuotione taliũ rationẽ ſcire appetentes illa ſcrutantur Iuxta
illud. ps . Mirabilia teſtimonia tua domine ideo ſcrutata
eſt ea anima mea . Idcirco ad taliũ deuotionem excitandã
eorum admirationem rationabiliter ſoluendo ſecundo loco
procedetur . Vnde primus tractatus ĩ duas partes diuidi/
tur. Quarum prima in forma dyalogi oppoſita eſt. ut per
unius aduerſantium ad alium diſcuſſionem ueritas clarius
illuceſcat. In quaquidam altercatiõe nomine Sauli Iudeum
ſeu phariſeũ nominaui eo ꝙ tunc inter perſequutores doc/
trine Chriſti Saulus fuit precipuus . de ipſo enim legitur .
Saulus enim adhuc ſpirãs minarum et cedis in diſcipulos
domini 2c . Act . ix. capitulo Catholicus uero ſub nomine
Pauli cognominatur . de quo legitur in Actibus capitulo
predicto . Paulus autẽ magis cõualeſcebat & cõfundebat
Iudeos qui habitabant Damaſci affirmans quomodo hic
eſt Chriſtus . Secũda uero pars mõ procedit didaſcalico ĩ
qua fidelis poſt fidẽ ſuſceptã diſcipulus ut talis de qbuſdã
in ſacris teſtimoniis ſcripturarum contentis ſcrutando mi/
ratur . & a magiſtro Ioan. in Catholica doctrina erudito
horum declarationẽ ſeu deuote ĩtellectũ petit a quo horum
declarationem recipiens deuotior redditur . Et quia ad

utrũqꝫ ſcrutinium predictorum recte agendum auxilium
requiritur diuinũ Ideo precor cum . ps . Da mihi intellectũ
et ſcrutabor legẽ tuam ſeu mandata tua. ut ſic ad mãdatoꝝ
diuinorum meritoriam cuſtodiam attigere merear .de qua
ſubdit Et cuſtodiã illam ĩ toto corde meo Per quã cuſtodiã
ad ſummam retributionem deuenitur. Iuxta illud In cuſto/
diendis illis retributio multa quã nobis cõcedat Chriſtus
dei filius.

**Preſens** autem tractatus diuiditur per diſtinctiones
diſtinctiones uero per Capitula modo infra ſcripto .

**Diſtinctio** prima de Scrutinio ſcripturarum que lo/
quitur de his qui ſaluandi ſeu redimendi erant per Chriſtũ
in lege promiſſum . Et continet quatuor Capitula.

**In capitulo** primo oſtenditur ꝙ non ſolum Iudei
ſeu Iſraelite qui de genere Iacob deſcenderunt ſecundũ car/
nem ſaluandi erant ſeu redimendi per Chriſtum ſed etiam
de aliis nationibus erant ſaluãdi & ꝙ non omnes Iſraelite
ſaluandi erant ſed ualde pauci eorum .

**In ſecundo** capitulo continentur obiectiones cõtra
predicta cum eorum ſolutionibus .

**In capitulo** tertio oſtenditur ꝙ per Meſſiam erant
ruendi & ſcandaliçandi principales ſeu maiores . Et etiam
populares populi Iſraelitici.

**In capitulo** quarto oſtenditur quomodo diuerſis
ſignificationibus horum terminorum Iſrael & Iuda & Ia/
cob & huiuſmodi . utendum ſit in expoſitione ſacrarum
auctoritatum .

**Capitulum** primum In quo oſtenditur ꝙ non ſolum
Iudei ſeu Iſraelite qui de genere Iacob deſcenderunt ſecun/
dum carnem ſaluandi erant ſeu redimendi per Chriſtum
ſed etiam de aliis nationibus erant ſaluandi & quod non
omnes Iſraelite ſaluandi erant ſed ualde pauci eorum .

VNIVERSIDAD
DE SALAMANCA
GREDOS USAL

Saulus ad Paulum.

O Paule audiui ꝙ magiſter tuus dū uiueret dicebat Magiſtris noſtris. Scrutamini ſcripturas in quibus putatis uitam eternā habere. Ipſe ſūt qui teſtimonium perhibent de me. Sed ſcrutando ſcripturas manifeſte reperio ꝙ ſolus populus Iſraeliticus qui proprie dicitur ille qui a Iacob ſecundum carnē deſcendit per Meſſiam promiſſum erat ſaluandus. Legitur enim yſa. iiii. In die illa. ſ. tempore Meſſie ut communiter exponitur. Erit germen domini in magnificētia & gloria & fructus terre ſublimis et exultatio hiis qui ſaluandi fuerint de Iſrael. Et ꝙ hoc ſe extendat ad omnes Iſraeliticos: habetur yſa. xlv. ubi dicit. In domino iuſtificabitur & laudabitur omne ſemen Iſrael. Et ꝙ hec ſalus non ſe extendat ad alios populos: habetur expreſſe yſa. lx. Capitulo ubi dicit. Ecce tenebre operient terram & caligo populos ſuper te autem orietur dominus & gloria eius in te uidebitur. Quequidē prophetie cōmuniter exponūtur de ſalute per Chriſtum fienda. Ex quibus & multis aliis manifeſte patet ꝙ ſaluandi per Meſſiā promiſſum debent eſſe ſolum de filiis Iſrael ſeu Iacob. quorum patribus facta ē promiſſio. & ꝙ omnes Iſraelitici tales ſaluandi ſunt per eum Cum ergo Naçarenus quem tu predicas hec non fecerit. Multi enim de populo Iſraelitico immo maior pars eorum, nec fuerunt nec ſunt per ipſum ſaluati ut eſt notum. Vt patet ꝙ ille non fuit Meſſias in lege promiſſus & hanc potiſſimam rationē inducit ille famoſus magiſter ī lege moſaica & filoſophus peritiſſimus. ſ. Ra. moy. egiptius in ſuo de utero. In libro de Iudicibus titulo de Regibus & Vell. eorum Capitulo. xi. ubi ſic dicit Ieſus Naçarenus imaginatus eſt eſſe Meſſiā. Et fuit interfectus per iudicium. Et infra uolens cōcludere Naçarenum non fuiſſe Meſſiam ait ſic. Nam omnes Prophete loquuti ſunt ꝙ Meſſias eſt Redemptor Iſrael & Saluator eorū & congregator eorum & iſtē dedit occaſionē ad perdendum Iſrael gladio & diſpergendum reliquias eoꝝ & ad ſupprimendū eos 2c. hec ille & ſic uides ꝙ per Scrutinium ſcripturarum in hac materia loquentium teſtimonium reperitur non pro te ſed contra te.

## Paulus

O Saule ad auctoritates ſacre ſcripture quas allegas & recipere teneor. Reſpondebo tibi primo. & deinde aliquid dicam ad dicta. Ra. moy. licet ex talibus non uales contra me ſumere argumentum cum ſit de confeſſione tua ſicut nec ego ex dictis doctorum noſtrorum poſſum efficaciter contra te arguere niſi forte ex rationibus in illis contentis. Primo ergo ad auctoritates ſacras quas ſcrutatus fuiſti contra me: tibi reſpōdeo ꝙ defeciſti in hoc ſcrutinio. Multa eīm ſacra eloqa obmiſiſti. ex quibus oppoſitū illius ꝙ intendis haberi poteſt. Sunt enim auctoritates quāplurime manifeſte teſtantes ꝙ non ſolum populus quem dicit Iſraeliticum. ſed etiam alie nationes per mundum diſperſe ſaulande erant per Chriſtum. Vnde & Iob Patriarcha qui primus prophetauit de Chriſto uenturo Gen. xlix. capitu. Donec ueniat qui mittendus eſt ſtatim ſubdit. Cui eſt expectatio gentiū Et yſa. xi. legitur de ipſo Radix yeſſe que ſtat in ſignum populorum ipſum gentes ſpectabunt alias requirent. & Eçech. ii. Et congregabūtur gentes multe in die illa & erūt mihi in populum quod ad litteram ſecundū omnes intelligitur de tempore Meſſie. Quequidem extēſio ſaluandorum per Chriſtū clarius traditur. yſa. xlix. capitu. ubi de deo ad ſuum Chriſtum loquente ſic legitur. Parum eſt ut ſis mihi ſeruus ad ſuſtinendas tribus Iacob & feces Iſrael conuertendas dedi te in lucem gentium ut ſit ſalus mea uſqꝫ ad extremum terre. Quequidam auctoritas manifeſte oſtēdit ꝙ ſaluatio fienda per Chriſtum non erat reſtringenda ſolū ad populū ex Iſrael deſcendentem ſecundū carnem ſed potius extēdenda ad ceteras nationes gentium

VNIVERSIDAD DE SALAMANCA

& ad ceteras Regiones terre cuius extenſionis rationem
aſſignāt rabini tui ātiqui ſi bene dicta eoꝝ ſcrutatus fueris

## Saulus

**Dic mihi** primo unde habes iſtam extēſionē ex dictis
magiſtrorum noſtrorum antiquorum. Et deīde cōtra dicā
tibi in aliis in tua reſponſione contentis.

## Paulus

**In gloſa** illa magna ſuper Gen. que glo apud uos di/
citur Vedeſich. Rabba in capitulo xli. talis queſtio moue/
tur ·ſ· an poterit dici de deo ſeu eius Meſſia ꝙ ſit acceptor
perſonarum. Et reſpondetur ibi abſit: ſed omnes confiten/
tes ei corde ore & opere ſaluabūtur: ſcriptū ē ·ſ· yere. xxxiii.
In diebus illis ſaluabitur Iuda. ·ſ· confitentes & hoc eſt ꝙ
dicitur. yſa. Dedi te in lucem gētium: Vt ſit ſalus mea uſq;
ad extremum terre hec in glo. Ex qua glo. manifeſte habes
duo. Vnū eſt ꝙ lux Chriſti ſeu eius ſalus erat extendēda
non ſolum uſq; ad hieruſalem & Iudeam ſeu ad Iudeos &
Iſraeliticos: ſed uſq; ad extremum terre & alias nationes.
Aliud eſt enim ꝙ deus eſſet acceptor perſonaꝝ ſi cōfitētes
ei corde ore & operibus etiā ſi non eſſent Iſraelitici ſecūdum
carnē non eſſent ſaluandi per Chriſtum & ſic habes exten/
ſionem predictam & eius rationem per tuos magiſtros.

## Saulus

**Poſito** ꝙ deus ſaluaturus eſſet per Meſſiam omnes
recte credentes & bene operantes etiā ſi ex aliis nationibus
deſcenderent prout tu aſſeris ex hoc non tollitur quando
omnes Iſraelitici a Iacob ſecundum carnem deſcendentes
ſaltem ipſi Meſſie contemperanei & eorum ſucceſſores ne/
mine excepto per ipſum Meſſiā deberent ſaluari: Legitur
enim Mich. ii. Cōgregationē congregabo Iacob totam te
ponam illum quaſi gregem in ouili: & infra Tranſibit rex
illorū coram illis & dominus ī capite eorū quod ad litterā
intelligitur de Chriſto totum Iacob congregatio ſeu redēp/
tio Idem yſa. xlv. In domino iuſtificabittur & laudabitur
omne ſemē Iſrael prout ſupra tibi allegaui quo loqtur de
ultima redemptione ſecundum omnes. Ex quibus habes
ꝙ totum Iacob & omnes ex ſemine Iſrael deſcēdentes erāt
iuſtificandi & laudandi per Chriſtum. Ex iſtis igitur &
multis ſimilibus habetur manifeſte ꝙ Chriſtus tuus non
fuit ille de quo loquūtur Prophete cum multi immo maior
pars de ſemine Iſrael non ſolū non ſunt redempti ſeu con/
gregati per ipſum ſed potius interfecti & diſperſi & quaſi
conſumpti per eū prout Ra. moy. predictus dicit ut ſupra.

## Paulus

**Defeciſti Saule** in hoc ſcrutinio ſicut & ī precedēti.
Si enim bene ſcrutatus fuiſſes ſcripruras manifeſte reperiſ/
ſes ꝙ non omnes Iſraelitici ſecundum carnem deſcēdentes
ab Iſrael erant per Chriſtū redimendi ſeu ſaluandi ſed ual/
de pauci ex eis reſpectu remanentium.

## Saulus

**Indica** mihi auctoritates ſacras hec dicentes.

## Paulus

**Legitur enim** Iere. iii. Cōuertimini filii reuertētes
ait dominus quia ego uir ueſter: & aſſumam uos unum de
ciuitate & duos de congregatione & introducā uos in ſyon
& dabo uobis paſtores iuxta cor meum: & paſcēt uos ſci/
entia & doctrina. Quequidem uerba intelligenda ſunt de
ultima redemptione que per Meſſiam erat explenda non
autem de redemptione a captiuitate Babilonica prout qui/
dem falſe extimauerunt: Legitur enim in eodem contextu
In illo tempore uocabūt Iheruſalem ſolium domini & con/
gregabūtur ad eū omnes gētes in nomine domini. Et ideo
Ra. ſa. exponēs ueſter in libro qui dicitur Canhedem in
capitulo Helech. uerba predicta ·ſ· Aſſumam uos unum de

VNIVERSIDAD
DE SALAMANCA
GREDOS.USAL.ES

ciuitate & duos de congregatione exponit de ultima redēptione per eos ſpectata. Dicit enim ſuper uerbum predictum. yere. ſic. Eligam iuſtos & introducam eos in ſyon Exquo patet ꝙ in redemptione per Meſſiam fienda non omnes Iſraelititi erant ſaluādi: ſed ſolū iuſti qui erāt pauci reſpectu iniuſtorum qui remanebunt ſine redemptione: & ideo dicit: Vnus de ciuitate & duos de cognatione quaſi dicat Valde pauci eligentur ex multis. Item in eodem cōtextu. ca. Helech. quidam de antiquis talmudicorum dicit ꝙ ſicut de ſexcentis milibus qui egreſſi ſunt de egypto non intrauerunt terram promiſſionis niſi tantum duo. ſ. Caleb & Ioſue: ſic erit ī tempore Meſſie. Nam ſcriptum eſt Oſee ii. Et canet ibi iuxta dies iuuentutis ſue & iuxta dies aſcēſionis eius de terra egypti hec ille. Patet ergo ex dictis iſtorum ꝙ tempore Meſſie promiſſi ualde pauci erāt redimēdi de populo Iſraelitico reſpectu non redemptorum quod eſt propoſitum.

## Capitulum ſecundū de obiectionibus cōtra predicta & earum ſolutiones.

### Saulus

Ego oſtēdi tibi per ſacras auctoritates ꝙ ſolus populus Iſraeliticus erat per Meſſiam redimendus & ꝙ omnes illi populi redemptionē per ipſum erant conſequuturi Vt patet per auctoritates per me allegatas. Si tu ergo mihi proponis alias que uidētur ſonare oppoſitū: dic ergo mihi quō poſſit ex iſtis auctoritatibus cōtrarietas tolli maninifeſtum eſt enim ꝙ non poſſunt due ueritates adinuicē contrariari.

### Paulus

Ad contrarietatem tollēdam a ſacris eloquiis tam circa predicta quam etiam circa multa alia oportet preſupponere ꝙ ad ſcrutandum uerum intellectum in ſacris eloquiis contētum requiritur ſcrutari ſignificata uerborum ſeu nominum & aliarum dictionum in eiſdem contentarum. ſ. an ſint uniuoca ſicut hoc nomen lignum uniuoce dicitur de qualibet re de qua non ſolum nomen ligni ſed etiam ratio eius uerificatur. uel fuit mere equiuoca: ſicut hoc nomē canis ꝙ de aliquo ſidere & de aliquo animali dicitur de q̄bus non ratio per nomen ſignificata: ſed ſolum nomē eſt commune. an fuit non mere equiuoca ſed a cōſilio ſeu per trāſlationem ut cum hoc nomē equus dicitur de equo uero qui eſt quoddā animal & etiam de equo ī pariete picto in q̄bus licet ratio ſubſtantie ſit diuerſa: eſt tamē inter eos aliqua ſimilitudo. ſ. figuralis: Et ideo talia nomina nō dicūtur mere equiuoca ſed accommodata ſeu tranſlata: & quia in ſacris eloquiis inueniuntur multe & diuerſe equiuocationes. Idcirco oportet inquirere ſignificationes dictionū ſine cōtrarietate extrahendam quod etiā doctores tui uidētur ſentire.

### Saulus

Allega mihi doctores noſtros hoc ſencientes.

### Paulus

Ille tuus magnus magiſter. ſ. Ra. moy. egyptius: In prima parte ſui libri de directiōe perplexoꝝ ī prohemio ubi agit de intentiōe ſui operis ſic ait. In libris prophetaꝝ inueniūtur noīa mere equoca que ītelligūtur a ſiplicibus ſeu ignaris: de primariis ſignificatis per talia noīa: ſūt etiā noīa accōmodata. ſ. equoca ſeu a cōſilio trāſlata que intelligūtur a predictis de re prima a q̄ fuerūt tranſlata ſeu accōmodata hec ille Queqdem dictio nominū licet plenius & clarius a noſtris doctoribus traditur: allego tamē tibi predictū Ra. moy. quia ſcio ꝙ eum recipies potius q̄ doctores noſtros.

### Saulus

Applica iſta ad propoſitum. ſ. ad tollendum cōtrarietatem predictarum autoritatum quarum quedam per me Alie uero per te ſunt allegate.

VNIVERSIDAD DE SALAMANCA
GREDOS.USAL.ES

## Paulus

**Si diligenter** ſcripturas ſacras ſcrutatus fueris re/
peries ꝙ filiatio in eiſdem ſcripturis non uniuoce accipitur
ſed equiuoce ſeu accōmodate uel tranſlata a conſilio. Quā/
docꝫ enim accipitur filiatio ſecundum generalē generationē
Gen. v. de Adam & Seth. & aliis legitur Genuit filios &
filias & ſic in pluribus aliis locis. Quandocꝫ uero filiatio
accipitur pro filiatione ſpirituali: & hoc dupliciter quia aut
in bono. ut iiii. q. iiii. Filii Prophetarum ſedebant coram
eo quod ītelligitur de filiatiōe diſcipline ſeu doctrine ſecūdū
quam illi qui ſequebantur doctrinam ſeu diſciplinam Pro/
phetarum dicebantur eorum filii propter patrū imitationē
ſeu ſimilitudinem licet non eſſent ab eis generati carnaliter
In malo uero cum dicitur Iob xl. Ipſe eſt Rex ſuper omnes
filios ſuperbie Quamquidem filiatiōem manifeſtū eſt non
eſſe intelligendā ſecundum carnalē propagationem tali enī
modo ſuperbia non generat Vnde intelligenda eſt hec filia/
tio ſecundum ſequelam. Superbi enim ſequūtur paſſionem
ſeu motum ſuperbie ſicut filii naturales ut in pluribus ſe/
quuntur mores patrum: ſecundū ꝗ diſtinctionē filii Iſrael
Quandocꝫ intelliguntur in ſcriptura illi tantū qui de Iacob
deſcenderunt ſecundum carnem: Vt cum dicitur Exo. i.
Hec ſunt nomina filiorum Iſrael qui ingreſſi ſunt egyptum
cum Iacob quod ītelligitur ſolum de filiis Iſrael ſecūdū car/
nalem generationem prout declaratur cum in littera ſubdit
Omnes anime que egreſſe ſunt de femore Iacob Quādocꝫ
uero per Iſrael ſeu filios Iſrael uel ſemē Iſrael intelligūtur illi
qui ſequuntur uerum cultum dei Iſrael etiam ſi non ſint ab
Iſrael ſeu Iacob carnaliter deſcendentes Vnde yſay. xliiii.
ubi agitur ad litteram de multiplicatione populi Iſrael per
uocationem gentium ad fidem dei que per confeſſionem
ſpiritus ſancti facta eſt de quo dicit. Effundam ſpiritū meū
ſuper ſemē tuū ꝛc. Et germinabūt inter herbas quaſi ſalices
iuxta fluentes aquas: In eodem contextu oſtendit ꝙ hec
multiplicatio ſeminis Iſrael ſeu Iacob non eſt intelligenda
ſecundum carnalē propagationē tantū: Vnde ibidē ſubdit
Iſte dicit domini ego ſum & ille uocabitur in nomine Iacob
& hic ſcribet in manu ſua domino & in nomine Iſrael aſſi/
milabitur In quibus uerbis dictio predicta declaratur dili/
genter ſcrutanti. Nam per hec ꝙ ait iſte dicet domini ego
ſum intelligitur de Iſraelita ſecundum carnem talis enim
poteſt dicere domini ego ſū Iuxta illud de utero. xxxii. ca.
Pars domini populus eius & Iſrael funiculus hereditatis
eius: Vnde & de iſto ſecundum primariam ſignificationē
dicitur & ille uocabitur in nomine Iacob. Cum autē ſub/
dit Et hic ſcribet in manu ſua domino intelligitur ille qui
per imitationem operis dicitur Iſraeliticus eſſe ſeu de Iacob
etiam ſi non per carnalem generationem. per manus enim
in ſcripturis ſacris operationes intelliguntur ut cum in. ps
Innocens manibus ꝛc. Vnde cum dicitur Et hic ſcribet in
manu ſua domino intelligēdum eſt quaſi dicat iſte eſt ſi nō
poteſt dicere domini ego ſum nec etiam uocari noīe Iacob
eo modo quo alius ſupradictus qui Iſraeliticus eſt ſecun/
dum carnem. ſcribit tamen in ſuā domino ſ. adherendo ei
per operationem & ut oſtendat ꝙ talis poteſt nominari Iſ/
raeliticus ſtatim ſubdit. Et in nomine Iſrael aſſimilabitur et
in hebreo habetur cognominabitur. q. d. iſte qui per ope/
rationum debet dici eſſe deum etiam nomen Iſrael meretur
per quandam aſſimilationem ſeu cognominationē. Ex quo
habes ꝙ ſub nomine Iſrael poteſt intelligi in ſcripturis eti/
am ille qui per carnis propagationem deſcendit ſed tan/
tum per ſimilationem operationis & ſic intellexerunt iſtum
paſſum magiſtri tui.

## Saulus

Oſtende mihi obſecro unde magiſtri noſtri intellexerunt
iſtum paſſum illo modo quem tu dicis.

VNIVERSIDAD DE SALAMANCA GREDOS.USAL.ES

## Paulus

Quem Ra. Sa. doctorem & magiſtrum tuum in gloſua ſuper yſay. ad litteram ſuper illud uerbum & ĩ nomine domini aſſimilabitur ſic dicit. Iſti ſunt qui conuertũtur de gentilitate conuerſi ad fidem in nomine Iſrael nominandi ſunt ut dictum eſt prout patet ex auctoritate yſay. allegata & glo. Ra. Sa. qui apud te doctor auctẽticus eſt de q̄bus intelligenda ſunt uerba Prophetarũ per te allegata per que dicuntur omnes filii Iacob ſeu Iſrael ſaluandi per Meſſiam per iſtos enim intelligendi ſunt illi qui ſecundum fidem & operationem deſcendunt de Iſrael & Iacob cuiuſcunq̧ nationis ſunt non autem illi qui ſolum ſecundum carnem ab Iſrael & Iacob deſcendunt tales eĩm non ſunt uere ſeu ſimpliciter dicendi Iſraelitici nec de Iacob deſcendentes niſi .ſ. ſecundum quid .ſ. ſecundum nomen tantum.

## Saulus

Illi q de Iacob & Iſrael deſcendunt ſecundum carnẽ licet non ſint filii Iſrael per imitationem fidei & operis prout tu dicis tamen adhuc uerius debent dici Iſrael ſicut filius alicuius per carnalem generationem uerius dicitur filius eius q̃ adoptiuus.

## Paulus

Ratio tua & ſi haberet locum ĩ rebus temporalibus non autem in ſpiritualibus in quibus uera filiatio non ſecundum bona carnalia ſeu tẽporalia. ut patet de filiis Prophetarum qui non in bonis paternis tẽporalibus ſuccedũt Prophetis : ſed in bonis ſpiritualibus .ſ. in dono Prophetie & ideo proprie loquendo nominatio Iſraelis ſeu Iacob que eſt ſecundum imitationem fidei & operis proprior eſt & uerior nominatio q̃tum ad ſpiritualia : Vnde tales filii uere & ſĩpliciter dicũtur filii Iſrael ĩ ſpiritualibus : Filii uero qui tantum ſecundum carnalem generationem deſcendunt non ſunt ſimpliciter dicendi filii Iſrael niſi tantũ ſecundum quid .ſ. ſecundum carnem ſeu nominationem tantum prout iam dictum eſt.

## Saulus

Nunquit habes aliquam auctoritatem in qua hec dicta tua fundentur.

## Paulus

Iſaye. xlviii. Legitur audite hec domus Iacob qui uocamini nomine Iſrael & de aquis Iuda exiſtis q iuratis in nomine domini & ĩ deo Iſrael recordamini non in ueritate nec in iuſticia. Exquo patet ꝙ illi qui iurabant in nomine domini non in ueritate nec in iuſticia irreuerenter ſe habent ad deum. Vnde talibus propheta dicebat. Audite nunc domus Iacob qui uocamini nomine Iſrael. q. d. Licet eſtis de domo Iacob ſecundum ſtirpem generationis non tamẽ eſtis ueri Iſraelitici : licet uocamini nomine tali quia non re ſed ſolum nomine eſtis. Iſraelitici & talibus etiam dicitur Oſee. i. uoca. nomen eius non populus meus in quo oſtenditur ꝙ illi qui a deo recedunt ſecundum operationem & fidem non ſunt proprie dicendi populus eius licet a patribus deum colentibus deſcendant : ſicut ibidem filius qui ſecundum carnem a propheta deſcendebat uocabatur non populus meus.

## Capitulum Tertium

In quo oſtẽditur ꝙ per Meſſiã erant ruendi & ſcandaliçandi Prncipales & maiores et etiam Populares populi Iſraelitici.

## Saulus

Licet filiatio ſecundum fidem & operationem prout tu dicis ſit potior & dignior q̃ filiatio ſecundum carnalem generationem ſaltem in ſpiritualibus nihilominus tamen filiatio illa que ſecundum carnem eſt non eſt in tantum eiicienda ꝙ totaliter amittat bona paterna ſaltem temporalia & eſt ratio Ra. moy. q̃ tibi allegabã ſuperius in ſuo uigore

VNiVERSIDAD DE SALAMANCA
GREDOS.USAL.ES

manet : dicit enim ꝙ occaſione illius quem tu dicis Meſ-
ſiam Iſrael eſt diſperſus per orbem deſtructus & omnino
deiectus ꝙ eſt ſignum manifeſtum ipſum Naçarenũ non
fuiſſe uerum Meſſiam ĩ prophetis promiſſum cum nullus
propheta uideatur dicere ꝙ per uerum Meſſiam talia mala
contingerẽt in populo Iſraelitico q̃litercũq; Iſrael ĩtelligatur

## Paulus

Licet ut dixi tibi dicta magiſtrorum tuorum non ſunt
a me accipienda tanq̃ habentia auctoritatem contra me:
concedo tamen magiſtro tuo predicto ꝙ occaſione ueri
Meſſie quem ego predico populus tuus eſt diſperſus per
orbem & deſtructus & omnino eiectus ſed hoc non ſig-
nificat ipſum Ieſum Naçarenum non fuiſſe uerum Meſſi-
am in prophetis promiſſum ſed potius eſt uerum ſignum
ſcrutantibus ſcripturas concludens oppoſitũ.ſ. ꝙ ipſe fuit
& eſt uerus Chriſtus in prophetis promiſſus quia cauſa
diſperſionis deſtructionis ſeu deiectionis Iudeorum preci-
pua fuit occiſio Chriſti quã perpetrarunt nequiſſime prout
poteſt haberi ex auctoritatibus ſeu hiſtoriis autenticis Si
enim Naçarenum ĩ Chriſtum recepiſſẽt & in penam huius
receptiõis deſtructionẽ & alia mala paterentur tunc uidere-
tur habere locũ ratio magiſtri tui. Sed qa oppoſitũ contigit
.ſ. ꝙ poſtq̃ eum contempſerunt eiecerunt & occiderũt pre-
dicta mala deuenerunt eis : idcirco ratio tua magis facit
contra te ſi bene conſideras .

## Saulus

Indica mihi obſecro Vnde habes ꝙ per peccatum mortis
Ñaçareni Iudei fuerunt deſtructi & diſperſi .

## Paulus

Ne hoc ꝙ per occaſionem Chriſti Iudei meruerunt
deſtructionem & deiectionem & cętera predicta: Habẽdus
eſt ſermo inter me & te ſeperatim domino concedente quia
hoc requirit ſingulare Scrutinũ ſcripturarũ ſed ad preſens
ſufficit mihi ut tibi oſtendam ꝙ ſi bene ſacras ſcripturas
ſcrutatus fueris manifeſte reperies ꝙ ipſe Meſſias futurus
erat in ſcandalum & laqueum Iſraelis & Hieruſalem & hoc
q̃tum ad precipuos eorum .ſ. ad ſtatus ſuperiores & etiam
q̃tũ ad populares ſeu uulgares: de ipſo enĩ legitur yſay.viiii.
& erit uobis in ſanctificatione & in lapidem offenſionis &
petram ſcandali duabus domibus Iſrael & in laqueum &
in ruinam habitantibus ĩ Hieruſalem. Ex quo habes ꝙ ille
Meſſias qui futurus erat in ſanctificationẽ confirmando
eos in bono q adherẽt & ipſemet futurus erat in laqueũ &
lapidem offenſiõis ⁊c. duabus domibus Iſrael ſ. Regali &
ſacerdotali q ſunt principales ſtatus in Iſrael ſicut in qua-
libet natione: quas duas domus Iſrael propter ſuam incre-
dulitatem iuſto iudicio fecit ruere ſimiliter futurus erat ille
in laqueum & in ruinam habitantibus in Hieruſalẽ ſ. com-
muni & uulgari populo q in ciuitate Hieruſalẽ ubi Chriſtus
paſſus eſt omnes tales fere ruerũt per infidelitatẽ licet non
omnes : Vnde ſtatim ſequitur ibidem Et offendentur ex eis
plurimi .q.d. non omnes. ex qua auctoritate manifeſte ha-
bes ꝙ Meſſias ſpectatus & promiſſus debebat eſſe occaſio
offenſionis & ſcãdali duobus precipuis ſtatibus Iſraeliticis
& etiam in ruinã plurimis uulgaribus populis de habi-
tantibus in Hieruſalem modo predicto .

## Saulus

Nec auctoritas allegata per te non concludit tuum
propoſitum propter duo. Primum quia hic non loquitur
de Meſſia ſed de deo. immediate enim communi illa uerba
dicebat Propheta dominũ exercituũ ipſum ſanctificate ipſe
pauor ueſter & ipſe terror ueſter & ſtatim ſubdit . Et erit in
ſanctifitationem .ſ. ille deus quem ſanctificabitis de quo lo-
quor : ex quo patet ꝙ de deo non de Meſſia loquitur. Se-
cundo quia ille due domus de quibus loq̃tur yſay. Fuerũt
domus facte filii Romelie regis Iſrael q uã fecit deus ruere

VNIVERSIDAD DE SALAMANCA
GREDOS.USAL.ES

per Salmanaſar Regem aſſiriorum iiii. regum xviii. Vnde ſi bene conſideres auctoritas predicta non facit pro te.

### Paulus

**Ad primum** quod obicis tibi reſpondeo ꝙ deus & Chriſtus ſeu Meſſias ſecundum ueram fidem quã predico non ſunt duo ſed unus & idem deus & homo & ideo loquendo Propheta de deo .d. dominum exercituum ipſum ſanctificate & ſubiungendo & erit in ſanctificatiõem ⁊c̃. de Chriſto poteſt plane intelligi qui idem eſt cum deo quia tamen ſcio ꝙ hec erit tibi durum ad credendum pro nunc et eſt tante arduitatis ꝙ requirit ſingulare & diligens Scrutiniũ ſcripturarũ: ideo placet ut ſuperſedeamus ad preſens de iſta inquiſitione ſicut de alia ſupradicta .ſ. de occiſione Chriſti donec habeamus colloquium ſpeciale circa deitatẽ Chriſti ubi diuina gratia inſpirante intẽdo tibi perſuadere ratione & oſtendere auctoritatibus ſacris quod ſecundum ueritatẽ Chriſtus ſeu Meſſias ẽ uerus deus & uerus homo.

### Saulus

**Licet** firmiter credo ꝙ non perſuadebis mihi nec etiam oſtendes ꝙ promittis cum ſis contra totam rationem & ſacras auctoritates: tamen placet ſuperſedere ad preſens de hoc ut per ſe fiat de eo iuxta me & te altercatio ſufficiens unde reſponde mihi ad ſecundum.

### Paulus

**Ad ſecundum** reſpondeo tibi ꝙ dicere ꝙ iſte due domus de quibus Propheta loquitur intelliguntur de domibus factis filii Romelie & de Oſea filio Hela qui fuerũt Reges Iſrael non eſt conſequẽter dictũ cum qa in Regno Iuda licet fuerunt multi Reges ſucceſſiue: non tamen dicũtur multe domus Regie: ſed tamen dicuntur una domus .ſ. domus Dauid: Vnde in capitulo precedenti Propheta loquẽs Achas Regi qui a magnis tẽporibus poſt Dauid Regem ſucceſſerat dicit ei: Audite nunc domus Dauid preſupponis ꝙ domus regia eadem erat a tempore Dauid & citra & ſimiliter habetur in aliis locis ſic in propoſito. Dicendũ eſt de Regibus Iſrael .ſ. ꝙ licet facte filii Romelie & Oſeas filius Hela fuerunt duo Reges in Iſrael ſucceſſiue non tamen dici debent due domus Regie cum eadem ſit domus Regia regni Iſrael tum quia licet facte filius Romelie unacum Raſin rege Sirie aſcenderunt in Hieruſalẽ contra Achans Regẽ Iude ut habetur .iiii. reg. xvi. de qua controuerſia yſayas loquitur ſupra eo capitulo. Oſeas autẽ filius Hela non legitur habuiſſe aliqd agere contra Achãs ſeu Ezechiam: nec aliquem Regẽ Iude: & ideo non apparet ratio quare de Oſea ſeu de eius domo in hoc loco fieret mentio: Vnde manifeſtum eſt ſecundum ſeriem littere ꝙ illud quod Propheta loquitur de duabus domibus Iſrael non eſt intelligendum de duobus Regibus per te allegatis ſed de duabus domibus .ſ. de duobus ſtatibus principalibus .ſ. Regia & ſacerdotali mõ predicto intelligẽdos qbus idem deus ſeu Chriſtus qui debebat eſſe in ſanctificatione .ſ. iuſtis fidelibus idemipſe habebat eſſe ĩ lapidẽ offenſiõis & petram ſcandali ⁊c̃. non credentibus: Vnde ex predictis diligenter conſideratis poſſent tolli cõtrarietates que apparent in auctoritatibus ſacris de Iſrael & Iacob & huiuſmodi loquentibus in materia redemptionis ſeu ſaluationis Iſraelis ſeu Iude & huiuſmodi attribuendo ſingula ſingulis ſecundum diuerſitatem ſignificationum ſupradictarum iuxta exigentiam materie.

## Capitulum Quartum in quo oſtenditur in ſpeciali quomodo diuerſis ſignificationibus horum terminorum Iſrael Iuda & Iacob & huiuſmodi utendum ſit ĩ expoſitione ſacrarum auctoritatum.

### Saulus

**Dum** multiplicitas ſenſuum ſeu ſignificationũ in una

VNIVERSIDAD DE SALAMANCA
GREDOS.USAL.ES

ſcriptura ſeu dictione parit ambiguitatem ſeu deceptionem
& argumentandi tollit firmitatem ſecundum quod alique
fallatie in dialeticis aſſignantur : debet ergo dari circa di-
uerſa predictorum terminorum aliqua regula ſeu menſura
ſecundũ quã poſſunt intelligi aliqualiter ſingula ſignificata
ſingulis caſibus ſeu materiis debeat applicari ꝙ uidetur
ualde difficile: Vnde diſtinctiones tue non uidẽtur ſufficere
ad tollendã contrarietatem abſqꝫ omni fallatia & ambigui-
tate a ſacris auctoritatibus de predicta materia loquẽtibus

## Paulus

Immo recte ſcrutãti ſcripturas non eſt difficile regulã ſeu
rationẽ dare quare talis ãbiguitas ſeu contrarietas tollatur.

## Saulus

Indica mihi que dicis ſufficienter ea declarando .

## Paulus

Si circa hoc recte ſacras ſcrutatus fueris auctoritates
reperies ꝙ in ſcripturis ſacris de hac materia loquentibus
uariis diuerſiſqꝫ modis Iſrael & Iacob ſeu Iuda ſunt intelli-
gendi ſaltem quinqꝫ modis . Primus quando ſcripture
loquuntur de redẽptione Iſrael oſtendendo ipſius redemp-
tionis ·ſ· ipſius Meſſie originem & in talibus oportet ꝙ
Iſrael intelligitur proprie ſecundum generationem carna-
lem ut cum dicitur de Chriſto uenturo yſay. lxv. Educam
de Iacob ſemen & de Iuda poſſidentem montes meos : Et
yſay . xi. Egredietur uirga de radice yeſſe & ſic de ſimilibus
eſt etiam. Secundus modus·ſ·quando ſcripture loquuntur
de hiis qui fuerunt primi & principales cooperatores in
miſterio redemptionis cum ipſo Meſſia ſeu Chriſto de-
uulgando eius fidem & doctrinam & in talibus intelligẽ-
dis Iſrael ſeu Iacob utroqꝫ modo ſimul·ſ· ſecundum carnem
& ſecundum ſpiritum ut cum dicitur qui egrediuntur im-
petu a Iacob implebunt totum orbem ſemine yſay xviii .
Tertius modus quando ſcripture loquuntur ſuſcipientibus

redemptionem ſeu ſaluationem effectualiter ut cum dicitur
ſaluatus eſt in domino ſalute eterna yaſy. xlv. & Mich. ii .
ca . Congregationem congregabo coram te & ſic de ſimi-
libus & in hiis oportet ꝙ intelligatur Iſrael ſecundũ ſpiri-
tum proprie ſiue talis Iſrael ſit ſecundum carnalem genera-
tionem ſiue non . Eſt Quartus modus quomodo ſcripture
loquuntur de hiis qui propter ſua peccata non fuerũt par-
ticipes redemptionis: & in talibus oportet intelligere Iſrael
ſecundum carnalem generationem non autem ſecundum
ſpiritualẽ ut cũ dicitur Oſee ix . de populo Iſraelitico prop-
ter maliciam operum ſuorum de domo mea expellam eos
non addam diligere eos omnes principes eorũ deuiantes
quequidem uerba & ſimilia intelligenda ſunt de Iſrael qui
non ſecundum ſpiritum ſed tamen ſecundum carnem a pa-
tribus deſcendunt : Poteſt etiam eſſe quintus modus quo-
modo ·ſ· ſcripture de Iſrael loquũtur mixtim ut cum dicitur
yſay i. Niſi dominus reliquiſſet nobis ·ſ· Iſrael & Iude ſemẽ
quaſi ſodoma fuiſſemus 2c . ubi oportet intelligere Iſrael
utroqꝫ modo quia ſecundũ carnem q̃tum ad eos a quibus
fuerunt relicti ſecundum ſpiritum uero q̃tum ad ſemen re-
lictum . Sunt forte etiam alii modi loquẽdi in ſcripturis
ſacris de hac materia qui ſecundum modos predictos ſeu
ad eos reduci poſſunt.

## Saulus

Nunquid habes auctoritates ſeu rationes ad hec que
per te dicta ſunt fundanda .

## Paulus

Ad primum modũ loquendi fundandũ ſeu firman-
dũ ſunt auctoritates oſtendentes ꝙ Meſſias promiſſus in
Prophetis debet eſſe ex ſemine Abrae ut Gen . xxvii . &
benedicẽtur ĩ ſemine tuo omnes gẽtes terre prout plenius
ibidem in quadam additione fuit expoſitum ſimiliter ha-
betur ex auctoritate ſcripture ꝙ predictus Meſſias dbeet

VNIVERSIDAD DE SALAMANCA GREDOS USAL

eſſe de tribu Iuda ut Gen. xlix. Non auferetur ſceptrū de Iuda nec dux de femore eius donec ueniat qui mittendus eſt 2c̈. ꝙ loquitur de Meſſia etiam ſecundū doctores tuos Debet etiam eſſe Meſſias de fructu uentris Dauid cui dicitur in.ps. De fructu uētris tui ponam ſuper ſedem tuam Cum ergo origo Saluatoris denunciatur eſſe de ſemine Abrae & de femore Iude & de fructu uentris Dauid: que omnia pertinent ad carnalem generationem manifeſtū eſt ꝙ Meſſias promiſſus ſecundum carnem debet deſcendere a patribus predictis.

## Saulus

Nūquid Meſſias non debet deſcendere a predictis etiam ſecundum ſpiritualem generationem cum ſit factus ſanctorum maximus imitator patrū in ſanctitate cur ergo non attribuis ſibi generationem ſecundum utrunq; modum .ſ. carnalem & ſpiritualem.

## Paulus

Secundum ueram fidem quam predico Meſſias deſcendit a patribus carnalibus qui in ſua genelogia ponuntur ſecundum carnem tantum: Non ſolum ſecundum ſpiritualem generationē a ſolo deo patre naſcitur ſeu natus eſt: Et quia hoc miſterium ut dixi tibi requirit Scrutinium ſingulare: ideo ad preſens ſuperſedeamus de hac inquiſitione: ſed ſufficit tibi ꝙ Meſſias habuit deſcendere ſecundū carnē a patribus quod noō dubito te cōcedere. Ad Secundum modum loquendi fundandum ſatis uidetur ſufficere euidentia facti: eſt enim manifeſtū ꝙ fides Chriſti & eius diſciplina diuulgata fuit in orbe terrarum per Apoſtlos ſeu diſcipulos ſuos qui pro maiori parte fuerunt de Iſrael ſecundum carnem & ſecundum ſpiritum preſuppoſita nr̄a ueritate ꝙ tu etiā potes cōcedere de Meſſia per te ſpectato ſine preiudicio tue opinionis. Ad Tertium uero modum fundandū recta ratio perſuadet, Omnis enim q̲ in domino ſaluatus eſt ſalute eterna oportet ꝙ ſit de Iſrael ſecundum ſpiritum undecunq; ſit ille ſecundum carnalem generationē alias eīm deus eſſet acceptor perſonarum ut ſupra tibi dixerim. Quartus etiam modus pari ratione fundatur: nam illi qui per peccata ſua a ſalute expelluntur non deſcendunt ſecundum ſpiritum a patribus. Quintus uero modus fūdatur ex quarto & tertio ex quibus mixtus eſt ſeu compoſitus ex quibus diligenter conſideratis & debite applicatis poſſent tolli contrarietates abſq; ambiguitate ſeu fallatia a ſacris auctoritatibus de Iſrael ſeu Iacob & huiuſmodi ī predicta materia loquentibus.

Diſtinctio ſecunda de Scrutinio ſcripturarum contra uocationem gentium ad Iſraeliticam dignitatem & habentur quatuor capitula.

¶ In Primo capitulo oſtenditur ꝙ gentes uocande erant ad Iſraeliticam dignitatem.

¶ In Secundo oſtenditur ꝙ uocatio gentium erat incipiēda poſtq̈ Chriſtus principaliter fuiſſet in Hieruſalē & ibi euāgeliçaret nec ibi inueniſſet uiros iuſtos & huiuſmodi.

¶ In Tertio oſtenditur ꝙ fideles Chriſti nō nomine Iſrael ſeu Iuda ſed alio nomine erant uocandi.

¶ In Quarto oſtenditur ꝙ licet nomen Iſrael ſeu Iuda poſt paſſionem Chriſti fuit reprobatum ſeu in execrationem dimiſſum fideles tamen Chriſti ex Iſrael & Iacob .i. ſecundum carnem deſcendentes non minus Chriſtianam dignitatem ſeu eccleſiaſticam ſortiti ſunt q̈ alii gentiles

Capitulum primum in quo oſtenditur ꝙ gentes uocande erant ad Iſraeliticam dignitatem.

## Saulus

Licet ex dictis tuis poſſit haberi ꝙ etiam gentiles ad cultum diuinum uenientes poſſūt nomine Iſrael ſeu Iacob cognominari ut ī tertio modo ſupradicto ex tuis colligitur

UNIVERSIDAD DE SALAMANCA
GREDOS.USAL.ES

dictis: non tamen ex hoc habetur ꝙ tales .ſ. aduene gentiles
Iſraeliticam dignitatē conſequātur ſcrutans enim ſcripturas
reperio ꝙ huiuſmodi aduene licet in conſortiū Iſraelitarum
recipiantur & ſub eorum nomine cognominātur nō tamen
ad ſimilem ſeu equalem dignitatem aſſumūtur Vnde quia
ſecundum doctrinam meam ſeu magiſtri tui tales aduene
.ſ. de gētilitate conuerſi ad eandem ſeu ad omnimodā ſimi/
litudinē Iſraeliticis dignitatis recipiūtur ſeqtur ꝙ Chriſtus
tuus non eſt Meſſias ī prophetis promiſſus quia talia per
ſe & diſcipulos ſuos dogmatiçauit contra ſacrarum deter/
minationem ſcripturarum.

**Paulus**

Indica mihi ubi in ſacris eloquiis ea que dicis cōtinētur

**Saulus**

Legitur yſay. xiiii. Miſerebitur enī dominus Iacob
& eleget adhoc de Iſrael & requieſcere eos faciet in humū
ſuam & adiungetur aduena ad eos & adherebunt domui
Iacob & infra ſub eodem cōtextu & poſſidebit eos domus
Iſrael ſuper terram ſuam & capientes eos qui ſe ceperant:
ex qua auctoritate habes manifeſte ꝙ cum deus miſerebitur
Iacob ꝛc̄. .ſ. tēpore Meſſie & adiūgetur aduena ad eos .ſ. per
unius dei cultū ꝙ tunc tales aduene erunt ſerui ſeu ſubditi
Iſraelitarum non autem eis ī cōditione ſeu eq̄litate equales.

**Paulus**

Auctoritas hec loqtur de ſtatu populi Iſraelitici cum
fuerūt liberati a captiuitate babilonica non autē de tēpore
Meſſie: dicitur enim ibi immediate ante prope eſt ut ueniat
tempus eius .ſ. liberatiōis Iudeoꝝ de babilone que facta eſt
in principio regni Ciri Regis Perſarum ut habetur eſdre.
primo quod tēpus non erat multū lōgum a tempore yſaye
ideo ſubdit Et dies eius non elongabuntur: ſecus eſt ſic de
liberatiōe que per Meſſiā erat fienda que non erat ita prope

ſed ducentos annos & ultra a tēpore yſaye ſecundū ueritatē
noſtram: ſecundum autem opinionem tuam qui ad hec il/
lam expectas liberationem poſt tempus prophetie predicte
ideo fluxerunt duo milia annorum & ultra & adhuc non
apparet finis de quo tēpore tam longiſſimo & interminato
nullo poteſt modo dici: prope eſt ut ueniat tempus eius et
dies eius non elongabuntur: in tempore autē Meſſie non
reperies ꝙ cōuerſi de gentilitate ſint ſerui ſeu ſubditi Iſrae/
liticaꝝ ſed potius de utraq; natione: ſed Iſraelitica & gentili
debebat fieri unus & idē populus dei: Vnde zach. ii. ca.
Lauda & letare filia ſyon qa ecce uenio & habitabo in me/
dio tui dicit dominus ꝙ ītelligitur de tēpore Meſſie quādo
habitabit deus in nobis & ſequitur: Et applicabuntur gen/
tes multe ad dominum in illa die .ſ. per conuerſionē gentiū
ad fidem & erunt mihi in populum: ex quo patet ꝙ inter
eos non erit diuiſio nationū .ſ. Iudei & greci ſeu alterius na/
tionis ſed unus populus tamen ſicut unus deus.

**Saulus**

Ex illa auctoritate quā allegas licet poteſt concludi ꝙ
gentiles conuerſi ad Iudaiſmū recipiantur ad legis obſer/
uantiam equaliter cum aliis intantum ꝙ poſſent dici unus
populus cum eis non ex hoc habetur ꝙ tales alienigine ad/
mittentur ad ea que erant honorū: nā ut habetur de utero.
xxiii. aliqui gētiles in tertia generatiōe aliq in decima aliqui
nunq̄ admittebantur ad honores ſeu dignitates Iſraeliticas

**Paulus**

Yſaye lvi. de hac materia legitur & filii aduene qui adhe/
rent domino & colent eum & diligent nomen eius ꝛc̄. & ſe/
quitur: adducam eos in montem ſanctum meū & letificabo
eos in domo orōnis Vnde holocauſta eoꝝ & legittima pla/
cebunt mihi ſuper altare meum: exquo habes ꝙ etiam gen/
tiles cultui diuino adherentes equaliter ſe debebāt habere

VNIVERSIDAD
DE SALAMANCA

in omnibus ad dignitatem Iſraeliticam pertinentibus.

### Saulus

Non habes ex iſta auctoritate intentum ſicut nec
ex prima nõ adduci in ſanctuario nec etiam letari in domo
orationis: uel etiam an malia ibi offerre ut ex eis ſacerdotes
offerant holocauſta & ſacrifitia in altari commune eſt popula
ribus fidelibus ſecus eſt de aliis perheminentiis & dignita/
tibus ad quas non debebant admitti huiuſmodi aduene u:
iam dictum eſt & per me allegatum.

### Paulus

Nulla dignitas in lege magis exigebat certam tribum
ſeu proſapiam q̃ ſacerdotium ad quod nulli erat licitum
accedere niſi eſſet de ſemine Aaron ut habetur Nu. xviii.
capitulo & in multis aliis locis & tamẽ legitur ꝙ tempore
Meſſie de gentibus ad fidem conuerſi erant aſſumendi ſa/
cerdotes & Leuite: legitur eñi yſaye ultimo ubi de Meſſia
& eius diſcipulis qui ab eo miſſi fuerunt ad predicandum
agitur cum dicit: mittã ex eis qui euaſi fuerũt·ſ·a perſequu/
tione fienda tempore Meſſie ad gentes ·ſ· conuertendas &
ſequitur in eodem contextu: Et aſſumam ex eis·i·gentibus
conuerſis in ſacerdotes & leuitas dicit dominus: Exquo
habes manifeſte ꝙ etiã ex gentibus poterãt fieri ſacerdotes
& leuite & ſequitur ꝙ tales ad dignitatem Iſraeliticam de/
bebant aſſumi ꝙ etiam tui doctores quidem ſentierunt.

### Saulus

Allega doctores noſtros qui hoc uidebantur ſentire.

### Paulus

Super illud exo. xi. Hec eſt religio phaſe. Sequitur
in littera in eodem contextu eadem lex erit indigene &
colono qui perigrinantur apud uos ubi gloſa. rauanay. ſic
ait: futurum eſt·ſ·tempore Meſſie ꝙ conuerſi de gentibus
ſint ſacerdotes domino miniſtrantes | hoc ille.

## Capitulum Secundum in quo oſtenditur ꝙ uocatio gentium erat incipienda poſtq̃ Chriſtus prĩcipaliter fuiſſet in Hieruſalem & ibi etiam euangeliçaret nec ibi inueniſſet uiros iuſtos & huiuſmodi.

### Saulus

Aſſumere ſacerdotes & leuitas non ſolũ de alienigenis
ſed etiam de aliis tribubus preterq̃ de tribu leui manifeſtũ
ꝙ eſſet tranſgreſſio legis moſaice quod eſt directe contra
doctrinam magiſtri tui & diſcipulorum eius cum tamen
ipſe fatetur ꝙ non uenit ſoluere legem Mat. v ca. Sed quia
de hoc intendo contra te ſingulare certamen habere tanq̃
de re notiſſima & doctrine tue inimica: idcirco ad preſẽs
ſuperſedeo de hoc ſed proſequendo materiam de qua agi/
mus·ſ·de uocatione gentiũ Quero a te ſi gentes indifferẽter
erant uocande ad fidem tui Meſſie ſeu Chriſti ex quibus
cum Iſraelitica nacione erat unus populus conſtituendus
Quomodo ergo ipſe dicit Ma. xv. Non ſum miſſus niſi ad
oues que perierunt domus Iſrael Non enim uales dicere ꝙ
ibi loquebatur de Iſrael ſecundum ſpiritum ut ſic compre/
hendatur etiam alii credẽtes de certis nationibus ut ſupra
in euaſionibus tuis dicebas nam hec non habet locum Hic
loquebatur eñi Meſſias tuus Cuidã cananee de partibus
Tiri & ſindonis egreſſe cui petenti ab ipſo benefitium cura/
tionis: reſpondit Non ſum miſſus 2c. Exquo patet ꝙ ibi
cum dixerat ad oues qui perierant domus Iſrael intelligẽ/
dum eſt ſecundum generationem carnalẽ de qua Cananea
non deſcendebat alias reſponſũ ipſius ad eam nullam con/
tinebat rationẽ: ſi igitur ipſe non fuit miſſus niſi ad domũ
Iſrael ſecundum carnem: ſequitur ꝙ alie oues non erũt de
tali domo Iſrael non pertinebant ad ipſum & ſic uocatio
gentium ad ſuam fidem eſt manifeſte contra commiſſionẽ
quam dicitis ſibi a deo factam.

VNIVERSIDAD DE SALAMANCA
CREDOS.USAL.ES

## Paulus

Placet mihi ꝙ allegas dicta euangelii noſtri: licet ut
credis ſit contra me ut uideas ꝙ eloquia Chriſti noſtri ſunt
exanimata & nullo modo repugnāt alicui ueritati Vnde ad
declarationem uerborū Chriſti per te allegatorum tibi reſ-
pondeo. ꝙ licet Chriſtus miſſus fuit ad totum genus hu-
manum redimendum ut patuit per auctoritatem yſa. ſupra
per me allegatū xlix. ca. ubi dicitur: Parum eſt ut ſit mihi
ſeruus ad ſuſtinendas tribus Iacob & feces Iſrael conuertē-
das: Dedi te in lucem gentium 2c. In qua manifeſte patet
ꝙ ſalus per ipſum facta ſeu fienda ſe extendebat ad omnes
nationes & uſqꝫ ad extrema terre: cū eius doctrina ſeu pre-
dicatio & miraculorum operatio primo & principaliter &
per ſeipſum erat exercenda in populo Iſraelitico ſecundum
carnem eo ꝙ antiquis patribus Iudeorum fuerat facta pro
miſſio & prppter hoc dicit Non ſum miſſus niſi ad oues 2c
.ſ. ut in perſona mea eis predicem & inter eos miracula fa-
ciam non ſic autē ad ceteras nationes quia tamē pro maiori
parte Iudei fidem Chriſti repulerunt niſi ualde pauci ut
dictum eſt & gentiles in magno numero eam ſuſceperunt
ideo conſequēter diſcipuli Chriſti Iudeis reprobatis ad pre
dicandum gentibus ſe extenderūt prout Apoſtolus noſter
Ad Ro. xv. hoc eleganter declarat cuius auctoritatem non
tibi allego eo ꝙ non recipies eā ſed ſi ſcrutatus fueris ſcrip-
turas ſacras per te recipiendas hec poteris bene recipere ſ.
ꝙ Chriſtus primo ad populum Iſraeliticum erat uenturus
& ibi erat primo euangeliçandi uerbum dei conſequenter
autem propter defectum Iudeorum & alias nationes erat
hec transferendum.

## Saulus

Allega mihi ubi ſint auctoritates hec aſſerentes quas ego
recipere teneor.

## Paulus

Lege in yſaya. xli. ca. ubi habetur ſic Primus ad ſyō
dicet Ecce aſſum & Iheruſalem euāgeliſtam dabo & ſeqtur
Vidi & non erat uir nec ex iſtis quiſquā ut iniret conſilium
& iterrogans uideret uerbum: Ecce omnes iniuſti & uana
operra eorum 2c. & ſequitur ſtatim in principio ſequentis
capituli: Ecce ſeruus meus ſuſcipiam eum: electus meus
complacuit ſibi in illo anima mea dedi ſpiritum meum ſu-
per eum & iudicium gentibus proferret: Quequidē uerba
& multa ſequentia in hoc capitulo loquūtur de Chriſto ad
litteram: Vnde Ra. ſa. in hoc loco expreſſe dicit totū illud
loquitur de Rege Meſſia & redemptione ultima hec ille
Idem habetur in tranſlatione Caldaica ipſius Ionathe que
equiualet textui apud uos: Ex quibus habes ꝙ ille Rex
Meſſias Primus ad ſyon dicet: Ecce aſſum per preſētiam
ſuam ibi manifeſtum & Iheruſalem euangeliſtam dabo an-
nuntiando ibidem uerbum ſalutis per ſuam predicationē
Sed quia ibi non inuenit ī illa natione uirtuoſos ſeu iuſtos
qui uellent recipere doctrinam ſuā Sed potius pro maiori
parte oppoſitum ideo dicit: Et uidi & ecce non erat uir nec
ex iſtis quiſquā ut iniret conſilium 2c. Ecce omnes iniuſti &
uana opera eorum 2c. Idcirco de Meſſia qui ſeruus dei ſe-
cundum naturam aſſūptam & eius electus in quo placuit
deo 2c. ſtatim ſubdit: Iudicium gentibus proferetis quia
iudicia ſua legem & doctrinam indefectum Iudeorum gen-
tibus protulit & ut oſtenderetut ꝙ hec iudicia per manſue-
tudinem & humilitatē erant promulganda non in timultu
ſeu ſtrepetu ſicut in datione legis ueteris qui cum terroribus
maximis data fuit ut Exo. xix. & xx. capitulo: Ideo ſub-
dit Nō clamabit nec accipiet perſonam calamum caſſatum
non conteret 2c. & ſequitur Donec ponat in terra iudici-
um & legem eius inſule ſpectabunt ꝙ totū de lege Chriſti
uerificatur qui in inſula maris fuit diuulgata per diſcipu-
los poſtquam preſencialiter Chriſtus fuit in iheruſalem &

VNIVERSIDAD DE SALAMANCA
GREDOS.USAL.ES

ibi euangeliçaret ut dictū eſt nec ibi inueniſſet uiros iuſtos niſi in modico & quaſi nihil reputatur.

## Capitulum Tertium in quo oſtenditur ꝙ fideles Chriſti nō nomine Iſraelis uel Iuda ſeu Iacob ſed alio nomine erant uocandi.

### Saulus

Ex quo tu aſſeris ꝙ gentiles erant uocandi non ſolum ad fidem dei ſed etiam ad Iſraeliticam dignitatē & ꝙ tales potius ſunt dicendi Iſraelite quā antiqui eo ꝙ deſcenderūt de Iſrael ſecundum filiationem ſpiritualem: Quero igitur que eſt ratio qua tales communiter non nominantur Iſrael ſeu Iacob & huiuſmodi ſed aliis noībus noīationes eīm a digniori conſueuerunt fieri.

### Paulus

Ꝙ populus Chriſti promiſſi non deberet nomine Iſraelis ſed alio nomine uocari. poteſt haberi auctoritate & ratione

### Saulus

Indica michi primo auctoritatem ſacre ſcripture hoc dicentem que in rebus diuinis eſt efficacior quam ratio humana & deinde redde rationem ſique ſunt.

### Paulus

Iſaye lxv. ubi loquitur de meſſia qui de Iacob erat deſcenſurus & de Iuda dicens Educam de Iacob ſemen & de Iuda poſſidentem montes meos & hereditabunt eam electi mei. & ſerui mei habitabunt ibi | quod intelligitur ad litteram de chriſto & ſuis ſequacibus | & infra de his qui ab eo receſſuri erant dicit. Ecce ſerui mei comedēt & uos eſurietis. ſerui mei letabūtur & uos erubeſcetis ꝛc̄ In quibus & aliis ibi interpoſitis ponit differentias inter ſeruos dei .ſ. adherentes chriſto predicto & ei contradicentes ibidem. ut oſtēdat ꝙ huiuſmodi ſerui dei non nominabūtur

ſicut prius .ſ. iſrael ſed alio nomine | & ꝙ nomen iſrael quodāmodo quaſi execrabile manebit | ſubdit in eodem contextu alloquens perfidis a chriſto recedentibus | & dimittetis nomen ueſtrum in iuramentum electis meis & interficiet te dominus & ſeruis ſuis uocabit nomine alio. Ex qua auctoritate manifeſte habes ꝙ iſraelitici ſecundum carnem a chriſto recedentes habebant dimittere nomen ſuum .ſ. iſrael in iuramentū .ſ. execrationis electis meis .i. chriſtianis qui aliquando iurant execratorie | Si hoc feci moriar ſicut iudeus & ſic nomē iſrael remanet poſt chriſtū in iuramento execratorio ſicut Numeri v. Vxor de çeloſopia accuſata dicitur a ſacerdote | Det tibi dominus in maledictionem & exemplum ī populo tuo & ſic manet nomē iſraelis poſt chriſtum in maledictionem execratoriam & ſequitur ī predicta auctoritate Iſaye. Interficiet te dominus quod ſecundum quoſdam fuit impletum per Romanos deſtruentes templum & gentes | Sed non bene conſonat precedentibus ſemper enim loquitur hic ī plurali numero cum illis a chriſto deuiantibus & ideo hec quod dicit interficiet te dominus Refferendum eſt ad nomen iſraelis de quo inmediate dixerat & dimittetis nomen ueſtrum in iuramentū cui nomini Propheta alloquens dicit | interficiet te dominus nomen enim alicuius ſicut dicitur uiuere per bonam & glorioſam famā ſicut dicitur mori per infamiā ſeu ignominiam ſicut dicitur in ps. quando morietur & peribit nomen eius. Et poſtq̄ Propheta oſtēdit obprobriū nominis iſraelitici modo predicto ſtatim dicit ꝙ ſerui domini .ſ. fideles uocauit nomine alio quia uocati ſunt fideles in primitiua eccleſia diſcipuli chriſti iuxta illud Iſaye liiii. Vniuerſos filios tuos doctos a deo quia omnes illi fuerūt ab ipſo chriſto deo inmediate docti non ſicut in ueteri lege in qua fideles docebantur a deo mediāte Moyſe ſeu prophetis propterea nō defūctis pro maiori parte primitiuis eccleſie qui a deo ut dictum eſt inmediate fuerunt docti

uocati ſunt fideles nomine chriſtiani a chriſto ſeu chriſtiſ-
mate ꝙ unctionem gratie deſignat qua proprie diuiditur
populus dei a non populo dei.

## Saulus

**Hec auctoritas** per te allegata non adaptatur tuo
propoſito illi enim qui reprobantur ĩ hoc loco a propheta
erant ydolatrie alloquens enim eis dicit. Et uos qui dere-
linquiſtis dominum & obliti eſtis nomen ſanctum meum
qui ponitis fortune menſam & libatis ſuper eam | nume-
rabo uos in gladio 2c̃ Conſtat autem̃ ꝙ in templo ſecũdo
preſertim in tẽpore quo tuus meſſias uenit | iudei non erant
ydolatre ideo cum hic dicit qui ponitis fortune menſam |
quod intelligitur de deo ſeu de eſſa fortuna quod pertinet
ad ydolatriam hoc non poteſt intelligi de iudeis contem-
poraneis chriſto tuo | ſed oportet ꝙ intelligatur de iudeis
in templo primo exiſtentibus qui pro magna parte fuerũt
ydolatre ut habetur .iiii. Re. Et quia illi non perdiderunt
nomen iſraelis ut patet de multis ſanctis uiris qui poſtea
fuerunt ut çacharias. Malachias. Eſdras. Daniel & hu-
iuſmodi. Idcirco tua expoſitio non uere conſonat ueritati

## Paulus

**Si diligenter** conſideras litterã huius capituli pro-
prie adaptatur propoſito meo ꝙ ſingula contenta in hoc
capitulo hoc manifeſtant que ſingulariter tangere omitto
cauſa breuitatis. Sed tantum declarabo tibi exordiũ huius
prophetie & deinde reſpondebo ad obiectionem tuam.
Circa primum in exordio huius alteracionis propheta ſic
dicit | hec dicit dominus. Quomodo ſi inueniatur granũ
·ſ· uinum in botro ·ſ· poſt tempeſtatẽ | quod quidem granũ
eſt modicum reſpectu eius quod perditum eſt in tempe-
ſtate & dicatur ·ſ· uolenti dirũpe ne diſſipes illud quoniã
benedictio eſt in eo ·i· benedictio dei ꝙ remanſit ibi reli-
quis parẽtibus. ſic faciã propter ſeruos meos ·i· patriarchas
& prophetas antiquos ut non diſperdant totum ·ſ· populũ
iudaicum & ut oſtendat quomodo iſta fient ſubdit & edu-
cam de Iacob ſemen & exponatur ut ſupra dictũ eſt. quod
manifeſte adaptatur propoſito meo. Ad id autem quod
obicis de eo quod dicitur Qui ponitis fortune menſam 2c̃
Reſpondeo tibi dupliciter. ꝙ loquitur de ydolatria pro ut
tu opinaris & licet hoc peccatum nõ fuit in templo ſecũdo
fuit tamen frequenter in primo & quia ĩ hoc capitulo pro-
pheta nõ ſolum improperat eos de peccatis occurrentibus
tempore chriſti ſed etiam de peccatis antiquorum patrum
dicit enim inmediate. exordium predictum & iniquitates
ueſtras patrum ueſtrorum ſint qui ſacrificant ſuper mon-
tes 2c̃ Exquo patet ꝙ de iniquitate patrum antiquorum
ſimul cum iniquitate conterpaneorum eos arguit & ſic ref-
ferendum eſt uerbum predictum ·ſ· qui ponitis fortune
menſam 2c̃ ad ydolatriam in qua patres peccauerunt de
quibus ſimul eos arguit & cum preſentibus. Alio modo
poteſt intelligi hoc uerbũ qui ponitis fortune menſam 2c̃
non de ydolatria ſed ·ſ· de ſuperſticioſo cultu cerimoniarũ
qui quidem cultus licet in ueteri lege erat licitus & meri-
torius tamen poſt paſſionem chriſti & ſue fidei diuulgati-
onem eſt pernicioſus in quo cultu conſequenter ponunt
menſam & libant ſuper eam in feſto açimorum & aliis fe-
ſtiuitatibus que omnia ſunt ueritati fidei contraria tamen
per ea proteſtantur futura que iam ſunt preterita & quia
hoc peccato fuit in templo ſecundo cuius deſtructio per
xlii. annos poſt paſſionem chriſti fuit conſumata in quo
tempore iam erat diuulgata fides chriſti. Idcirco eis im-
ponit iſtud peccatum in quo chriſtum negabant ſicut &
hodie perfidi eorum negant non ſolum uerbis ſed etiam
factis ·ſ· utendo falſis proteſtationibus cerimoniarum ideo
de pena eorum ſubdit | & numerabo uos ĩ gladio 2c̃ quod
impletum fuit manifeſte per Romanos & conſequenter

UNIVERSIDAD DE SALAMANCA
GREDOS.USAL.ES

per propheta̅ continuatur materia oſtende̅do differentias
inter ſeruos dei ·ſ· fideles chriſti & alios eum derelinque̅tes
uſqꝫ ibi . Et dimittetis nomen ueſtrum in iuramentum &
ſeruos ſuos uocabit nomine alio quod fuit inuentum pro
ut ſupra declaratum eſt .

## Saulus

Audio auctoritates tuas que aliqualiter uidentur ſonare
propoſitum tuum | & uolo ſcire ſi habes aliquas rationes
propoſitum tuum ſuadentes ut dixiſti .

## Paulus

Multe rationes poſſunt aſſignari ad hoc ꝙ nomina
fidelium chriſtum recipientium debuerunt eſſe alia a no/
minibus fidelium qui fuerunt ante eius aduentum | ſed ad
preſens ſufficiant due | Vna eſt ꝙ hoc fuit ad denotandam
differentiam inter fideles chriſti & eum negantes ſub bre/
uitate | Si enim utriqꝫ co̅muniter denominaretur hoc no̅ie
Iſrael denominando fideles oportebat addere ſecundum
ſpiritualem generationem . & oppoſitum de oppoſitis ꝙ
eſſet faſtidioſum . nominando autem quoſdam diſcipulos
ſeu chriſtianos & alios iudeos ſeu hebreos breuius diſcer/
nuntur . Alia ratio & fortior eſt | quia denominationes co̅/
ſueuerunt fieri a digniori | quod patet tam in rebus natu/
ralibus q̃ artificialibus . In naturalibus enim compoſita
denominantur a formis que ſunt materia digniores . ut
homo animal & huiuſmodi | Similiter in artificialibus ut
domus menſa & huiuſmodi in quibus denominatio fit a
forma | motus etiam denominatur a termino ad quem . ut
in vi . phiſicorum qui habet rationem finis & boni | non
autem a termino a quo | idem autem a propoſito. Nam hec
nomina Iſrael Iuda & Iacob & huiuſmodi ſumuntur a pa/
triarchis a quibus deſcenderu̅t eorum ſucceſſores ſeu imi/
tatores | chriſtiani aute̅ dicuntur a chriſto a quo deſcendu̅t
ſecundum ueram imitationem operis & ſuſceptionem fidei

ut dictum eſt | Conſtat aute̅ ꝙ chriſtus precellit i̅ dignitate
& perfectione omnes patriarchas | ꝙ etiam doctores tui
aſſerunt de meſſia | Vnde ſuper illud yſa. liii . Ecce intelliget
ſeruus meus exaltabitur & eleuabitur & ſublimis erit ualde
quod uerbu̅ intelligitur de chriſto ſecundu̅ omnes docto/
res tui | dicunt exaltabitur pluſq̃ Abraham | & eleuabitur
pluſq̃ Moyſes & ſublimis erit ualde pluſq̃ angeli dei | cum
igitur dignitas ſeu perfectio chriſti excedat ſupradictos .
manifeſtu̅ eſt ꝙ denominatio ſuorum fideliu̅ potius debet
eſſe ab eo q̃ ab Abraham Moyſes ſeu Iſrael uel Iacob &
huiuſmodi | & ſic habes rationem uerbi per me ſupra alle/
gati ·ſ· & ſeruos ſuos uocabunt nomine alio .

## Capitulum Quartum in quo oſtenditur ꝙ licet no/ men Iſrael ſeu Iuda poſt paſſionem chriſti fuit reprobatum ſeu in execrationem dimiſſum fideles tamen chriſti ex iſrael & Iacob ſecundum carnem deſcendentes non minus di/ gnitatem chriſtianam ſeu eccleſiaſticam ſortiti ſunt quam alii gentiles .

## Saulus

Ex tuis aſſertionibus ſupradictis uidetur ſequi ꝙ iſ/
raelititi ſecundum carnem ſunt a deo intantum reprobati
ꝙ etiam eorum nomen execrabile remanet | Ex quo uidetur
ꝙ tales etiam ſi fidem chriſti tui recipiant non tamen per/
fectionem ſeu dignitatem gentilium eius fide̅ recipientium
attingant ſicut & i̅ lege ueteri aliqui gentiles non admitte/
bantur ad honores ſeu iſraeliticas dignitates | etiam ſi ob/
ſeruantiam legis recepiſſent | ut habetur Deutro. xxiii. quod
uidetur eſſe contra multas ſacras auctoritates | Ex quibus
habetur ꝙ quantu̅cunqꝫ iſrael fuerint eorum peccatis de/
iecti non tamen repelluntur ſeu relinque̅tur a deo | Dicitur
enim in ps. Quia non repellit dominus plebem ſuam &
heredita̅te ſuam no̅ derelinquet | & ide̅ in multis aliis locis .

## Paulus

VNIVERSIDAD DE SALAMANCA
GREDOS USAL

Abſit a me aſſerere ꝙ iſraelite ſecundum carnẽ a Iacob ſeu Iuda deſcendentes ſi fidem chriſti recipiant dignitatem chriſtianam ſeu eccleſiaſticam non attingant |hoc enim & ſi dicamus ꝙ non eſſet contra dignitatẽ chriſti qui ab illis patribus ſecundum carnẽ deſcendit propter eius excellentiam & ſanctitatem | & maxime propter unionem ad deũ quod eſt ſingulare in ipſo |eſſet tamen maxime contra dignitatem non ſolum apoſtolorum ſed etiam baptiſte |& ꝙ plus eſt contra dignitatẽ beate uirginis |de qua cantamus ꝙ ex ſemine Abrahe eſt orta & de tribu Iuda clara ſtirpe Dauid.

## Saulus

De illis quos ualde ſanctos reputatis | & qui fidẽ ueſtrã diuulgauerunt & huiuſmodi | non eſt mirum ſi predictus defectus natalium non eis noceat |& ideo de eis non eſt trahẽda cõſequẽtia ad alios preſertim ad uulgares & ſimplices.

## Paulus

Si cupis ueritatem in hac materia ad plenũ cognoſcere uide doctorem noſtrum egregium ·ſ· apoſtolum gentium qui in quadã Epiſtola ſua ad Romanos miſſa hoc diſcutit & finaliter determinat quid ĩ hoc ſenciendum ſit | cui ſentencie omnes fideles chriſti obtemperare habent.

## Saulus

Noſti ꝙ debes allegare in altercationibus noſtris tuos doctores |ſicut nec ego allego auctoritates noſtrorum doctorum contra te.

## Paulus

Concedo tibi ꝙ doctores noſtri non ſunt allegandi cõtra te | ſed bene pro te | Vnde in hac materia ſententia Pauli magis eſt tibi fauorabilis q̃ cõtraria ideo tibi eũ allegaui.

## Saulus

Ex quo ſic eſt dic mihi q̃d ſentit ĩ hac materia apoſtolus tuus

## Paulus

Noueris ꝙ ſicut inter populum iſraeliticum tempore Dauid |qui figura meſſie ſeu chriſti erat | fuit magna controuerſia inter uiros Iude & uiros Iſrael qui adinuicem concertabant de hoc ·ſ· qui eorum plus habebant in ipſo Rege |& habetur .ii. Re. xix. dicebant enim uiri Iude ad uiros iſrael | mihi proprior eſt Rex . quia ·ſ· erat de eadem tribu | uiri autem iſrael dicebant ad uiros iude . Decem partibus ego maior ſum apud regem magis q̃ ad me pertinet |quia ·ſ· de iſrael erant decem tribus | & de Iuda due tantum |ſic ſuo modo ĩ primitiua eccleſia ſub chriſto noſtro contingit magna concertacio inter fideles chriſti ·ſ· iudeos & gentiles |quorum una pars minor erat numero | illa ·ſ· de natione iudeorum . Alia uero pars erat maior numero ·ſ· gentilium .& utraqꝫ pars preſumebat ſe habere excellẽtiã apud chriſtum pluſq̃ alia ex certis rationibus per eas allegatis |quam concertationẽ apoſtolus amonuit reprehendẽs utranqꝫ partem & determinans ꝙ non eſt diſtinctio iudei & greci pro ut ad Ro.x. ca. Et ad rationes contra iudeos natione per gentiles factas in ca . x . & xi . dicte Epiſtole apoſtolus efficaciter reſpondit | Vnde quia gentiles ex incredulitate iudeorum chriſtum negantium etiam cõuerſos de iudaiſmo increpabant | ideo de hoc gentiles reprimit multis rationibus . Quarum Prima eſt ꝙ incredulitas iudeorum non fuit uniuerſalis . quia multi ex eis crediderũt & de hoc dicit | Nunquit deus repulit populum ſuum ·ſ· iudaicum generaliter eum repellens | & reſpondit . Abſit . Vnde non dixit apoſtolus |Nunquit dominus repellit iudeos ſeu iſraelitas ſed populũ ſuum | q. d. Nunquit totũ populum repellit|quia multi ex eis chriſto adheſerunt| Sed quia forte diceretur per gentiles ꝙ illi qui fuerant conuerſi de iudaiſmo erant modice reputationis ſeu auctoritatis in eccleſia dei | Vnde de talibus non erat fienda mentio | ideo

UNIVERSIDAD DE SALAMANCA

ſtatim ſubdit |Nam & ego iſraelita ſum|qui tamen nõ ſolũ
uocatus fui ad fidem chriſti |ſed etiam ad apoſtolatum . Et
ſi forte diceretur a gentilibus contra iudeos ꝙ erant ualde
pauci numero |& ſic quod modicũ eſt pro nichilo reputa/
tur ſecundum philoſophum | Ideo reprimit eos exemplo
Helie qui putabat ꝙ totũ iſrael corruatur omnes prophe/
tas occidendo . & altaria dei deſtruendo |ſic ut nullus niſi
ipſe ſolus Helias remaneret |Vnde & deo dicebat |Ego re/
lictus ſum ſolus & querunt animam meam | quod totum
habetur . iii .Re. xix. ubi quia deus quẽ nihil latet ſciebat
ꝙ non erat ſolus Helias relictus ſicut ipſe eſtimabat | ſed
multi plures alii deum collentes | Ideo ſubdit apoſtolus .
Sed quid dicit illi diuinũ reſponſum|ad tollendã extimati/
onem ſuam .Reliqui mihi vii . milia uirorum quoꝝ genua
non curuauerunt Baal|& ſic in propoſito nõ ſolus apoſto/
lus remanſit de iudaiſmo in adherentia chriſti | ſicut nec
Helias ĩ cultu dei|Vnde concludit apoſtolus ex huiuſmodi
exemplo | Si ergo in hoc tempore ·ſ· noue legis | reliquie
ſecundum electionem dei ſalui facti ſunt | & ut apoſtolus
magis reprimeret gentiles de hoc ꝙ iudeos cõuerſos irra/
cionabiliter refutabant| Addit ſecundam rationem in qua
oſtendit ꝙ etiam incredulitas ipſa iudeorum fuerat ualde
utilis gentilibus cõuerſis ad fidẽ|eo ꝙ apoſtoli relinquẽtes
Iudeam incredulam |tranſierunt ad conuertendũ gentiles
ut habetur Act . xv . Et de hoc dicit apoſtolus | Nunquit
ſic offenderunt ·ſ· iudei ut caderent ·ſ· tantum ita ꝙ nichil
utilitatis inde ſequeretur niſi caſus iudeorum |& reſpondit
Abſit ꝙ illorum delictum ſalus eſt gentilibus| quia occa/
ſionaliter modo predicto ex incredulitate iudeorum ſecuta
eſt ſalus gentium | Deus enim adeo eſt bonus ſecundum
Auguſt . ꝙ non permittit mala fieri niſi ex eis elicerentur
maiora bona . Et ex iſta ratione ſecunda apoſtolus infert
terciam quaſi a forciori arguendo · d. |Si enim amiſſio eoꝝ
·ſ· per incredulitatẽ|recõciliacio eſt mũdi | quod intelligitur

occaſionaliter modo predicto |que aſſumptio eorũ niſi uita
ex mortuis |quia ut dicunt expoſitores iudei ſciẽtes ſcrip/
turas conuerſi ad fidem magis poterant proficere circa in/
formationem ſimplicũ q̃ alii| ut patet de Paulo Apoſtolo
& pluribus aliis | Conſequenter quarto apoſtolus probat
intentum per duo exempla naturalia. Primum eſt cũ dicit
ꝙ ſi delibatio & ſancta & maſſa | quod intelligendum eſt
de apoſtolis qui fuerunt quaſi quedam delibatio de maſſa
iudaica aſſumpta |Secundum exemplum eſt cum dicit | ꝙ
ſi radix ſancta & rami|Patriarche enim fuerũt quaſi radices
tocius populi iſraelitici|Ex quibus exemplis intendit apo/
ſtolus concludere ꝙ caſus iudeorum non erat irreparabilis
eo ꝙ erant habiles ad bonum ut patet de radicione & de/
libatione | Conſequenter apoſtolus inducit alias rationes
predictum propoſitũ confirmãtes quas ad preſens omitto
cauſa breuitatis . Et cum miſericors deus te perduxerit ad
hoc ut ſis habilis ad recipiendas ſanctorum auctoritates
iſta & alia poteris ĩ illis plenius uidere| Ad preſens autem
ſufficiat tibi ꝙ ſecundum doctrinam catholicam iſraelitici
ſecundum carnem ſi fidẽ chriſti recipiant dignitatẽ chriſti/
anam ſeu eccleſiaſticã ſicut ceteri gentiles attingere poſſunt
Non enim eſt diſtictio iudei & greci| ut patet per apoſtolũ
Vnde ex hoc ꝙ iudei cum eſſent ĩ ſua infidelitate obſtinati
nomen eorum fuit dimiſſum in iuramento execrationis ut
dictum eſt non tolleretur quin poſt eorũ conuerſionem ad
fidem chriſti fuit ceteris in benedictionem pro ut etiam
auctoritates apud te recipiendas teſtantur .

## Saulus

Oſtende michi auctoritates illas a me recipiendas hoc
teſtantes .

## Paulus

Multe ſunt auctoritates hoc teſtantes | ſed ad preſens
ſufficiat illud çach . viii . ubi dicitur . Et erit ſicut eratis

VNIVERSIDAD
DE SALAMANCA

maledictio in gentilibus domus Iuda & domus Iſrael| ſic
ſaluabo uos & eritis benedictio | Exquo patet ꝙ illi iudei
quorum nomẽ preſens erat in execratione| quia cũ aliquis
maledicebat alicui dicebat |Sis talis ſicut iudeus |ſic poſtq̃
fuerit in ſtatu ſalutis |qui uult alicui benedicere | dicet | fiat
tibi ſicut iſraelitis ſeu iudeis .

## Saulus

Auctoritas illa ſecundum nos applicatur ſtatui noſtro
hodierno ſecundum eius primam partem qui ad preſens
ſumus in maledictionem gentibus pro ut tu exponis |ſed
tempore meſſie quẽ expectabamus implebitur in nobis |
ſecunda pars auctoritatis predicte ·ſ· & eritis benedictio |
In quo tẽpore expectamus ꝙ cetere nationes in nobis be/
nedicuntur modo tempore expoſito .

**Diſtinctio** Tercia de ſcrutinio ſcripturarũ circa tẽpus
aduentus chriſti |an ſit preteritum uel futurum | Et habet
quatuor capitula .

¶ In primo Capitulo oſtenditur ꝙ aduentus chriſti gene/
ralis duplex eſt .

¶ In Secundo Capitulo oſtenditur ꝙ tẽpus primi aduẽtus
chriſti eſt preteritũ ſecundum prophecıã Iacob patriarche .

¶ In Tercio Capitulo oſtenditur ꝙ meſſias iam diu eſt ꝙ
uenit per reuelationem factã |Daniel de lxx.ebdomadibus.

¶ In Quarto Capitulo oſtenditur ꝙ ſecundũ omnes ma/
giſtros ſeu expoſitores famoſos iudeorũ qui tẽpore primi
aduentus chriſti determinate locuti ſunt tẽpus primi ad/
uentus chriſti iam tranſiit in preteritum .

**Capitulum** Primum in quo oſtenditur ꝙ aduentus
chriſti generalis duplex eſt .

## Paulus

Spectacionem tuam ſi ſcruteris ſcripturas manifeſte re/
peries eſſe inanem cũ tempus aduentus meſſie ad ſaluãdas
gentes in prophetis promiſſi iam diu ꝙ in preteritũ trãſiit
ut poteſt manifeſte cõprobari tam per ſacras auctoritates
q̃ per alias auctoritates a te recipiendas .

## Saulus

Doce ꝙ aſſeris in hoc enim conſiſtit magna pars noſtre
controuerſie .

## Paulus

Anteq̃ ad hoc diſcuciendum accedamus ne in equiuocũ
inter nos procedatur . oportet animaduertere ꝙ aduentus
chriſti ſeu meſſie in mundum poteſt ex ſacris ſcripturis cõ/
probari duplex| Eſt unus ·ſ· ad ſaluandum ſeu redimendũ
genus humanum | qui quidem aduentus pronunciatur a
prophetis fore ĩ forma pauperis humilima Secundus uero
aduentus ad iudicandũ mundũ | qui quidẽ pronunciatur
in ſcripturis fore in maxima poteſtate & maieſtate Vnde
ſi diligenter ſcripturas & ueras hyſtorias ſcrutatus fueris
primus aduentus iam diu eſt ꝙ tranſiit in preteritũ |ſecun/
dus uero nõ| & ideo de primo aduentu intende ad preſens
tecum agere .

## Saulus

Primo oſtende michi unde habes ꝙ aduentus meſſie
in mundũ ſit duplex |Reperio enim ꝙ prophete loquẽtes
de aduentu meſſie ſemper loquuntur de futuro non diſtin/
guentes futurũ tempus ſecundum remotũ & propinquũ
ut applicetur tempus magis propinquum primo aduentu
& longinquum ſecundo| pro ut tu uideris intendere .

## Paulus

Licet prophete non diſtinguant ita expreſſe aduentum
meſſie per remotum & propinquum tempus futurum| eo
modo quo tu dicis |tamen cũ de aduentu meſſie ſimpliciter
loquũtur |attribuentes ſuo aduentui diuerſas ſeu cõtrarias
diſpoſiciones |oportet inde concludere ꝙ ſint duo aduẽtus
ut alteri eorum applicentur aliqua & alteri alia .

VNiVERSIDAD DE SALAMANCA

### Saulus

Oportet te illa declarare que dicis allegãdo auctoritates ſacras ad hoc ſi quas habes.

### Paulus

Zacharie. ix. manifeſte reperies ꝙ rex meſſias uenturus erat in forma hominis pauperis ad ſaluandum per iuſticiam populũ ſuum| legitur enim ibi| Exulta ſatis filia ſyon iubilare filia iheruſalẽ| Ecce rex tuus uenit tibi iuſtus & ſaluator. eſt pauper & aſcendẽs ſuper aſinã & pullũ ⁊c̃ Super quem locum Ra. ſa. magiſter tuus dicit expreſſe ſcriptura iſta non poteſt intelligi niſi de rege meſſia| hec ille Habes ergo ex hoc loco ꝙ rex meſſias uenturus erat in ciuitatem Iheruſalem ĩ forma pauperis & equitatura pauperrima |& ꝙ ueniebat ad ſaluandum per iuſticiã | Vnde & uocat eum ſaluatorem & iuſtum que omnia ad eius aduentum pertinent ·ſ· qui eſt ad ſaluandum | Ibidem enim legitur| Tu autem in ſanguine teſtamenti tui miſiſti uinctos tuos de lacu ⁊c̃ De alio uero aduentu eius habetur Daniel. vii. ubi tractans de generali iudicio dicens |Iudiciũ ſedet & libri aperti ſunt | poſt pauca ſubdit | Aſpiciebam ergo in uiſionem noctis & ecce cum nubibus celi quaſi filius hominis ueniebat & uſꝗ ad antiquum dierum peruenit | & in conſpectu eius obtulerunt eum | & dedit ei poteſtatẽ & honorẽ & regna & omnes populi tribus ac lingue ipſi ſeruient |poteſtas eius poteſtas eterna que non auferetur & regnum eius ꝙ non corrumpetur | In quo paſſu idem magiſter tuus Ra. ſa. dicit| & iſte eſt rex meſſias |Cũ igitur in aduẽtu a çacharia prenũciato exprimitur ꝙ rex meſſias in forma pauperrima erat uenturus & ĩ prophecia Dani. legitur ipſum uenturum eſſe in maxima poteſtate & maieſtate: oportet ergo concludere duplicem eius aduentum fuiſſe a prophetis denunciatum In quorum primo meſſias ueniens ad ſaluandum uenturus erat ĩ pauperrima forma humana |In ſecundo uero ipſemet meſſias ueniens ad iudicandum uenturus prenunciator in poteſtate magna & maieſtate. Vnde de primo eius aduentu ut dicebam inter me & te eſt agendum pro nunc ·ſ· ſcrutando ſcripturas an ſit preteritus uel futurus. De ſecundo uero aduentu ·ſ· ad iudiciũ ad preſens omitto |quia de ipſo nulla eſt diſceptacio inter me & te quantũ ad hoc omnes enim concordes ſumus ꝙ ſit futurus.

## Capitulum Secundum ubi oſtenditur ꝙ tempus primi aduentus chriſti eſt preteritum ſecundũ propheciã Iacob Patriarche.

### Saulus

Quicquid ſit de ſecundo aduentu oſtende ſi uales ꝙ meſſias promiſſus ad ſaluandum iam uenit.

### Paulus

Inter prophetas qui locuti ſunt de aduentu meſſie preſertim deſignando tempus huiuſmodi aduentus |Primus fuit patriarcha Iacob qui uolens filiis ſuis quedam predicere que futura erant eis Gen. xlix. Inter alia de tribu Iuda de qua ſecundum omnes | meſſias erat deſcenſurus | dixit hec uerba ſecundum tranſlationem noſtram. Non aufferretur ſceptrũ de Iuda nec dux de femore eius donec ueniat qui mittendus eſt cui eſt expectacio gencium. Exquo habetur intentum |Nam cum ſceptrum de Iuda a magnis temporibus eſt ablatum| nec etiã eſt dux de femore eius| Conſtat manifeſte ꝙ uenit ille qui mittendus erat ⁊c̃ ·ſ· meſſias promiſſus quod eſt propoſitum.

### Saulus

In multis deficit hec argumentacio tua & primo in uera tranſlatione. Non enim ſic ſe habet ueritas hebraica in hoc loco ſicut tranſlatio tua quam allegas & ſpecialiter ĩ hoc ꝙ dicit |donec ueniat qui mittendus eſt ⁊c̃. In hebraica enim ueritate ĩ hoc loco dicitur| donec ueniat Silo quod eſt nomẽ

UNIVERSIDAD DE SALAMANCA

proprium cuiuſdam loci ubi aliquādo fuit tabernaculum domini & archa teſtamenti ut habetur . i. Re. Vnde ſenſus huius auctoritatis quam allegas ſecundum ueritatē littere hebraice talis poteſt eſſe . ſ. ꝙ non aufferretur dominiū ſeu preſidentia uel primatus que fuerant in tribu Iuda tēpore Ioſue & iudicium uſq̧ dū ueniret Silo . ſ. quando Saul fuit unctus tempore quo tabernaculum dei fuit in Silo / & per conſequens erat ibi unctio qua reges ungi debebāt / & quia Saul erat de tribu Beniamyn ideo in Silo erat tranſlatum ſceptrum de Iuda ad aliam tribum . ſ. Beniamyn / & ille uidetur ſenſus planus huius auctoritatis qui nihil facit pro te / nihil enī hic agitur de meſſia de quo ad preſēs loquimur.

## Paulus

Nec tua expoſicio eſt manifeſte extorta & incōſona littere tum quia tempore quo Saul fuit unctus archa domini iam erat amota de Silo in Carithiarim ut . i . Re. vii. tum quia pauca poſt unctionem Saul unctus fuit Dauid in regem qui quidem Dauid fuit primus rex de tribu Iuda & extūc reges de illa tribu ſucceſſerūt Non ergo poteſt dici ſceptrū auferri de Iuda quando incepit eſſe in propinqua diſpoſicione ad regnum perfectū / tum quia de Saul nullomodo poteſt uerificari hoc quod inmediate ſubditur ī littera Cui eſt expectatio gencium ſeu congregatio gencium / cum ad Saul nihil horum pertinuit / unde predicta tua expoſitio nullum habet locum in hoc paſſu .

## Saulus

Et ſi uerba patriarche non intelligātur de Saul ut tu dicis poſſunt tamen intelligi de aliis / ut de Ieroboam qui fuit rex iſrael de tribu Effraym per quem tribus . x . ablate ſūt a regno Iuda & adheſerunt Ieroboam ut . iii . Re. x . cap. & ſic eſt ſenſus Non auferretur ſceptrum de Iuda . ſ. ſceptrū regni quod fuit datum Dauid & ſucceſſoribus ſuis donec ueniret Ieroboam qui coronandus erat in Silo / & ſecundū talem expoſitionem que ſatis eſt applicabilis littere nulla mencio eſt de meſſia de quo hic agimus & per conſequens nec per illam habes intentum .

## Paulus

Nec tua expoſitio manifeſte eſt nulla ſicut & alia / tum quia per Ieroboam non fuit ablatum regnum a domo Iuda ſed pocius ſtetit firmum per ſucceſſionem hereditariam in ciuitate Iheruſalem que eſt metropolis ubi erat templum & archa domini & unctio ſacra que propria erant & eſſencialia in regno iſraelitico ſeu hebraico / tum quia congregatio illa facta per Ieroboam non fuit in Silo ſed in Sichen ut in . iii . Re. ca. allegato .

## Saulus

Nolo ſtare in expoſicione huius paſſus prout tranſlacio tua ponit . ſ. cum dicit donec ueniat qui mittendus eſt / licet enim non ſit propria cum littera hebraica tamen eſt aliqualiter ei conſona Siloe enim interpretatur miſſio ſeu miſſus / ſecundum quam tranſlationem prophecia fuit manifeſte adimpleta per Nabuchod . regem Babilonie qui fuit miſſus a deo propter peccata populi ad deſtruendam terram Iude & auferendum regem iudeorum prout dicitur . iiii . Re. ultimo / & ſic eſt ſenſus Non auferetur regnū de Iuda ꝛc̄ donec ueniat qui mittendus eſt . ſ. Nabuchod . qui a deo fuit miſſus & abſtulit totam poteſtatem regiam ſeu ſceptrum de Iuda cui Nabucho . fuerunt gentes agregate / quia eius imperium fuit ualde dilatatum ut habetur Ieremie . xxv. & in aliis multis locis . Vnde predicta uerba patriarche ſecundum tuam tranſlationem accepta proprie exponuntur de Nabuchodonoſor nulla mencione facta de meſſia de quo agimus .

## Paulus

Quia hec dictio Silo prout ī hoc loco ponitur eſt aliqualiter obſcura / tui expoſitores eam uarie & multipliciter expoſuerūt ut poſſēt euadere a manifeſta inpugnatione huius

VNIVERSIDAD DE SALAMANCA

auctoritatis ideo recurrendū eſt in hoc ad tranſlationem Caldaicam factā per Anquelonē que tranſlatio apud uos tres habet excellentias . Prima .ſ. ut nullus eſt auſus ei contradicere ut patet per Ra. ſa. in multis locis & per Ra. Moy . Egyptium in ſuo libro de directione & per alios | Secunda eſt ꝙ in ſcolis puerorum ubicunqꝫ legitur penthateucus legitur eis hec tranſlatio poſt textum. Tertia quia etiam in ſynagogis ubi in diebus ſabbatinis leguntur alique lectiones ipſius penthateuci que ad maiorem ſolennitatem repetuntur tranſlate | tales tranſlationes ſummuntur ubiqꝫ terrarū a predicta tranſlatione Anquelonē Conſtat autem ꝙ ipſa tranſlatio in hoc loco ſic habet Non auferretur habens poteſtatem de domo Iuda nec ſcriba de filiis filiorum eius uſqꝫ in ſecula donec ueniat meſſias cuius eſt regnum & ipſi congregabuntur gentes ſeu populi | hec in predicta tranſlatione ex qua habes manifeſte ꝙ hic loquitur patriarcha de meſſia de quo hic agimus | ideo habes per Ra. ſal. magiſtrum tuum qui hanc ſequitur tranſlationem in hoc loco Idem etiam per alios .

## Saulus

Qui ſunt illi doctores noſtri quos dicis ſequentes tranſlationem Caldaicam in hoc loco .

## Paulus

Super illud uerbum Gen. xlix . Congregamini filii Iacob ut annunciē que uentura ſunt uobis in nouiſſimis diebus que quidē uerba prepoſuit Iacob filiis ſuis ante prophecīā ſeu benedictionē ſuam in qua prophecia uerba preallegata continuātur .ſ. Non auferretur ꝛc Ra. Moy . gerūdenenſis in ſua expoſitione ſic dicit Nouiſſimi dies ſunt dies meſſie quoniā Iacob ſignificabat illa tempora in uerbis ſuis cum dixit | donec ueniat Silo & ipſi congregabuntur populi . nouiſſimi enim dies . dies meſſie ſunt | hec ille . Idem ille magnus Ra . Cahadias in ſua tranſlatione Arabica que cōmuniter legitur in partibus Africe Idem Ra. canibi in libro ſuo qui dicitur Saraſim ubi agit de dictionum ſignificatione dicit expreſſe | ꝙ per litteram Silo quod habetur in illa auctoritate donec ueniat Silo | ſignificatur filius eius & eſt prophecia de meſſia . Sunt etiam alii plurimi hoc ſencientes quos cauſa breuitatis omitto | ſufficiunt enim predicti | quia in ore duorum uel trium ſtat omne uerbum habes ergo ex hac auctoritate | ꝙ meſſias de tribu Iuda promiſſus iam uenit a tēpore quo ablata fuit poteſtas ſeu ſceptrum de Iuda quod fuit per me propoſitum .

## Saulus

Et ſi hoc quod dicitur ī auctoritate predicta donec ueniat Silo intelligatur de uero meſſia ut uidentur uelle doctores per te allegati | adhuc ex dicta auctoritate nō habes propoſitum . nam ſceptrum nondum albatum eſt de Iuda adhuc enim remanet poteſtas ſeu dominium iudicandi cauſas & determinandi apud capita tranſmigrationum que ſunt in Babilonia que locum regis tenent ſuper totum populum iſraeliticum ut habetur a Ra. Moy. egyptio in libro de iudicibus in determinationibus ſuis de Canhedrin ca . iiii . ubi ſic dicit . Capita trāſmigrationis que ſunt ī Babilonia locum regis tenent & poſſe dominare ī iſrael ubiqꝫ terraꝝ & iudicare ſuper eos ſiue uelint ſiue nolint ſicut ſcriptū eſt Non auferetur ſceptrum de Iuda | per hoc enim ſcriptum intelliguntur capita tranſmigrationū que ſunt ī Babilonia hec ille. Et ſic dicta auctoritas non facit pro te . non enim ex ui predicte auctoritatis eſt neceſſariū concedere ꝙ iam uenit meſſias cum nondum ſceptrum ſit ablatum de Iuda.

## Paulus

Hec reſponſio ſeu euaſio tua non ſolū eſt manifeſte falſa ſecundum euidentiam facti ſed etiam eſt notorie ficta ſeu mendoſa | & inſuper contra propheticam ueritatē | prima patet ex hoc | nam Babilonia in qua tu aſſeris eſſe capita tranſmigrationum habentia tales poteſtates & dominia

VNiVERSiDAD DE SALAMANCA

ſuper totum populum iudaicũ manifeſtiſſimum eſt ꝙ iam a magnis temporibus citra eſt deſtructa & inhabitabilis redacta & hoc fuit de ea prophetatum yſa. xiii. ca. ubi ſic dicit Et erit Babilon illa glorioſa in regnis inclita ĩ ſuperbia Caldeorum ſicut ſubuertit deus Sodomã & Gomorrã non habitabitur uſq; in finem | & non fundabitur uſq; in generationem & generationem. Conſtat autem ꝙ in terra inhabitabiliter deſtituta nullus cõmoratur & multo minus credibile eſt ꝙ ſint ibi talia capita. Eſt etiam notoriũ inter uos quod a magnis temporibus retroactis nunq̃ in partibus Babilonicis nec aliquod iudicium nec aliqua determinatio | nec ſolũ rumor aliquis de illis partibus ad iſtas partes Europe ueniret. Vnde notandũ eſt ſecundum euidentiam facti ꝙ non ſunt ibi iudei dominantes ſuper totũ iſrael ut tu aſſeris Secundum autem ꝙ euaſio uidelicet tua ſit ficta ſeu mendoſa patet ex hoc Nam ſecundum tuũ Ra. Moy. predictum & communiter omnes doctores tuos extra terram promiſſionis nõ poteſt nec licet nec aliquando licuit alicui iudeo iudicare iudicia criminalia | de quibus .ſ. eſt occaſio ſeu mutilatio membri humani. Conſtat autem ꝙ qui non habet iuriſdictionem in talibus non poteſt iudicare neq; capitaliter iudicare blaſphemũ ſeu ydolatram homicidam adulterum nec aliquem quemcunq; incurrentem ſimilia crimina que grauiſſima ſunt ſecundum legem Moyſi. & ſic exceptis iſtis & ſimilibus cetera ſunt leuia Ex quo ſequitur ꝙ illa capita tranſmigrationum que tu dicis eſſe ĩ Babilonia non poſſunt iudicare de grauibus ſeu capitalibus criminibus cum ſint extra terram promiſſionis ſed tantum de leuibus & paruis cauſis quarum reſpectu non poſſunt dici habere ſceptrum neq; poteſtatem regalem prout tu dicis Vnde de eis etiam ſi pro nũc eſſent non poteſt dici ꝙ tenent locum ſeu ſceptrum regis ſed tales eſſent ſicut iudices inferiores habentes modicam poteſtatẽ Vides ergo ꝙ Ra. Moy. & alii Rabini tui qui aſſerunt ꝙ in Babilonia ſint capita tranſmigrationũ habentia poteſtatem regiam ſuper totum populum iudaicũ manifeſte menciuntur cum illud aſſerunt quod eſt contra mentẽ ſuam omnes enim concorditer tenent ꝙ extra terram promiſſionis nulli iudeorum pertinet talis poteſtas. Tercia euaſio tua eſt contra propheticam ueritatem | legitur enim Oſee iii. ſic Dies multos ſedebunt filii iſrael ſine rege & ſine principe & ſine ſacrificio & ſine altari Que quidem auctoritas tam ſecundum tuos expoſitores q̃ noſtros intelligitur de ſtatu iudeorum in captiuitate hodierna | & ſic patet ꝙ aſſerere iudeos habere in Babilonia uel alibi tempore huius captiuitatis principem uel regem ſeu aliquid huius nõ ſolum eſt contra ipſam euidẽtiam rei ut dictum eſt ſed etiã contra propheticam ueritatem.

## Saulus

Si hec dicta patriarche que pro te allegas proprie conſonarent propoſito tuo oporteret ꝙ meſſias tuus ueniret ante tempus Machabeorum per quos fuit ſceptrum de Iuda ablatum Machabei enim manifeſtum eſt ꝙ non erãt de tribu Iuda. ſed de tribu Leui | Erant enim ſacerdotes & illi totum populum gubernabant in templo ſecundo per centum annos & ultra ante aduentum chriſti tui ut patet in hiis hyſtoriis Ioſephi & aliis. Cum ergo meſſias tuus natus eſt tempore Herodis regis qui Machabeis ſucceſſit in regno iudeorum | conſtat ꝙ non uenit in tempore prenunciato per patriarchã. Nam longe ante tẽpus Herodis in quo tempore chriſtus tuus natus eſt | iam erat ablatum ſceptrũ de Iuda ut dictũ eſt | & tranſiuerat in Machabeos qui erant alterius tribus.

## Paulus

Quãuis ſecundũ aliquos expoſitores noſtros Machabei licet ſacerdotes fuerunt & per conſequẽs de tribu Leui | erãt tamen de tribu Iuda ſecundum lineã maternam. & ideo

VNIVERSIDAD DE SALAMANCA

per gubernationem eorum non erat ablatum ſceptrũ de Iuda/ tamen quia non poteſt hoc clare probari ideo ad obiectionem tuam ſecundũ alios planius reſpondetur. Ad quod ſciendum ꝙ ut habetur Numeri. xi. tempore Moyſi de mandato dei fuerunt congregati. lxx. ſeniores iſrael ut eſſent coadiutores in regimine populi cum ipſo Moyſe/ & ex tũc ſecundũ omnes doctores tuos ſẽper fuit ĩ iudaiſmo collegium ſeu conſiſtorium qui dicebatur Canhedrin ad quos omnes difficultates ſeu dubia fidei etiã legis perueniebant/ ſimiliter etiã omnia magna & ſumma iudicia ſeu cõtrouerſie de quibus cõmuniter intelligitur illud Deutro. xvii. ca. Si difficile eſt ambiguũ apud te iudiciũ perſpexeris inter ſanguinem & ſanguinẽ cauſam & cauſas ⁊c̃ & infra/ Surge & aſcende ad locum quem elegerit dominus deus tuus ⁊c̃ & facies quecunq; dixerint qui preſunt loco quem elegerit dominus & ſequeris ſentenciã eorũ nec declinabis ad dexterã & ſiniſtram. Que quidem Canhedrin a tẽpore Dauid & citra reſidebãt principaliter ſub regibus & ducibus Iude in Iheruſalẽ/ & poſtea ĩ Babilonica captiuitate dũ ibi eſſẽt reges uel duces de Iuda Cõſequẽter autẽ in reddítu predicte captiuitatis reſidebãt apud Iheruſalẽ ſub ducibus de tribu Iuda dũ eſſent/ & durabat poteſtas eorũ etiã non exiſtẽte rege ſeu duce de Iuda pro ut poteſtas alicuius cauſa uacante ſede durat/ & ſic auctoritas & poteſtas Canhedrin durauit/ etiã tẽpore Machabeorũ uſq; ad. xl. annos ante deſtructionẽ tẽpli ſecũdi in quo tẽpore ceſſauit ex toto eoꝝ poteſtas ſeu iuriſdictio/ eo ꝙ tunc tẽpore Herodes interfecit omnes Rabinos ſeu magiſtros illius collegii prout ĩ libro Canhedrin Iheruſolomitano ĩ ca. de iudiciis peccuniarum Idẽ habetur ĩ li. Abodaçara c. i. Vnde protunc proprie fuit ablatũ non ſolũ ſceptrũ de Iuda ſed etiã ſcriba de filiis eius/ quod quidẽ tẽpus currit cũ tẽpore paſſionis chriſti noſtri qui ſecundũ omnes per xlii. annos ante deſtructionẽ tẽpli fuit paſſus ſicut & regnũ Herodis qui alienigena erat

In cuius tempore tytulus regius a toto genere iudeoꝝ fuit ablatus/ fuit ualde propinquũ tẽpori natiuitatis chriſti. Ex quibus patet ꝙ tẽpore Machabeoꝝ nõ fuit ablatũ ſceptrũ de Iuda ſed tẽpore Herodis ut dictũ eſt ĩ quo tẽpore uerus meſſias eſt natus quod manifeſte cõcordat cum prophecia patriarche predicte.

## Saulus

Secundũ tuã narrationẽ duo tẽpora aſſignas circa expoſitionẽ uerborũ pr̃iarche/ unũ. ſ. quomodo fuit ablatũ ſceptrũ de Iuda Herode regnante qui alienigena erat. Aliud uero tẽpus aſſignas quomodo fuit ablatus dux ſeu ſcriba de filiis eius & hoc dicis impletum quando Herodes occidit Rabbinos ſeu magiſtros legis qui dicebãtur Canhedrin/ Que quidẽ narratio tua nõ uidetur fũdari ĩ aliq̃ auctoritate autentica/ nec etiã uidetur cõſona uerbis pr̃iarche ſupradictis Non enĩ aſſignauit duo tẽpora/ ſed tm̃ unũ dicẽs donec ueniat q̃ mittẽdus eſt. ſ. meſſias ſecũdũ te & trãſlationẽ caldaicã

## Paulus

Secundũ hyſtorias Talmudicas q̃s tenetis tanq̃ autẽticas haberi/ duo fuerũt ablata de tribu Iuda ĩ diuerſis iudicibus licet nõ multũ abinuicẽ remotis Vnũ eſt ſceptrũ regni/ q̃a Herodes aſcolonita cum eſſet nõ ſolũ alienigena ſed etiam ſeruus de domo Machabeorũ & de facto regnaſſet ĩ Iudea & Iheruſalẽ. Idcirco timẽs ꝙ cũ regnũ ei nõ cõpeteret de iure eo ꝙ legitur Deutro. xvii. de medio fratrũ tuorũ ponas ſuper te regẽ nec poteris ponere ſuper te alienigenã/ poſſet pro tẽpore cõſurgere aliq̃s de ſtirpe Dauid & eũ de regno expellere ideo ĩterfecit omnes quos potuit habere de genere regio ĩ q̃ occaſione ablatũ fuit ſceptrũ de Iuda preſertim ſecundũ extimationẽ populi cõmunẽ & ipſius Herodis qui credebat nullũ de ſtirpe regia ĩ Iudea remãſiſſe ſed ſceptro ablato modo predicto adhuc remanebat Canhedrin qui dicũtur ſcriptores ſeu ſcribe q̃ reſidebãt ſub Herode. ſicut

VNiVERSIDAD DE SALAMANCA
GREDOS.USAL.ES

alias reſidebāt ſub regibus ſeu ducibus iſraeliticis | ſed po/
ſtea fuerūt ab Herode īterfecti Canhedrin omnes | & tunc
proprie fuit ablatū ſcriba de filiis Iude qui oīa ſupradicta
hyſtorialiter ī libro q̄ dicitur Bababata.c.i.& ī li.Cāhedrin
Iheruſolomitano & ī li. Abodaçara ſupra allegatis habētur
Patriarcha ergo ſpiritu dei iſta precognoſcēs proprie pre/
dixit Nō auferetur ſceptrū 2c̄ ī hoc preſignās primā abla/
tionē predictā ad tytulū regiū pertinentē Cōſequēter dixit
& ſcriba de filiis eius | hoc preſignās ſecūdā ablationē Can/
hedrin predictā Que q̄dē duo ī diuerſis tēporibus cōtige/
runt ſub Herode ſeu herodianis . Et attēdendū q̄ licet de
prima ablatione ſumus certificati per hyſtorias Talmudi/
cas preallegatas nō tn̄ de tēpore quo cōtingit per eas cer/
tificamur | per hyſtorias autē nr̄as ſeu euāgeliſtas certifica/
mur nō ſolū de occaſione ſed etiā de ipſius tēpore tradūt enī
Herodē occidiſſe quoſcūq̄ potuit inuenire ī Bethlehē aby/
matu & īfra | & hoc cū natus eſſet ſaluator nr̄ ī Bethlehē Iu/
de Math .ii.c . De ſecūda uero occaſione Canhedrin & de
tēpore quo cōtingit ſumus certificati per hyſtorias tuas in
libris preallegatis quod fuit per .xl.ānos fere ante deſtruc/
tionē tēpli ſecūdi Cōſtat autē ſecundū omnes hyſtoriogra/
phos q̄ paſſio chriſti nr̄i fuit per .xlii.ānos ante deſtructi/
onem tēpli ſecūdi & ſic habes ex predictis q̄ nō fuit ablatū
ſceptrū de Iuda per Herodē | nec dux nec ſcriba de filiis eius
modo predicto donec ueniat meſſias ut dictū eſt quod fuit
propoſitū | ante enī uenit meſſias ī mundū per ſuā natiuita/
tem q̄ fuiſſet ablatū ſceptrū de Iuda ut dictū eſt . Similiter
ante fuerūt ei.ſ.meſſie gētes aggregate per ſuā paſſionē quā
ſcriba de filiis eius auferetur ut ſupra ſecundū tuas hyſto/
rias eſt oſtenſum .

### Saulus

Non uideo quomodo poſſes aſſerere q̄ per paſſionē xpi
tui fuerūt gētes ei cōgregate totū enim oppoſitū patet per
euidentiā facti q̄a per mortē xpi tui nō ſolū gētes nō fuerūt
ei congregate ſed etiā diſcipuli proprii dimiſſo illo diſperſi
per orbē fugierūt.

### Paulus

De hac cōgregatione genciū ad xpm̄ nr̄m per ſuā paſſi/
onē oportet nos habere finito iſto articulo ſingulare certa/
men | & ideo pronūc differatur & cōtinuemus quod ince/
pimus .ſ. ſcrutiniū ſcripturarū circa aduentū xpi an ſit pre/
teritum uel futurum..

## In Capitulo Tercio oſtēditur q̄ meſſias iamdiu eſt q̄ uenit per reuelationē factā Danieli de lxx. ebdomadibus

### Saulus

Ad propoſitū nr̄m prout uis reuertendū & ſi prophecia
predicti pr̄iarche Iacob ſecundū trāſlationē nr̄am Caldaicā
quodāmodo pro te faciat adhuc uellē aliam auctoritatē ad
hoc | q̄ tēpus aduētus meſſie ſit preteritū ſi quam habes .

### Paulus

Multas habeo auctoritates hoc ſatis oſtēdētes illis pre/
ſertim q̄ ueritatē ſcire deſiderāt ſine affectione minus recta
ſed tm̄ unā allegabo tibi que eſt de ultimis prophetarū de
hoc loquenciū ſicut prophecia preallegata pr̄iarche fuit de
primis propheciis tractanciū de tempore aduētus meſſie .

### Saulus

Allega illā auctoritatē quā dicis ut uideas ſi facit pro te .

### Paulus

Daniel qui fuit de ultimis prophetarū ue. teſ.de hac ma/
teria .ſ. de aduētu meſſie īter ceteros pertractauit qui ut ha/
betur Dani.ix. cū orōnibus precibus & ieiuniis & ſacco &
cinere orās deū tēpore babilonice captiuitatis pro illumi/
natione ſeu reparatione ſanctuarii ciuitatis & populi iſrae/
litici | cū inſtāter oraſſet & peccata propria & populi cōfite/
retur . angelus gabriel ei apparuit tēpore ſacrificii ueſper/
tini quādo ieiunācium mētes magis eleuātur & deuocius

UNIVERSIDAD DE SALAMANCA
GREDOS USAL.ES

orant Qui quidē gabriel poſtꝗ̄ reddit Danielem attentum
propter arduitatē dicēdoꝝ dicēdo ei hec uerba . ab ex or/
dio precū tuarū egreſſus eſt ſermo dn̄i ego autē ueni ut in/
dicarē tibi quia uir deſiderioꝝ es . tu autē aĩaduertere ſer/
monē & intellige uiſionem Conſequēter reuelauit ei tēpus
aduētus meſſie dicēdo ei hec uerba ſecūdū tranſlationē tuā
lxx .ebdomade abreuiate ſūt alias deciſe ſūt ſuper populum
tuū & ſuper urbē ſcām tuā ut ſūmatur preuaricacio & finē
accipiat peccatū & deleatur iniquitas & adducatur iuſticia
ſēpiterna & īpleatur uiſio & ungatur ſāctus ſāctoꝝ . In qui/
bus uerbis angelicis manifeſte patet ꝙ īfra terminū . lxx .
ebdomadaꝝ a deo per angelū Danieli reuelatum/iuſticia
ſēpiterna erat adducēda ſ·meſſias promiſſus/de ꝗ̄ ī ps .orie/
tur ī diebus eius iuſticia Et Iere.xxiii. c .hoc eſt nomē quod
uocabūt eū dn̄s iuſtus nr̄ Et ſic in aliis locis iuſtus ſeu iu/
ſticia per excellētiā de meſſia dicitur Cū ergo tēpus predic/
taꝝ ebdomadaꝝ iā diu eſt ꝙ trāſiuit ut poteſt euidenter
probari nō ſolū per rationes ſed etiā per auctoritates a te
recipiēdas ſequitur ꝙ iuſticia ſēpiterna que eſt ipſe meſſias
iā diu eſt ꝙ uenit/quod eſt intētū meū ī hac nr̄a altercacōe

### Saulus

Auctoritas per te allegata nō cōcludit intētū tuū niſi prius
probes aliꝗ̄ que nō credo te probari poſſe & ſpecialiter tria
que tibi per ordinē tangā Primū quod tibi īcūbit probare
eſt quod per hoc ꝙ dicatur iuſticia ſēpiterna ī hoc loco ītel/
ligatur meſſias promiſſus/Iuſticia enī ſempiterna proprie
deus eſt ꝗ cū ſit iuſtus prout ī ſcripturis ſepe noīatur ſeq/
tur ꝙ ſit iuſticia/illa enī que de deo dicūtur ī cōcreto opor/
tet uerificari de eo ī abſtracto propter eius ſūmā ſimplici/
tatē & cū ipſe ſit ſēpiternus/ſequitur ꝙ eius iuſticia que eſt
ſua eſſētia ſit ſēpiterna . Vnde proprius ſenſus huius dicti
angelici ·ſ· Et adducatur iuſticia ſēpiterna eſt ut adducatur
deus ꝗ eſt iuſticia ſēpiterna proprie ut dictū eſt/deus autem

dicitur uenire ſeu adduci methaphorice ſecundū ſuos effec/
tus quomodo ·ſ· effectus miſericordie ſue ſeu prouidēcie uel
iuſticie ſue uenit ſeu ducatur ad miſerēdū ſeu prouidēdū ſuis
creaturis Vnde ſi bene cōſideras ī hoc loco ſic debet ītelligi
illud dictū ·ſ· Et adducatur iuſticia ſēpiterna Nā enī Daīel
ī ſuis or̄oibus que ī illo.c . quod tu allegas cōtinētur petiuit
meſſiā adduci nec aliquid huiuſmodi/ſed ſolū reparationē
tēpli & ciuitatis que erāt deſtructa & etiā amotionē obpro/
brii populi ſui prout uerba ſua manifeſte ſonāt ī quibus
nulla mēcio de meſſia reperitur Vnde ꝗa īfra terminū pre/
dictaꝝ ebdomadaꝝ deus uenit miſerādo populo ſuo re/
ducēdo eos de captiuitate babilonica & reedificādo tēplū
& ciuitatē & uīdicādo eos de īimicis ·ſ· caldeis ꝗ īfra iſtud
tēpus fuerūt deſtructi per medos . Idcirco hoꝝ reſpectu ſa/
tis proprie poteſt ītelligi adductio iuſticie ſēpiterne corre/
ſpōdēter ad orationes Danielis quibus iſta petebant .

### Paulus

Vtiqꝫ cōcedo tibi ꝙ deus eſt iuſtus & per cōſequēs iu/
ſticia ſēpiterna eo modo quo tu dicis ꝙ ī hoc loco per hoc
quod dicitur Iuſticia ſēpiterna ītelligatur ipſe deus/ſed per
hoc nō cōcluditur quin uerba iſta de meſſia ſeu chriſto in/
telligātur . Nā prout iā dixi tibi uerus meſſias iuxta ueritatē
fidei nr̄e deus uerus eſt/de cuius diuinitate tractaturus ſum
tecū ī articulo certo per ſe/ſed ad pn̄s oſtēdo tibi magiſtros
tuos ꝗ uerba predicta āgeli exponūt de meſſia promiſſo/in
li . enī Cederholan ·i· de ordine mundi Rabbi barachia ex/
ponēs illud yſa. lvi. ubi dicitur . proxima eſt ſalus mea ad
ueniēdū & iuſticia mea ad reuelādum/dicit expreſſe ꝙ per
illud quod dicitur /Et iuſticia mea . intelligitur meſſias de
quo ſcriptū eſt ī Dani . ut adducatur iuſticia ſēpiterna/hec
ille . Similiter Ra. Moy. gerūdēſis exponēs predicta uer/
ba āgeli ī loco ſuo ſuper Dani. ſic dicit Iuſticia ſēpiterna &
ſāctuariū ſāctuarioꝝ uel ſāctus ſāctoꝝ/nō niſi ipſe meſſias
eſt ſāctificatus de filiis Dauid/hec ille . Et ſic habes maīfeſte
ſecundū doctrinā antiquoꝝ Talmudiſtaꝝ & modernoꝝ

VNIVERSIDAD
DE SALAMANCA
GREDOS.USAL.ES

etiā mgr̄oꝝ| ꝙ per iuſticiā ſempiternā & ſanctum ſanctoꝝ
qui ī uerbis āgeli ſupradicti cōtinētur ītelligitur meſſias .
Illud autē quod obicis dicēs ꝙ Daniel ī ſuis or̄onibus in
primo . c . cōtētis nō petiuit meſſiā adduci ſed ſolū repara/
tionē tēpli ⁊c̈ nō facit cōtra propoſitū meū| tn̄ quia deus ex
habūdācia ſue bonitatis nō ſolū merita ſupplicū excedit ſed
etiā orationū uota| ſepe enī plus dat q̃ ab eo petatur . Vnde
Gen . xvii . Abrahā nō petēti ꝙ daretur ſibi filius de Sar/
ra ſed ſolū cōſeruationē Hyſmaelis dicēs Vtinam Hyſmael
uiuat corā te deus| reſpondit| Sara uxor tua pariet tibi filiū
⁊c̈ & īfra Et pro Hyſmael exaudiui te ⁊c̈ Exquo patet ꝙ nō
ſolū quod petebat ſed āplius ei cōceſſit . & ſic ī propoſito|
tū qa Daniel nō petiuiſſet aliqd de meſſia ſed ex cōſidera/
tione uerboꝝ Ieremie oraſſet pro liberatione populi iſrael
de babilonica captiuitate & reedificatione templi & huiuſ/
modi Deus tn̄ cui nihil latet futurū preſciēs ꝙ illa liberatio
populi & illa reedificacio tēpli & huiuſmodi nō erāt ſtabi/
les ſeu perpetue nec per ſe intēte| ideo reuelauit ſibi ueram
cōſolationē populi & perpetuā edificationē templi dei per
aduētū iuſticie ſempiterne & ſancti ſanctoꝝ ·ſ· meſſie fien/
das . Sicut ſi quis ſeruus dn̄o ſuo gratus ſeu acceptus pe/
teret a ſuo dn̄o aliquā gratiā modici ualoris| & dn̄s ei reſ/
pōderet bn̄ dabo tibi illā ſed eſt modice reputationis quia
cito corrūpetur ſed dabo tibi aliā īcōparabiliter maiorem.
ſicut . i . Re . ix . Samuel dicebat Saulo quem ſciebat fore
regē futurū . De aſinis quas nudius tercius perdideras ne
ſollicitus ſis qa īuēte ſunt & cuius erūt optima iſrael nōne
tibi| & ſic ī propoſito| Deus enī ſciēs ꝙ appropinq̄bat tem/
pus meſſie ī quo redimendus erat populus dei & ciuitas
ſancta ·ſ· Iheruſalem ſpiritualis perpetuo reparāda Danieli
petēti de tēporali liberatione & reedificatione ciuitatis ſeu
tēpli quodāmodo momētanea reſpōdit| ꝙ illa reedificatio
& de penis illis peccatis correſpondentibus . Primum enī

peccatū fuit peccatū Ade quod trāſit ad poſteros per origi/
nē ut iā dixi / de cuius peccati pena eidē correſpondēti dicit
propheta . Et cōtaminaui principes ſanctos . Et eſt ſenſus /
Quia propter peccatū de quo dixerat . Pater tuus primus
peccauit . principes ſancti . ſ . pr̄iarche & alii iuſti ab Adam
deſcendētes qui de diuino cōſortio gaudere debuiſſent fue/
rūt a deo prophanati diuina uiſione carētes tanq̃ prophani
Secundū uero eſt peccatū phariſeorū qui fuerunt doctrine
Thalmudice inuētores / per quāquidē doctrinā legē diuinā
interpretati ſunt peruerſe / & ideo proprie dicūtur īterpretes
& preuaricatores / interpretes quidē quia nō legē dederunt
nec ſuā doctrinā tradūt ut prophete ſed ut legis expoſitores
ſeu interpretes . Et hii quidē proprie dicūtur preuaricari in
deū quia pre aliis tranſgreſſionē legis cōmiſerūt per falſam
legis interpretationē quā ī ſuis poſteris uſqꝫ ī hodiernū diē
tranſportarunt de quorum falſa & peruerſa doctrina plura
ſcripſi ī additionibus . yſa . ca . xxxiiii . & . çach . v . uide ibi
& dn̄o dirigēte forte inter me & te erit de hoc ſingulare col/
loquium . De cuius peccati pena propheta ſubdit . Et dedi
ad interpretationē Iacob . quod fuit impletū per Romanos
qui illā nationē phariſaicā que Iacob ſolo noīe dicitur cum
templo & ſuis cerimoniis ad interemptionem dederunt &
principes eoꝝ in blaſphemiā quia ſunt cōdēpnati per totū
orbē tanq̃ blaſphemi quod totū fuit in uindictam ſanguinis
chriſti qui per falſas interpretatationes phariſeorū effuſus
fuit de qua uindicta domino cōcedente plenius loquemur .
Et ſic habes hec duo peccata denūtiata per prophetam que
in poſteros tranſierūt licet diuerſimode / quia primum per
originem . Secundū uero per īmitationē / habes etiā ibidem
penas eis correſpōdētes / ſimiliter & ī eodē cōtextu reperies
ſi recte ſcrutatus fueris principalia remedia utriuſqꝫ peccati
ſupradicti .

## Saulus

Placet michi ut de doctrina phariſaica & Talmutica quā

VNiVERSIDAD
DE SALAMANCA
GREDOS.USAL.ES

reputo ſanctam & ueram ſeorſum loquamur. Similiter & de uindicta chriſti tui quã dicis eſſe factam per Romanos quia iſta non ſpectant ad pñs colloquium ubi principaliter agimus de peccato originali. ſed quia in hoc. ca. yſa. non fit mentio de paſſione chriſti ut dicis, nec etiam de remediis horum peccatorũ pro ut tu uideris aſſerere. idcirco uolo ꝙ michi iſta amplius declares.

## Paulus

Si bene ſcrutatus fueris hoc. ca. proprie. ibidẽ inuenies hec duo que petis. In hoc enĩ. ca. obmiſſis cauſa breuitatis multis que ibi traduntur manifeſte reperies ꝙ ibi propheta in perſona dei ſeu chriſti cõqueritur de tribulationibus ſeu penis quas pro eorum peccatis paſſus fuit. dicitur enim ibi populo in perſona dei ſic, ueruntamen ſeruire me feciſti in peccatis tuis quia deus pro peccatis populi expiandis formam ſerui accepit ꝙ nullo modo de deo talis ſeruitus poſſet uerificari ſecundum deitatẽ ut ſeqtur ultra. Prebuiſti michi laborem in iniquitatibus tuis. quia peccata humani generis fuerũt occaſio ut laborẽ paſſionis chriſtus ſuſtineret ut in. ca. liii. alias allegato. Et ſic habes ꝙ in hoc. ca. fit mentio de paſſione chriſti. De remediis aũt hoꝝ peccatoꝝ ĩ principio ſequẽtis capituli .ſ. xliiii. propheta manifeſte ait dicens. Noli timere ſerue meus Iacob ⁊c̃. q. d. licet peccata ſupradicta grauia ſint nec per purum hoĩem poſſent remediari ſed per uerum deũ de quo ſtatim ſupra dixerat. Ego ſum qui delebo peccata tua ⁊c̃ tñ per aquam baptiſmalẽ & effuſionẽ ſpiritus ſancti iſta ſunt remedianda de quo dicit. Effundã aquam ſuper ſicientẽ ⁊c̃ & ultra. Effundã ſpiritũ meũ ſuper ſemen tuum & benedictionẽ meam ſuper ſtirpẽ tuam. Quequidẽ oĩa conſonãt propoſito meo eo modo quo philoſophus dicit. Omnia conſonãt uero primo Ethicoꝝ. Sed quia per ſingula contenta in hoc. capi. diſcurrere eſſet ualde tedioſum & forte non magis utile, Ideo ex oĩbus in hoc. ca. contentis ſufficit michi tria colligere. Vnum eſt ꝙ per peccatũ primi parentis principes ſancti fuerunt contaminati .i. prophanati, de quo dicit. Pr̃ tuus primus peccauit & cõtaminaui principes ſanctos. Secundum eſt ꝙ pro populi peccatis deus ſeu chriſtus fuit ſeruus, ſimiliter & paſſus de quo dicit. Seruũ me feciſti ĩ peccatis tuis & tribuiſti michi laborem in iniquitatibus tuis. Terciũ eſt ꝙ peccata fuerunt remedianda per effuſionẽ aque & ſpiritus. De quo dicit. Effundã aquã ſuper ſicientẽ Et effundã ſpiritũ meum ſuper ſemen tuũ Et bñdictionẽ meã ſuper ſtirpem tuam.

## In Tercio Capitulo

Vlterius altercatur ſuper predicta yſai. auctoritate oñdendo ex ea ſtatum antiquorũ patrum poſt mortem ante aduentũ meſſie. Ad cuius cõfirmationẽ inducũtur alie auctoritates apud hebreos autẽtice.

## Saulus

Habeo mentẽ tuã de cõtentis ĩ hoc. ca. yſa. ſed dimiſſis aliis que non ſunt pro nũc inter me & te agenda .ſ. de phariſaica doctrina & huiuſmodi in hoc de quo agimus .ſ. de peccato primi parẽtis, uideo manifeſte cõtra te illud uerbũ quod hic dicitur. Et contaminaui principes ſanctos. quod exponis de peccato primi parẽtis in eos deriuatos quod nõ conſonat rationi. Nam principes ſancti .ſ. pr̃iarche & prophete per hoc peccatum non remanſerunt contaminati cum de eoꝝ ſanctitate & iuſtitia poſt eoꝝ mortẽ plures ſcriptura teſtatur unde non poſſet de eis uerificari illud uerbum. Et cõtaminaui principes ſanctos. Ille enĩ qui eſt contaminatus non uere dicitur de eo qui eſt ſanctus.

## Paulus

Si bene conſideras uerbũ quod ibi ponitur in hebraico ubi nos habemus, & contaminaui. non ſignificat proprie contaminationẽ ſed ſignificat prophanationẽ, prophanum autẽ quãdoꝗ ſignificat idem quod cõtaminatum, quãdoꝗ uero ſignificat aliquid non ſanctum, licet non ſit ĩmundus

ſicut homines laici dicuntur prophani | eo ꝙ non ſunt in ſacris conſtituti nō tñ ex hoc ſunt īmundi . Vnde prophanare quod in hoc loco dicitur a propheta ſecundū hebraicā ueritatem non eſt intelligendū primo modo ſed ſecundo modo tñ quod bene uerificatur de pꝛiarchis & aliis iuſtis antiqui teſtamenti qui licet non fuerūt īmundi ex deriuatione peccati originalis in eis eo ꝙ fuerunt ab eo mundati per ſacramentū circūciſionis & ſacrificiis & huiuſmodi | fuerunt tñ prophani inquātū fuerūt a diuina uiſione ī alia uita ſeparati ut dictū eſt.

### Saulus

In hoc quod modo dicis preſupponis duo . Vnum eſt ꝙ pꝛiarche & alii ſancti ſeu iuſti ãtiqui teſtamēti fuerūt mūdati per ſacramentū circūciſionis a peccato originali . Aliud eſt quod aſſeris predictos ſanctos a diuina uiſione in alia uita fuiſſe ſeparatos . Quequidē duo uidentur adinuicē contrariari . Nulla enī ratio eſt propter quā ſancti a diuina uiſione poſt hanc uitā debuiſſent ſeparari niſi propter maculā originalis peccati quam dicis ipſos contraxiſſe . Sed ſi ab illa macula per ſacramentū circūciſionis ſunt mundati . Reſtat quod huiuſmodi ſancti poſt mortē eſſent abſq̄ macula alicuius peccati & per conſequens ꝙ ſtatim debuiſſent diuina uiſione frui & per cōſequens per hanc uitam nō debēt dici prophanati .

### Paulus

Vtrūq̄ predictorū que preſuppoſui habeo per auctoritates a te recipiendas . Primū enī habeo per auctoritates totius ſynagoge tue que ut noſti habēt orationes ſeu benedictiones proprias a magno tēpore ante deſtructionē tēpli ordinatas pro quolibet precepto diuino ſic ꝙ qñ aliquod preceptū impletur | dicitur propria bñdictio correſpondens illi precepto ut habetur ualde large in libro Talmudico qui dicitur barahoth in . ca . quod incipit Harōē . unde cum ſacramentum circūciſionis circa aliquem in die octauo a ſua natiuitate pro ut deus Abrahe preceperat . Gen̄ . xxi . capi .

Impletur . tunc dicitur publice in preſentia omnium circūſtancium a circūcidente quedā benedictio ſub hac forma . Bñdictus dñs deus nr̄ qui ſanctificauit dilectū ex utero & preceptū ī carne ſua poſuit & poſteritatē ſuā ſignauit ī ſigno federis ſancti . Idcirco merito huiuſmodi deus uiuus pars noſtra & fortitudo nr̄a mandauit erui dilectū ſemen ſanctū cōſanguineitatē noſtrā ab infero propter fedus ſuum quod in carne nr̄a poſuit . Bñdictus dñs iniens pactū ſeu fedus : hoc ī predicta oratione . Ex qua habes manifeſte ꝙ merito circumciſionis deus mādauit erui ab inferno circumciſum | quod non poteſt intelligi | niſi per hoc ꝙ per huiuſmodi fedus ſeu pactū .ſ. circūciſionis debebāt erui circūciſi a peccato originali . Pueri enī octo dierū nō poterāt eſſe obnoxii aliquo peccato actuali ſed ſolum originali .

### Saulus

Verū eſt ꝙ orationes ſtatute pro preceptis ſunt autētice apud nos tanq̄ a ſenioribus antiquis & prophetis ordinate ſed ex hac oratione non potes fundare intentū tuū : tū quia in ea ponūtur uerba obſcura que nō bene declarantur | ut cū dicitur . Sanctificauit dilectū ex utero ꝛc̄ que uerba indigēt ulteriori declaratione ad hoc ut inde poſſit ſumi argumētatio : tū quia ī predicta oratione habetur ꝙ circūciſi eruūtur ab inferno : nō aūt ꝙ a deo ſint ſeparati poſt hāc uitā ut tu dicis .

### Paulus

Verba predicte orationis ſatis ſunt clara : hyſtoriā que exordiū circūciſionis narrat cōſiderāti . Deus enī dedit ſacramentū circūciſionis Abrahe anteq̄ yſaac naſceretur . Vt habetur . Gen̄ . xvii . & in eodē cōtextu prenūtiauit ei natiuitatē yſaac futuram : & ſtatim poſt preceptū ſupradictum Abrahā quaſi cētenarius circūcidit ſe | circūcidit etiā yſmahel filiū ſuū qui tunc erat . xiii . ānorū & totā familiā . yſaac autē non fuit tunc circūciſus cum nondū fuerat natus : ſed in octaua die poſt natiuitatē ſuā quod erat tempus propriū

VNiVERSIDAD DE SALAMANCA GREDOS.USAL.ES

a deo preſignatum circumciſus fuit : ex hoc yſaac dicitur ex
utero ſanctificatus : quia Abrahā iam erat circūciſus anteꝗ̄
yſaac genuiſſet . quod nō poteſt dici de Abrahā et yſmahel
Vnde cū dicitur . Deus ſanctificauit dilectū ex utero & pre-
ceptum in carne ſua poſuit . cōmuniter intelligitur de yſaac
ratiōe predicta . Alia uero cōtenta ī predicta oratione clara
ſunt ex ſe & uera . Ad illud uero quod dicis ꝙ ex predicta
oratione non habetur ꝙ iuſti eſſent ſeparati a diuina uiſione
poſt mortē : ſed ſolū ꝙ eruerētur per circūciſionē ab inferno
Concedo tibi nec ego illam orationem induxi ad hoc pro-
bandū : ſed ſolū ad primū .ſ. ꝙ pueri qui adhuc ſunt īnocē-
tes cū ſint in octaua die natiuitatis ſue eruuntur ab inferno
per ſacramentū circūciſionis . Quod aūt iuſti quantumcūꝗ
ſancti aň aduentū meſſie fuerūt a paradyſo & per cōſequēs
a diuina uiſione ſeparati : ex aliis auctoritatibus poſſes hr̄e .

In Capitulo Quarto inducūtur alie auctoritates ex
quibus cōprobatur ꝙ ſancti antiqui teſtamenti poſt mortē
non ibant ad paradyſum ubi eſt locus beatorū nec etiā ad
iebennā : ſed ad quendā locū qui a doctoribus hebreorum
ſuburbium paradyſi uocatur non obſtāte ꝙ predicti ſancti
deceſſiſſent ab hac uita mūdi nō ſolū a peccato actuali ſed etiā
originali .

### Saulus

Allega michi illas rogo .

### Paulus

In gloſa ſuper . Geň . que dicitur Bereſith . Rabba ſuper
illud uerbū . Hee ſunt generatiōes celi & terre cū crearētur .
Geň . ii . Quidā ex antiquis doctoribus dicit ꝙ res in pri-
mordio fuerunt create a deo ſecundum plenitudinē ſeu per-
fectionem ſuam : & quando peccauit Adam diminuta ſunt
& corrupta : & ulterius non erunt reuertentes ad decentem
ſtatum donec ueniat filius phares : de quo fit mentio Ruth
ulti . cum dicitur . Iſte ſunt generationes phares . per filium
autem phares intelligit meſſiam : qui de phares deſcendit

Quiquidem Rabbi ſeu doctor fundat ibidem intentionem
ſuā in quadā orthograuia lr̄ali ſic . Nā iſta dictio tholdoth
in hebraico ſignificat idē quod generationes ī latino . Que-
quidē dictio ſicut & multe alie conſueuerūt ī hebraico ſcribi
dupliciter . Vno modo plene & hoc cū īterponūtur ī dictiōe
lr̄e uocales que ad hoc cōmuniter requiruntur . Alio modo
ſcribūtur dictiones diminute & hoc cū non interponuntur
uocales communiter requiſite . Quo poſito ſcrutante ſacras
ſcripturas hebraicas manifeſte patet ꝙ hec dictio tholdoth
ſcribitur plenarie ſolū ī duobus locis : quoꝝ unus locus eſt
cū dicit . Hee ſunt generationes celi & terre . Geň . ii . quod
fuit dictū aň peccatū Ade . Secundus uero eſt cum dicitur
Hee ſunt generatiōes phares . Ruth . ulti . Iſte due tholdoth
ſeu generationes ſolū ſcribuntur plenarie cum oībus uoca-
libus requiſitis . Alie uero tholdoth ubicūꝗ ſcribūtur ſcri-
būtur diminute : quia in qualibet defficit una littera uocalis
que requirebatur ad hoc ut eſſet plene ſcripta ut cum dicitur
Hic eſt liber generationis Adam . Geň . v . Et hee genera-
tiones ſunt Noe . Geň . vi . Et hee ſunt generationes filioꝝ
Noe . Geň . x . Hee ſunt generationes Sem . Geň . xi . Et hee
ſunt generatiōes yſaac . Geň . xxv . Et ſic de ceteris que oēs
ſcribuntur diminute preterꝗ̄ ut predicit due . Ex quo con-
cludit doctor predictus ꝙ dictū eſt .ſ. ꝙ res humane .i. ho-
mo in ſui creatione fuit in ſua perfectione creatus & poſt
peccatū diminutus : & ſic fuit uſꝗ ad filiū phares .i. meſſiā .

### Saulus

Hec concluſio non ſequitur ex illis premiſſis . Licet enim
qn̄ꝗ hec dictio ſcribatur plene : quādoꝗ diminute in ſcrip-
turis : nō tň ex hoc de neceſſitate ſequitur id quod cōcludis .

### Paulus

Hec cōcluſio non uidetur ſequi de neceſſitate littere ut tu
dicis nichilominus tenenda eſt auctoritate doctoris eā cō-
cludentis preſertim cūtui antiqui doctores illa que fuerunt

VNiVERSIDAD DE SALAMANCA
GREDOS.USAL.ES

ets tradita a prophetis applicabantur quibuſdã initionibus ſeu ſignis in ſacris eloquiis contentis prout tu noſti frequēter faciunt: fuerunt etiam & alii Rabini ſeu doctores huic ſentencie conformes qui dicunt ꝙ omnes patres fuerunt in ſuburbiis paradyſi ante aduentum filii phares.

### Saulus

Dic michi qui ſunt alii doctores nr̃i hoc ſenciẽtes. Vt ex multorum teſtimonio intentio tua firmius fundetur.

### Paulus

Quidã doctores tui de hac materia loquentes aſſerunt ꝙ prophete & ſancti pr̃es antiqui teſtamenti deſcendebant in infernũ poſt hãc uitã quod probãt per hoc. Nam Abrahe fuit dictũ a deo. Gen̄. xv. Tu ibis ad patres tuos. Ex quo arguit. Ra. Rabamon ꝙ quia patres Abrahe fuerũt ydolatre ut patet Ioſue. xxiiii. Sequitur ꝙ Abrahã qui ad illos patres iuit: poſt mortem deſendit ad infernũ ubi pr̃es ſui erant. Idem dicit de yſaac de quo dicitur Gen̄. xxxv. Defūctus eſt yſaac & mortuus & additus eſt ad populos ſuos Idẽ de Iacob Gen̄. ul. idẽ de dauid. iii. Re. ii. & dormiuit Dauid cũ patribus ſuis. Ex quibus ſatis probatur ꝙ pr̃es ſancti antiqui teſtamẽti poſt mortẽ nõ ibant ad paradyſum ubi deus beatifice uidetur a ſanctis: ſed patribus ſuis congregabãtur quoꝝ multi de primis fuerũt ydolatre ut dictũ eſt.

### Saulus

Iſte doctor quẽ allegas crudeliſſime ſe habet cõtra ſanctos martires antiqui teſtamenti: condempnat enĩ Abraham ad infernũ: aſſerens ꝙ iuit ad patres ſuos poſt mortem ·ſ· ad Thare qui fuit ydolatra & ſic ex dicto iſtius ſi ſic intelligatur ut tu dicis ſequeretur ꝙ pr̃ Abrahã & ſancti patriarche ab eo deſcendentes poſt mortẽ non ſolum fuerunt ſeparati a diuina uiſione: ſed etiã fuerũt in inferno ubi nulla eſt redemptio: ubi fuit Thare & alii ydolatre predeceſſores eorũ quod eſt omnino abſurdum: nec credo ꝙ ſit conſentaneum doctrine tue catholice.

### Paulus

Abſit ꝙ ſecundũ ueram doctrinam catholicã Abraham nec predicti ſancti patriarche in infernũ deſcendiſſent poſt hanc mortem ſicut Thare & alii ſimiles qui fuerunt patres Abrahe ſecundũ carnem: ſed ſi bene ſcripturas de hoc loquentes ſcrutatus fueris reperies ꝙ Abraham & pr̃iarche licet poſt mortem non fuerũt in inferno ubi eſt locus damnatorum nõ tñ aſcenderũt in celum ubi eſt locus beatorũ. Sed fuerunt in inferno non in loco penali ſicut dampnati: ſed in loco in quo: q̃uis diuina uiſione carebant: nullam tamẽ iehennalẽ ſenciebant penã: erant etiã ibi ſecuri de uiſione diuina beatifice habenda. Quiquidẽ locus apud tuos doctores uocatur ſuburbiũ paradyſi ut dictum eſt. Apud nr̃os uero limbus: que noĩa licet diuerſa idẽ ſignificãt prout dictũ eſt.

### Saulus

Indica michi quomodo ſcripturas ſcrutando hoc quod dicis reperiatur.

### Paulus

Quod autẽ Abrahã qui fuit primus ĩ publicatione uere fidei ut dictũ eſt non iuit ad locũ beatorũ ſtatim poſt mortem ſatis patet per illud uerbum ſupra allegatũ cum a deo fuit ſibi dictum. Tu ibis ſeu ĩgredieris ad pr̃es tuos. Cõſtat autẽ ut iam dictum eſt. ꝙ patres ipſius Abrahe deos alienos coluerũt ut ſupra allegatum eſt: & ſic ex hoc quod dicitur. Ingredieris ad patres tuos. Manifeſte habetur ꝙ Abraham poſt mortem non erat iturus ad locum beatoꝝ. non enĩ ibi erant patres eius: ſed in hoc quod ſtatim ſubditur. In pace. habetur manifeſte ꝙ Abrahã non erat iturus ad locum dampnatorũ ubi nulla eſt redemptio nec per cõſequens pax. Si enĩ impiis in hac uita exiſtentibus non eſt pax ut habetur yſai. xlviii. ĩ perſona peccatorum. pſal. etiã dicebat. Non eſt pax oſſibus meis a facie peccatorum meorum. Quanto magis impiis qui poſt hanc uitam iam in termino damnationis exiſtunt nulla poſſit eſſe pax: nichil

VNiVERSIDAD DE SALAMANCA
GREDOS.USAL.ES

enim habent nec ſpectant habere quod ſuum appetitū quietet. Vnde ex hoc quod fuit dictum Abrahe: quod iturus ſeu ingreſſurus erat in pace neceſſe eſt dicere ꝙ Abraham poſt mortē q̄uis non ſtatim iuit ad locū beatorū non tamē ad locum damnatorū poſt mortē erat iturus. ſed potius ad locum pacificum ut dictum eſt. Et ſic ex iſta prenunciatione Abrahe facta ſane intellecta manifeſte habes ꝙ Abraham poſt mortem nō iuit ad infernum inferiorē prout ſignificat locum damnatorum. de quo. pſal. Eruiſti animam meam de inferno inferiori. ſed ad locū īmunem & ſecurū de beatitudine habenda. quia in pace. de qua pace yſa. lvii. Veniet pax & requieſcet ei ī cubili ſuo / qui ābulat ī directione. pax enim non habetur niſi ubi appetitus quietatur: Idem dicendū eſt de aliis patriarchis.

## Saulus

Licet Abrahe fuit dictū ꝙ eſſet iturus in pace poſt mortē Non tamen aliis p̄triarchis legitur hoc dictum fuiſſe & ſi ex predicta auctoritate non poteſt concludi ꝙ de aliis ſanctis ſit idem dicendum de hac materia ſicut de Abraham.

## Paulus

Licet de yſaac non fuit dictum ꝙ eſſet iturus in pace / tñ de ipſo defuncto legitur. Et additus eſt ad populos ſuos. Geñ. xxxv. quod intelligitur de Abraham & aliis qui in ſuo ſinu ſeu receptaculo erāt: qui erant in pace cū Abrahā ut dictum eſt. Vnde non oportebat competere ī quolibet ſucceſſore ꝙ erat iturus in pace: ſed ſufficiebat dicere ꝙ iret ad populū ſuum uel cum patribus ſuis additus ſeu agregatus: ex quo iam erat ibi Abraham collocatus tanq̄ pater fideliū cui expreſſe fuerat dictū. Ibis ī pace. ut dictum eſt.

## Saulus

Licet Abraham fuiſſet unus de ſanctis p̄triarchis: nō tñ fuit primus eoꝝ. Prior enī fuit Adā & Noe: & alii ſancti qui preceſſerunt Abraham. Ideo non uidetur ratio quare Abrahe ſolo fuiſſet dictum. Ibis in pace. & nulli aliorum precedentiū.

## Paulus

Quamuis alii ſancti preceſſerunt Abraham in tempore tamē inter omnes ſanctos Abrahā fuit primus in ſeparādo ſe ab actu infideliū ut habetur. Geñ. xii. Similiter in publicando nomen domini. ut ibidē. Etiā fuit primus in recipiendo ſignaculum fidei ī circūciſione. Geñ. xvii. Fuit etiā primus in recipiendo promiſſionē de meſſia uenturo. Geñ. xxii. Similiter fuit primus in habendo ſepulturā ſeparatam ab infidelibus Geñ. xxiii. Vnde non īmerito Abrahe fuit expreſſe denuntiata pax poſt mortē: ut ex illa aliis ei adherentibus intelligeretur concedi / & ideo ſecundum doctrinā ſanctā ſūmi magiſtri noſtri ſanctorū requies ſinus Abrahe dicitur eo ꝙ ſibi pax fuit poſt mortem denunciata in qua fideles olim requieſcebant ut dictum eſt.

## Saulus

Cum enī Abraham & alii patres iuſti qui preceſſerūt aduentum tui meſſie ab hac uita migrauerunt in ſtatu iuſtitie ut ex teſtimoniis ſcripturarū patet: nec etiā fuit in eis macula originalis peccati cū per circūciſionē ab eo mūdabātur ut tu aſſeris: nō uidetur ergo ratio quare huiuſmodi ſancti non ſtatim intrauerunt regnum celeſte poſt mortem: ſed in ſuburbio paradyſi detinētur ut ſupra dicis. legitur. prouer. xi. Seminanti iuſticiam merces fidelis. Quequidē merces iuſtitie habetur in introitu regni celeſtis: non ergo p̄ribus iuſtitiam ſeminantibus detinenda eſſet ſeu retardanda eoꝝ merces.

## Paulus

Ab ingreſſu regni celeſtis non ſolū impediebat peccatorū ſingulorū: ſed etiā peccatū cōmune totius nature humane quod eſt peccatum primi parētis Legitur enī. Geñ. iii. ꝙ poſt peccatum primi parentis collocauit deus cherubin & flāmeū gladiū atq̄ uerſatilē ad cuſtodiendū uiam ligni uite Et quia licet quilibet ſanctus per opera iuſtitie purgabatur

VNiVERSIDAD DE SALAMANCA
GREDOS.USAL.ES

a peccato quantum ad emundationem proprie perſone: nõ
tamẽ alicuius fides uel iuſtitia ſufficiebat adremouendum
ĩpedimentũ quod erat reatus totius humane nature. Qui-
quidem reatus per paſſionẽ chriſti uniuerſaliter remotus eſt
Vnde. yſa. ſupra. liii. Deus impoſuit peccatũ omniũ nr̃m
Idcirco ſancti uſq; ad eius paſſionẽ fuerunt impediti ab in-
greſſu celeſtis glorie: & hoc ẽ ꝙ doctores tui aſſerũt dicẽtes
ꝙ ſancti erant in ſuburbio paradyſi uſq; ad aduentum filii
phares ut ſupra allegatum eſt.

## Capitulum Quintũ in quo datur ratio quare quedã penalia que fuerunt impoſita humano generi per peccatum Ade non fuerunt amota per paſſionẽ chriſti per quam fuit indultum peccatum originale.

### Saulus

Si ita eſt ut tu aſſeris ꝙ per paſſionẽ chriſti tui ſeu meſſie
remotum fuit peccatũ originale quãtum ad culpã ſeu reatũ
Quodquidẽ peccatũ ut dicis pertinet ad totam naturã hu-
manam ſequeretur ꝙ peccatũ predictũ per eandẽ paſſionẽ
eſſet remotum etiã quo ad penam: cum pena nõ datur niſi
quo ad culpam. Conſtat autẽ ꝙ penalia que a deo fuerunt
diffinita cõtra humanũ genus propter Ade peccatũ adhuc
remanent poſt paſſionem chriſti tui q̃ antea. Remanet enĩ
illud penale quod dicitur. In ſudore uultus ⁊c Similiter cũ
dicitur mulieri. In dolore paries filios ⁊c Remanet etiam
clauſura paradyſi terreſtris quam ſupra allegaſti que omnia
habent Geñ. iii. Ex quibus patet manifeſte quod peccatũ
originale non fuit ablatum per paſſionẽ chriſti tui quãtum
ad penam & per conſequens nec quantum ad culpam.

### Paulus

Si bene attendiſti ea que ſupra tibi dixerã cum de modo
redẽptionis per meſſiam facte ageremus faciliter poſſes ad
hoc quod nunc obicis rñdere: oſtendi enĩ tibi ꝙ redẽptio
per chriſtũ promiſſa ĩ prophetis erat intelligẽda ſpiritualis
que eſt potior & perfectior quam temporalis. Vnde uicto-
ria ſua in redimendo non debet intelligi per uim armorum
ſed ſua uictoria intelligẽda eſt prout uicia per uirtutes uin-
cuntur. Similiter & habũdantia ſeu afluẽtia bonorũ: ſimi-
liter & libertas que ĩ ſuo aduentu legitur promitti ĩtelligẽde
ſunt de habundãtia bonorũ ſpiritualiũ .ſ. uirtutũ: ſimiliter
& libertas intelligitur de libertate a peccato: nõ autẽ a ſub-
iectione humana. Illa enĩ intelligenda ſunt fuiſſe promiſſa
per chriſtũ que requirũtur ad cõſecutionẽ uere redẽptionis
que ĩ ultima beatitudine conſiſtit: non autẽ illa que indiffe-
renter ſe habent ad hoc & multominus quecũq; impediũt
ſicut eſt bonorũ temporalium affluẽtia & huiuſmodi prout
ſupra eſt oſtenſum. Vnde ĩ propoſito dicendum eſt ꝙ per
paſſionem chriſti & eius uerã fidem remotũ fuit peccatum
originale quantũ ad culpã que impedit conſecutionẽ ultimi
finis .ſ. beatitudinis. Illa autẽ penalia de quibus arguis .ſ.
In ſudore uultus tui ⁊c & ĩ dolore paries filios ⁊c & huiuſ-
modi indifferentia ſunt ad conſecutionem ultimi finis: ſiue
eum homo laborando cõmedat ſiue non laborando poteſt
conſequi ultimum finẽ: ſi in cognitione dei & aliis ad hoc
pertinentibus ſe habeat ut debet. Et ideo iſta non fuerunt
amota in redemptione ſpirituali per chriſtum facta.

### Saulus

In pena peccati Ade poſitus fuit gladius uerſatilis ad
cuſtodiendam uiam ligni uite ut tu allegaſti. Geñ. iii. hoc
autẽ eſt ſpirituale ut uidetur: & tamẽ remanet poſt paſſionẽ
Nullus enĩ legitur paradyſum terreſtrẽ ĩtraſſe poſt paſſionẽ
chriſti tui: ſicut nec antea niſi forte dicitur Enoch & heliam
qui fuerunt ante paſſionem chriſti tui.

### Paulus

Intrare paradyſum terreſtrem non requiritur ad bonum
ſpirituale. Ita enĩ poteſt homo ibidem exiſtens peccare ſicut
extra exiſtẽs. Adam enĩ ibi peccauit: & ideo amouere iſtã

VNIVERSIDAD DE SALAMANCA

clauſuram non requiritur neceſſario ad ultimam beatitudi-
nem conſequendã : ſecus autẽ de clauſura celeſtis paradyſi
cuius ingreſſus requiritur ad uerã beatitudinẽ cõſequendã
Vnde & apertionẽ ianue celeſtis paradyſi operata eſt paſſio
chriſti non autem amotionem clauſure paradyſi terreſtris .

## Capitulum Sextũ in quo arguit diuerſimode contra ea que dicta ſũt de peccato originali & ſoluũtur argumẽta .

### Saulus

Audio quomõ ĩtẽdis formare ĩ auctoritatibus : ꝙ peccatũ
primi hoĩs originaliter tranſiuit in poſteros : ſed adhuc re-
manet ut rñdeas michi ad hoc quod legitur . Ezech . xviii .
Filius non portabit iniquitatẽ patris . Si enĩ peccatũ primi
parentis poſteri ſui ab eo originẽ traherent predicta uerba
prophete eſſent manifeſte falſa .

### Paulus

Quod dicitur a propheta . Filius non portabit iniquitatẽ
patris . Verum eſt : non enĩ punitur filius ſpiritualiter pro
peccato prĩs : niſi ſit particeps peccati eius / ſicut eſt in pro-
poſito : deriuatur enĩ primũ peccatũ prĩs per originẽ in filiũ
ſicut & peccatũ actuale deriuatur a prẽ ĩ filiũ per ĩmitationẽ .

### Saulus

Ex hac tua reſponſione ſequeretur ꝙ anima humana que
eſt ſubiectum culpe traduceretur per originẽ quod eſt cõtra
textũ ſacre ſcripture . Legitur enĩ Geñ . ii . ubi de creatione
hominis agitur . Spirauit in faciẽ ſuam ſpiraculũ uite . per
quod uerbum ſecundũ omẽs intelligitur ꝙ anima humana
per creationẽ in corpore humano a deo ĩmediate infũditur
& per cõſequens non traducitur per originẽ / conſequentia
patet ex hoc : nã ſi culpa que eſt quoddã accidens in anima
per originẽ traduceretur oportet ꝙ eius ſubiectũ .ſ. anima
per originem trãſiret : accidens enĩ non migrat de ſubiecto
in ſubiectum ſecundum ſentenciam philoſophorum .

### Paulus

Licet erroneum eſt dicere ꝙ anima rationalis traducatur
cum ſemine a parente ĩ prolem : tum quia corpus humanũ
eſt proporcionatũ anime / defectus anime redũdat ĩ corpus
& econuerſo . Vnde interdũ ex fatuis fatui generantur . Et
ideo non eſt neceſſariũ dicere ꝙ ſi peccatum primi parentis
per originem tranſit in prolem ꝙ anima rationalis per ori-
ginem traducatur a patre in filium .

### Saulus

Poſito ut tu aſſeris ꝙ aliqui defectus etiã anime a parẽ-
te tranſeunt in prolẽ per originẽ talis deriuatio ſeu tranſitus
excludens rationem culpe / de cuius ratione ꝙ ſit uoluntariũ
Dicit enĩ philoſophus in . iii . Ethi . ꝙ nullus increpat cecũ
natum ſed magis miſerebitur . Si igitur poſteri ab Adam
aliquã turpitudinẽ traherẽt per originẽ tunc talis turpitudo
cum eſſet per naturam contracta non eſſet uoluntaria & per
conſequens nec increpabilis / nec etiã eſſet peccatũ de cuius
ratione eſt quod uoluntarium .

### Paulus

Nec conſequentia quam ultimo infers dicens ꝙ ſi turpi-
tudo cõtracta ab eadẽ per originẽ non eſſet in eius poſteris
uoluntaria / quia tunc non eſſet peccatum ſi bene conſideras
inualida eſt : in actibus enĩ non uoluntariis : ſed mere na-
turalibus : licet non ſit culpa increpabilis contigit tamẽ ibi
eſſe peccatũ . Peccatum enĩ ſecundũ rationẽ rectitudinis uel
deriuationis in ordine ad finem debitum conſideratur . Vñ
actus naturalis qui nõ habet rectitudinẽ ſecundum ordinẽ
ad debitum finem peccatũ dicitur : licet non ſit uoluntariũ
Et ideo in propoſito peccatũ originale quod nõ eſt peccatũ
perſone ſed nature : licet non habet rationẽ increpabilis &
ꝙ non eſt in uoluntate poteſtatis ipſius prolis naſcẽtis ha-
bet tamẽ rationem predicti inquantũ deuiat a rectitudine
finis . Et preter hoc poteſt ad tuam obiectionẽ aliter rñderi

VNIVERSIDAD DE SALAMANCA

.ſ. ꝙ huiuſmodi peccatum habet rationem uoluntarii/quod ſic patet. licet enī inordinatio que eſt in homine ex Adam generata nō eſt uoluntaria ex uoluntate ipſius hoīs generati eſt tamē uoluntarium ex parte ipſius Ade qui mouet motionem generationis: omnes qui ex eius origine generātur deriuantur ſicut uoluntas anime mouet omnia menbra ad actum. Vnde ſicut actus unius menbri utputa manus nō eſt uoluntarius uoluntati ipſius manus ſed uolūtati anime que primo mouet menbra: ſic iſtud peccatū originale non eſt peccatum huius perſone niſi quantū hec perſona recepit naturā a primo parente in quo hoc peccatū fuit uoluntariū.

## Saulus

Si a primo parente peccatum per originem cōtrahimus inquantum ab ipſo recepimus naturam humanam/ eadem ratione peccata quorumcūq̄ parentum proximorū contraheremus. Conſtat aūt quod fuimus ī proximis parētibus tanq̄ in quibuſdam nr̄e nature principiis ex quo ſequeretur ꝙ īnumerabilia peccata eſſent in hoīe quolibet a ſuis parētibus tam proximis q̄ remotis contracta: quod eſt ualde inconueniens/nec credo ꝙ tui doctores hoc concederunt.

## Paulus

Secundum doctorum tuorum ueram doctrinam nulla peccata proximorū parentū nec etiā primi parentis preter primū per originem traducitur. Cuius ratio eſt nam homo generat idem ſibi in ſpecie: non autem ſecundū indiuiduū Et ideo ea que directe pertinent ad indiuiduū: ſicut perſonales actus & que ad eos pertinent non traducuntur a parentibus in filios. Non autē gramaticus traducit in filium gramatice ſcientiā quam non per ſolam naturā ſed proprio ſtudio acquiſiuit: ea que tamē pertinent ad naturam ſpeciei traducuntur a parentibus in filios: niſi ſit defectus nature occultatus: niſi natura deficiat generat occultatum. illa autem que ſunt perſonalia ut actualia peccata ut dictum eſt nullo modo traducuntur a perentibus in filios.

## Saulus

Primum peccatum Ade manifeſtum eſt quod eſt perſonale non tamen hoc habuit ex natura ſua ſpecifica: ſed ex proprio actu ſui liberi arbitrii. Vnde primū peccatum Ade non potuit traduci per originem etiā ſecundum te ſicut nec alia peccata perſonalia ſua uel aliorum parentum.

## Paulus

Secundū ꝙ ad perſonā pertinet aliquid ſecundū ſe ipſum & aliud ex dono gratie. Ita etiam ad naturā poteſt aliquid pertinere ſecūdū ſe ipſā .ſ. quod cauſatur ex principiis eius: & aliud ex dono gratie ſupernaturali. & hoc modo iuſtitia originalis quā nō habuit natura humana ex ſuis principiis Habuit tamen per quoddā donū gratie toti humane nature diuinitus collatum in primo parente: quodquidē donum primus homo per primum peccatū amiſit. Vnde ſicut illa originalis iuſtitia traducta fuiſſet ī poſteros ſimul cum natura ſi Adam non peccaſſet ita & inordinatio oppoſita cum natura traducitur. Vnde iſtud peccatum non eſt perſonale ſed nature. Alia uero peccata primi parentis uel aliorū nō corrūpunt naturā quantū ad illud quod nature eſt/ſed ſolū quantū ad id quod perſone eſt/& ideo talia peccata nō traducuntur.

## Saulus

Licet homo non generat idem ſibi ſecundum indiuiduū generat tamē ſibi ſimile. Iracundus enī generat iracundum uelocitas etiā corporis & bonitas ingenii deriuantur ſepe a parentibus in filios ſpecialiter cū natura parentū ſit fortis Et ſic patet etiam ꝙ indiuidualia tranſeunt a parentibus in filios. Et idem uidetur dicendum de aliis peccatis Ade & aliorum parentum: etiam preter primum peccatum Ade.

## Paulus

Peccata parentum preter primum ſunt pure perſonalia

VNIVERSIDAD DE SALAMANCA

Et ideo traducibilia non ſunt | alia tamen accidentia ut ira/
cūdia uelocitas & huiuſmodi | licet ſint accidētia īdiuidualia
propagantur tamē qñqꝫ in filios inquantū ſunt pertinentia
ad diſpoſitionē nature. Et ideo non eſt ſimilis ratio de tali/
bus accidētibus īdiuidualibus & de perſonalibus peccatis.

**Diſtinctio** Septima de ſcrutinio ſcripturarū circa reg/
num chriſti. An .ſ. ſit illud de quo reuelatū fuit in Danieli
quod eſſet excellentius quatuor regnis precedētibus: & ꝙ
illa quotuor regna deſtrueret | an nō. Et habet. xiii. Capi.

In primo. ca. oñditur ꝙ per uiſionem Danielis de ſtatua
in ſecundo. ca. contentā intelligitur ꝙ per chriſtum erant
extirpanda ydolatria de regnis principalibus mundi.

In ſecundo. ca. oñditur ꝙ licet ydolatria adhuc remaneat
in aliquibus paruiſſimis regionibus apud hoīes beſtiales
ſeu brutales cū ī maiori parte ſeu principaliori totius orbis
eſt per diuulgationē fidei chriſti ablata & qñ ante aduentū
chriſti ydolatria Caldeorum & aliorū regnorum remanedat
apud Romanos etiam deſtructis regnis illis.

In. ca. iii. Oñditur ꝙ uiſio ſtatue applicatur primo ad/
uentui chriſti | uiſio aūt de beſtiis. Dan. vii. applicatur. ii.

In. ca. iiii. Oñditur ꝙ licet cultus ydolorū poſt paſſionē
chriſti ī qbuſdā partibus mūdi remāſit tñ totus ſimul ītel/
ligitur āmoueri per percuſſionē lapidis ſine maibus abciſi.

In. v. ca. Oñditur quomodo intelligatur illud Dani. ii.
Lapis qui percuſſit ſtatuā factus eſt in montem magnū.

In. vi. ca. Oñditur quomodo exponendum eſt regnum
ferreum .ſ. Romanū habebat partē pedum & digitorū teſte
figuli & partem ferream ut habetur Danielis. ii.

In Septimo. capi. Oñditur ꝙ regnum chriſti ſeu ipſius
eccleſie non eſt idem cum regno Romanorū prout docto/
res falſi .ſ. phariſei fingunt.

In. ca. viii. Oñditur ꝙ ſūmus pontifex in quo principa/
liter reſidet eccleſiaſtica poteſtas | licet qñqꝫ utatur mundana
temporali poteſtate .ſ. armorū potentia & huiuſmodi nō tñ
talis poteſtas eſt eſſentialis in eccleſia ſed accidentalis.

In. ca. ix. Oñditur ꝙ eccleſia habuit ſuum eſſe perfectū
.ſ. ſpirituale tempore apoſtolorum & aliorum diſcipulorum
anteꝗ poteſtatem temporalem a Ceſare accipiſſet.

In. x. Oſtenditur ꝙ chriſtus docuit uerbo & exemplo | ꝙ
beatitudo humana conſiſtit in conetmptu terrenorū & ad/
heſione ad celeſtia | quam doctrinā eius uiri diſcipuli ſecuti
ſunt & ꝙ in primitiua eccleſia qñ nullā ptātem mundanam
fideles habebant perfectiores uiri ut plurimū inueniebātur
in eccleſia ꝗ nunc | quādo poteſtatibus & regnis mundanis
eccleſia habūdat. Ex qbus cōcluditur ꝙ regnū Romanorū
& regnū chriſti ſeu eccleſie nullo modo ſunt idē ſed diuerſa.

In. xi. ca. Oñditur ꝙ per cornu paruulū affixum quarte
beſtie nō intelligitur chriſtus nr̄ prout iudei falſe exponūt.

In. xii. ca. Oñditur ꝙ per cornu paruulū ſupraditū in/
telligitur antichriſtus ſecundū uerā catholicorū expoſitionē.

In. xiii. ca. Oſtenditur ꝙ ex hoc quod dicitur de cornu
paruulo ꝙ loquitur contra excelſum & putabit mutare tē/
pora & legem | que uerba falſe iudei applicant ad uerū xp̄m
ſumitur ordo ad tractandum de quibuſdā que ſunt mag/
ne arduitatis in hoc opuſculo.

**Capitulum** Primum in quo oñditur ꝙ per uiſionem
Danielis ī. vii. ca. de ſtatua intelligitur ꝙ per chriſtū erat
extirpanda ydolatria de regnis principalibus mundi.

**Saulus**

Predictis ad preſens obmiſſis reuertamur ad alia que
pertinent ad examinationē chriſti tui .ſ. ad ſcrutandū ſcrip/
turas | utrum ille fuit meſſias in prophetis promiſſus an nō
Ad quod occurrit michi ualidū argumentū contra te quod
ſumitur ex reuelationibus Danieli factis. In quibus deus
oñdit excellentiā regni quod daturus erat chriſto ſuo. Quā
quidē excellentiā nunꝗ habuit chriſtus tuus. Ex quo habe/
tur manifeſte quod non fuit ille chriſtus a deo promiſſus.

VNiVERSIDAD DE SALAMANCA

## Paulus

Propone michi illud argumentū clare ut ſciam quante uirtutis ſit.

## Saulus

Scrutatus ſum Danielem in . ii . ca . ubi expreſſe reperio ꝙ regnum Chriſti habebat cōterere ſeu diminuere regnum Caldeorum & alia tria regna ſibi ſuccedentia . Legitur enim ibi ꝙ lapis abſciſus ſine manibus qui eſt chriſtus : de quo ibidē dicitur . Suſcitabit deus celi regnum quod ineternū non corrumpetur . Habebat cōminuere ſeu conterere ferrū teſtam es argentū & aurum : que ſecundū omſ expoſitores ſignificant regnū Caldeorū & tria alia regna ſibi ſuccedentia Sed conſtat ꝙ regnū chriſti tui nō cōminuit predicta regna preſertim regnū caldeorū medorū & grecorū cum iam per magna tēpora añ ſui aduentū fuerūt deſtructa : ergo regnū chriſti tui non eſt illud regnum de quo dicitur ibidē ꝙ eſſet a deo ſuſcitandum & ꝙ ineternum non corrumperetur .

## Paulus

Si uiſionem Danielis quā allegas ſic ſuperficienter intelligis / argumentū tuum pari modo & forte amplius militat contra te . Si enī per lapidē abſciſum ſine manibus meſſiā quem tu expectas intelligis quem credis deum celi ſuſcitaturum & ꝙ eius regnū ineternū non corrūpetur ꝛc quomō de ipſo poteſt ſpectare ꝙ contereat ſeu cōminuat regnū caldeorum medorū & grecorū que iam a maximis tēporibus añ tempus preſens fuerunt deſtructa / īmo quorū memoria fere iā non eſt niſi forte ī hyſtoriis antiquis . Vnde ſi uerus meſſias quem colo & adoro non potuit conterere ſecundū te regnum Caldeorum & alia tria regna : eo ꝙ iam fuiſſent per magnum tempus ante ſui aduentum deſtructa quanto magis meſſias quem ſpectas : cuius eſſe in rerū natura per mille & . xxviii . annos poſt aduentum chriſti noſtri adhuc non apparet : non poteſt predicta regna cōterere : que iam a longioribus & ualde remocioribus temporum curriculis

ſunt anullata : & uere obliuioni tradita . Vnde ſi uero meſſia .ſ. Chriſto meo non poteſt uerificari ꝙ contriuit regna Caldeorum medorum & huiuſmodi propter eoꝝ antiquā & preteritam deſtructionē a fortiori de tuo meſſia nō poſſet hoc uerificari cuius tempus ualde remotius eſſet a tempore deſtructionis predictorū regnoꝝ . Sed ſi diligenter ſcrutatus fueris uerū ſenſum per te allegatum uiſionis : manifeſte reperies ꝙ proprie applicatur uero chriſto meo . Pro cuius declaratione ſcire debes ꝙ in regno chriſti & eccleſie ſue debuit ydolatria ab uniuerſo uel maiori & principaliori parte eius extirpari quod fuit ſingulariſſimum in primo aduentu chriſti . Nā hactenus tempore moyſi & aliorū prophetarū licet magnalia uirtute dei fiebant non tamen hoc uicium .ſ. ydolatrie potuit extirpari / nedū a gentilibus ſed etiā ab ipſo populo iſraelitico in cuius preſentia deus fecit magnalia in egypto : terribilia in mari rubro : & in deſerto panē celi nō ſine magnis miraculis dedit eis quibus non obſtantibus : in eodem loco ubi legem a deo ſuſceperant & uerba eius de medio ignis audierant quibus eis precipiebat . Non habebis deos alienos preter me . Exo . xx . Ibi .ſ. in oreb uitulū conflatilem fecerunt & adorauerūt ſicut patet . Exo . xxxii . Simile in temporibus iudicum & regum in regno iſrahel & etiam Iudee nō ceſſabant īmolare & ſacrificare diis alienis prophetis proclamātibus & īmouētibus ſigna & prodigia cōtra eos mouentibus frequenter ut ī hyſtoriis ſacris patet euidenter . Sed poſtꝗ chriſtus noſter uenit in mundum & eius fides per orbem diuulgata fuit : & ſequentibus ſignis per ſuos diſcipulos & martires confirmata excluſa eſt ydolatria ſimpliciter a tota republica mundi uel ab eius maiori parte prout fuit prophetatum in diuerſis locis & ſpecialiter yſai . ii . ubi loquēs de tempore meſſie cum dicit . Et erit in nouiſſimis diebus preparatus mons domus dñi in uertice montium ꝛc Et infra loquens propheta de doctrina chriſti per gentes ſuſcipiēda . Et docebit uos uias ſuas ꝛc & infra

VNIVERSIDAD DE SALAMANCA

Ibidem propheta oſtendens : ꝙ tempore ſui aduentus tota
terra erat repleta ydolis dicẽs . Et repleta eſt terra eius ydo/
lis opus manuũ eius adorauerũt opus quod fecerũt digiti
eorum . Et idem infra prenoſticãs ꝙ huiuſmodi ydola per
ipſum & ſuos ſequaces eſſent proicienda ſubdit . In die illa
proiciet homo ydola argenti ſui & ſimulachra auri ſui que
fecerat ſibi ne ea adoraret . Ex quibus patet intentum ·ſ·
ꝙ in nouiſſimis diebus per quod dies meſſie intelliguntur
etiam ſecundũ tuos mgr̃os erant ydola proicienda quibus
antea uniuerſum earat plenũ . De hac igitur materia agitur
ĩ hac uiſione Danielis quã tu allegas . In qua uiſione qua/
tuor regna precedẽtia regnũ xpĩ ·ſ· Caldeorũ medorũ Gre/
corũ & Romanorũ ſignificantur per unã ſtatuã q̃dripertitã
Nam ſtatua cõmuniter deſignat ydolatriã . Simulachra enĩ
demonũ cõmuniter per ydolatrias ſtatuas celebrãtur / quod
etiam patet Danie . iii . de ſtatua quã fecit Nabuc . Et quia
omnia regna mundi ante aduentũ chriſti : licet inter ſe eẽnt
multa differentia & etiã aduerſantia : In hoc tñ conueniebãt
oĩs ut cultum deo debitum creaturis impenderent / Iuxta
illud pſal . Omnes dii gentium demonia . Idcirco proprie
deſignabantur omnia regna principalia in unica ſtatua que
ydolatriam deſignat propter ipſorum cõuenientiam ĩ cultu
ydolorũ ſed quia ipſa regna erant inter ſe diuerſa in ritibus
& aliis uarietatibus & modis uiuendi : Idcirco particularia
menbra huius ſtatue erant de diuerſis materiis : utpote de
auro & teſta & huiuſmodi . Similiter & differebant in for/
mis / quia aliqua pars ſtatue erat caput alia brachia & hu/
iuſmodi / ad deſignãdũ uarietatẽ ĩter huiuſmodi regna . Vñ
ad propoſitũ tui argumenti applicãdo / licet regnum chriſti
& eccleſie non cõminuit regnum caldeorũ ſeu perſarum &
huiuſmodi quantũ ad ipſoꝝ mundanam poteſtatem que
iam tranſiuerat : cõminuit tñ ea quantũ ad cultũ ydolorum
Inquantũ diuulgata fide chriſti in orbẽ per eius diſcipulos
& eoꝝ ſucceſſores euacuata eſt cultura demonũ a toto fere

mundo ·ſ· a maiori & principaliori parte eius ut dictum eſt
quod recte preſignatur a Daniele per percuſſionem lapidis
ſine manibus . Nam abſq̧ humana potentia lapis qui eſt
Chriſtus ſtatuam ·i· ydolatriam diminuit tam antiquam ·ſ·
Caldeorum q̃ alias ut dictum eſt .

**Capitulum** Secundũ ĩ quo oñditur ꝙ licet ydolatria
adhuc remaneat in aliquibus paruiſſimis regnis apud ho/
mines beſtiales ſeu brutales tñ pro maiori parte & princi/
paliori totius orbis eſt per diuulgationẽ fidei chriſti ablata
& ꝙ añ aduentum xpĩ ydolatria Caldeorũ & aliorũ regno/
rũ remanebat apud Romanos etiã deſtructis regnis illis .

## Saulus

Quedam interponis in hac tua rñſione que non uidẽtur
continere ueritatem uel ſaltem aliquã requirũt probationẽ
Primum eſt quod dicis ydolatriã hodie eſſe excluſam a toto
orbe quod credo eſſe falſum . Nam non eſt dubiũ ꝙ hodie
ſunt aliqui etiã inter chriſtianos & ſarracenos qui hoc uitio
abutuntur ·ſ· ydolatria ſaltem in latebris & ſecretis ſicut etiã
multi ſunt / phitones / diuinatores & huiuſmodi que ad ſu/
perſtitionem ydolatrie pertinent / & ut a quibuſdã narratur
in aliquibus extremis terre hoc uitiũ adhuc publice manet
Secundũ eſt quia dicis ꝙ per diuulgationẽ fidei chriſti tui
hoc uitium fuit amotũ ſine humano quod tñ non probas .
Tertiũ quia dicis ꝙ ydolatria qua utebantur Caldei adhuc
remanebat tempore chriſti tui quod nõ uidetur rationi cõ/
ſonũ . Nã cõiter cũ aliquis populus deſtruebatur ſimul cũ
eo deſtruebãtur & dii eius : unde yſai . xxxv . ex parte regis
Aſſiriorũ ſe iactantis de uictoria quarundã gentiũ dicebat
Vbi ſunt Emach & Arphat . ubi dii ſaphar hami zc̈ . q . d .
Sicut deuaſtaui gentes illas ſic & eorum deos .

## Paulus

Ad primum quod obicis de ydolatria dicendo ꝙ adhuc
manet in orbe ſaltẽ in latebris & abſconſis / uel etiã publice

VNIVERSIDAD DE SALAMANCA

in extremis terre : rñdeo ꝙ mala que in oculto fiunt ſolius dei iudicio reſeruantur : Iuxta illud Deut . xxviiii . Abſcondita deo nr̃o ſunt ·ſ· a ſolo deo iudicanda . Vnde de talibus non agimus hic . De hiis autẽ que dicis ꝙ ĩ extremis terre publice fiũt | dicendum : ꝙ illa ſunt ualde modica reſpectu terrarũ & regionũ ubi nulla ydolatria uiget : nam terra que a ueris chriſtianis & etiam ſciſmaticis poſſidetur : ſimiliter a ſarracenis turcis & tartaris occupatur magnã partẽ terre obtinet : intantũ ꝙ illud quod remanet eſt ualde modicum reſpectiue & ubi uiuũt homĩes beſtiales & quaſi ſemibruti de quibus non eſt facienda mentio : quia quod modicũ eſt ſecundum philoſophũ pro nichilo reputatur | & etiã in illis extremoſis non cõpelluntur homines ad ydolatrandũ ſicut tempore Caldeorũ hoc fiebat : ut patet . Dani . iii . Similiter tempore ſuccedentium Romanorum regnorum ut patet de Romanis qui multipliciter perſequebãtur fideles chriſti ut ſuis diis ſeu demonibus ĩmolarẽt . In partibus igitur mũdi extremoſis ubi ydolatria adhuc manet prout refertur a fide dignis non cõpelluntur homines ad hoc ſicut nec puniũtur ydola colentes | ſed unuſquiſq̃ ad ſuum arbitriũ ad hoc relinquitur . Ad ſecundũ autẽ in hoc petis a me probationes de hoc ꝙ per diuulgationẽ fidei chriſti ydolatria fuit amota ſine humana potẽtia ꝛc̃ tibi rñdeo ſic ꝙ per ſacras hyſtorias & alias autenticas eſt manifeſtũ ꝙ tempore aliorũ quatuor regnorum uniuerſalium quorũ regnum Romanorum eſt quartum ydolatria per totũ orbem extendebatur . Conſtat etiã per fideliſſimã & publicam formã & hyſtoriarũ cõmunem narratiõẽ | ꝙ per magnum tempus anteq̃ ſecta ſarracenorũ inciperet ceſſauit ydolatria modo predicto | ſed nulla poteſtas humana fuit intermedia inter Romanos & ſarracenos que hoc uicium ãmoueret ut eſt manifeſtum . Reſtat autẽ ꝙ per p̃tatem chriſti & ſuorũ diſcipulorũ predicationẽ & martiria teſtificantia ueritatem hoc fuit iuxta prophetaꝝ uaticinia cõcluſum . Ad tertium uero quod non eſt uiſibile ꝙ ydolatria Caldeorũ remanſiſſet poſt eoꝝ deſtructionẽ ꝛc̃ tibi reſpondeo ꝙ de regno Romanorũ quod fuit ultimum predictorũ quatuor regnorũ . Legitur in hyſtoriis autenticis ꝙ omnia ſimulachra gentiũ colebat | de cuius memoria adhuc remanet Rome templũ Pantheon ĩ quo alias omĩa ydola colebantur | & poſtea hodie feſtum omnium ſanctorũ ibidẽ celebratur | & ſic patet ꝙ ſtatua de qua Daniel loquitur ·ſ· ydolatria in ſua erat integritate cum percuſſa fuit per lapidem abſciſum ſine manibus ·ſ· chriſtum | hoc teſtatur lr̃a Danielis ſane intellecta cũ ipſe Daniel quatuor partes prenuntiauit ĩ predicta ſtatua forma & materia diſtinctas | que quatuor regna ſupradicta figurabant | que cum partes adinuicem per ſucceſſionem continuabantur | in deſtructionem tamẽ illius ſtatue totum ſimul deſignauit deſtructã ſeu deſtruendam . Non enĩ dixit ꝙ antea fuerat caput deſtructũ & poſtea brachia & ſic de aliis : ſed ſimul ad lapidum percuſſionem tota ſtatua fuit deſtructa .

## Capitulum Tercium ĩ quo oſtenditur ꝙ uiſio ſtatue applicatur primo aduentui Chriſti : uiſio autem de beſtiis Danielis . vii . applicatur ſecundo aduentui .

### Saulus

In alia uiſione Danielis ·ſ· quatuor beſtiarum que in . ca . vii . continentur . Quequidẽ uiſio de eadem materia loq̃tur de qua & ſupradicta uiſio ·ſ· ſtatue : in utraq̃ enim uiſione agitur de quatuor regnis ſupradictis adinuicẽ : & tñ in iſtis duabus uiſionibus que de eadem re locũtur uidẽtur queq̃ de eſſentialibus uariari . Primo enĩ in prima uiſione prout tu dicis omnia quatuor regna que per ſtatuam deſignãtur ad lapidis percuſſionẽ ſimul fuerunt deſtructa . In ſecunda uiſione ĩ qua quatuor regna per quatuor beſtias deſignãtur non ſimul ſed ſucceſſiue uidentur predicta regna deſtrui ·ſ· unum poſt aliud : unde dicitur de prima beſtia ante ortum ſecunde legitur . Aſpiciebam donec euulſe ſunt ale eius &

VNIVERSIDAD DE SALAMANCA

ſublata eſt de terra . Ex quo patet ꝙ añ fuit ſublata prima beſtia ꝙ̄ ſecunda ſurgeret / idē uidetur intelligendū de aliis . Item in prima uiſione per lapidis percuſſionē fuerūt q̄tuor regna deſtructa : In ſecunda uero uiſione per filiū hominis uenientem in nubibus celi fuerūt omnia deuincta / ut patet in . ca . vii . Dic ergo rogo quomodo tollis cōtrarietates ex iſtis uiſionibus que de eadem re locuntur : & tamen quedā contraria uidentur interponere ut dictum eſt .

## Paulus

Sicut dixeram tibi ſupra cum de tempore aduentus xpi ageremus duplex eſt aduentus chriſti : unde licet regnum chriſti ſecundum ſe unum & idem eſt / dupliciter tamē de eo ſcripture locuntur ſecundum huiuſmodi duplicem aduentū Ex quo diuerſi effectus erāt producendi circa rem publicā mundanā : nam ſicut ī primo eius aduentu diuulgata eius fide ydolatria erat extirpāda modo predicto de quo agitur in prima uiſione Danielis ſupradicta / ſic ī ſecundo eius aduentu tota mundana poteſtas erat ammouenda ſubiciendo omnino diuino imperio / De quo ʒacha . ulti . Erit deus rex ſuper om̄em terram in die illa erit unus dn̄s & nomē eius unum . Et Sopho . iii . Tunc reddam populis labiū electū ut uocent omnes in nomine domini & ſeruiant ei humero uno . In quibus & ī aliis propheticis locutionibus prenoſticationibuſq tota ptās humana publica erat aufferenda & ſubicienda diuine ptāti intelligitur hoc impleri in ſecūdo aduentu meſſie . In hac igitur ſecunda uiſione propheta agit de aduentu chriſti ſecūdo & de huiuſmodi effectu ſuo circa mundanam poteſtatem penitus aufferendam . In quaqdem uiſione predicta quatuor regna precurrētia ſecundū chriſti aduentum conuenienter figurantur / non per ſtatuam que ydolatriam ſignat cum iā ydolatria amota erat per primū aduentum ut dictum eſt / ſed ſignantur per uarias beſtias & feroces per quas deſignantur uarie ferocitates & tyrannica diuerſa ipſorum regnorum / prout expoſitores communiter tradūt / & quia ptās mundana quatuor regnorū predictorū non ſimul ſucceſſiue fuit amota : prius enī perdiderūt monarcharū Caldei ꝙ̄ perſi & ſic de aliis : Ideo in ſecunda uiſione ubi agitur de ptāte mundana non ſimul ſed ſucceſſiue q̄tuor beſtie fuerunt deſtructe . Sed in prima uiſione ſimul ſtatua fuit diminuta quia per primū aduentum fide chriſti diuulgata per orbē tota ydolatria tam preteritorū ꝙ̄ pn̄tium fuit deſtructa modo predicto . Ad ſecundū uero ꝙ cōuenit quare ī prima uiſione regnum chriſti figuratur per lapidē abſciſum ſine manibus : In ſecunda uero uiſione figuratur chriſtus per filium hominis uenientem in nubibus ꝛc̄ ſatis patet reſponſum ex predictis . In prima enī uiſione loqtur de primo aduentu in quo Chriſtus proprie figuratur per lapidem ſine manibus abſciſum / tum quia eius conceptio & natiuitas ſecundum carnē non ex uirili ſemine producta fuit prout ueritas fidei noſtre tradit / tum quia non per potentiam corporalē ſtatuam .ſ. ydolatriam deſtruxit ſed per diuinam . In ſecunda uero uiſione que aduentum ſecundū ſignat ut dictum eſt proprie deſignatur per filium hominis uenientem in nubibus celi quia in magna poteſtate & maieſtate uenturus eſt ad iudicium .

## Capitulum Quartū in quo oſtenditur ꝙ licet cultus ydolorum poſt paſſionem Chriſti in quibuſdam partibus mundi remanſit / tamen totus intelligitur ſimul ammouerī per percuſſionem lapidis ſine manibus abſciſi .

## Saulus

Sicut poteſtas mundana in quatuor regnorū predictoꝝ non fuit ſimul amota ſed ſucceſſiue ſicut tu aſſeris & bene ſic ydolatria non fuit ſimul amota ſed ſucceſſiue / quia poſt aduentum chriſti tui per magnum tempus durauit ydolatria in diuerſis & magnis mundi partibus / unde etiā ī tempore Coſdre regis perſarum qui per magnum tempus fuit poſt

VNIVERSIDAD DE SALAMANCA
GREDOS.USAL.ES

aduentum chriſti tui ydolatria adhuc uigebat | ut etiam hy/
ſtorie tue teſtantur | que non concordant expoſitioni tue ſu/
pradicte í qua dicis ꝙ ſimul deſtructa fuit ydolatria a toto
orbe ſeu a maiori parte tocius orbis ſeu principaliori.

### Paulus

Licet uerum eſt ꝙ cultus ydolorum per aliquod tempus
etiam poſt paſſionem Chriſti in quibuſdã partibus mundi
notabilibus remanſit cum ydolatria dicitur ſimul ãmoueri
a mundo eo ꝙ per uirtutem paſſionis Chriſti principalis
auctoritas ydolatrie ·ſ· dyabolica fuit amota ſeu ualde debi/
litata | unde paſſione remanente ipſe dixit. Nunc princeps
huius mundi eicietur foras. Iohan. xvi. quod intelligitur
de dyabolo cuius poteſtate & uerſucia homines í ydolatriã
incidebãt | & quia ab huiuſmodi dyaboli poteſtate per paſ/
ſionem Chriſti que ſimul celebrata eſt homo fuit liberatus
Idcirco per ſolam percuſſionem lapidis ſine maĩbus abſciſi
ydolatria dicitur ſimul eſſe amota | poſſet etiam ĩtelligi per/
cuſſio huius lapidis fuiſſe impleta tempore Conſtantini qñ
chriſtus qui lapis abſciſus ſine manibus dicitur ut iã dictũ
eſt percuſſit Ceſarem lepra per cuius percuſſionem & mira/
culoſam ſanationẽ tota ſtatua ydolatrie fuit dirupta Ceſare
precipiente ut oĩa phana ydolorum deſtruerẽtur ut plenius
iſta cõtinentur in ſua hyſtoria. Secus eſt de poteſtate mun/
dana predictorum regnorum que fuit amota ſucceſſiue tã
ante aduentũ Chriſti ꝙ̃ poſt | quequidẽ ſucceſſiua deſtructio
durabit uſꝫ ad tempus antichriſti quãdo Chriſtus ſecũdo
ueniens totam deſtruet mundanã ptãtem ut iam dictũ ẽ.

### Saulus

Miror cum michi allegas auctoritatẽ euangelii tui quas
ut ſcis non teneor recipere preſertim cũ ſint contra me ſicut
nec tu auctoritates nr̃orum doctorũ reciperes contra te.

### Paulus

Quia tu cõtra expoſitionẽ meam de uiſione ſtatue obicis
In quo actu procedis ut arguens conuenienter ego poſſum
ut reſpondens allegare auctoritatem ſũmi magiſtri mei nõ
enĩ per meã rñſionem te intẽdo obligare ſicut nec michi in
rñdendo neceſſitas ĩcumbit te obligãdi ad tenẽdũ rñſionẽ
meã | unde ſolũ predictã auctoritatẽ allego ad meã ſaluandã
expoſitionẽ quod ſufficit per hoc ꝙ auctoritatibus apud me
autẽticis mea expoſitio ẽ cõſona | in aliis uero altercatiõibus
nr̃is ubi procederẽ ut raguẽs cõtra te | tibi cõcedo ꝙ nõ de/
beo allegare auctoritates doctorũ nr̃orũ ſicut nec hactenus
feci nec facere intẽdo.

### Saulus

Cõtra auctoritatẽ mgr̃i tui per te allegatã reperio experiẽ/
tiã cõtrariã. Dyabolus enĩ adhuc hodie ptãtẽ ſuã ĩ hoĩbus
exercet aĩas tẽptãdo & corpora ledẽdo ut ẽ manifeſtũ quod
nõ credo te negare | & etiã ĩ actibus ydolatricis ĩ multis par/
tibus mundi illudẽdo quod eſt contrariũ illius dicti per te
allegati ·ſ· princeps huius mundi eicietur foras.

### Paulus

Licet nũc dyabolus poteſt deo permittente hoĩes tẽptare
quãtũ ad aĩam & uexare q̃ntũ ad corpus etiã per ydolatriã
illudere | eſt tñ hoĩ nũc preparatũ remediũ per paſſionẽ xpi
in hoc homo ſe poteſt tueri cõtra hoſtis ĩpũgnatiões ne de/
ducatur ĩ interitũ eterne mortis | & quicũqꝫ añ paſſionẽ xpi
dyabolo reſtiterũt per fidẽ paſſiõis xpi fiẽde hoc facere po/
tuerũt. Nullus tñ tunc potuit dyaboli manus euadere ut ·ſ·
non deſcenderet ĩ infernũ Iuxta illud pſal. Quis eſt homo
qui uiuet & non uidebit mortẽ & liberabit animam ſuã de
manu inferni. Sed poſt paſſionem chriſti poſſunt homines
ab hac uirtute paſſionis tueri.

## Capitulum

Quintũ ĩ quo oñditur quomõ ĩtelligatur
illud. Dani. ii. lapis q percuſſit ſtatuã factus eſt in montẽ
magnũ.

### Saulus

Declara michi ſecundũ expoſitionẽ tuã quid ẽ illud quod
dicitur ĩ prima uiſione | ꝙ lapis qui percuſſit ſtatuã factus ẽ
in montẽ magnũ. quod nõ uidetur proprie rñdere ad de/
ſtructionẽ ydolatrie ſecundũ tuã expoſitionẽ | proprius enĩ

VNIVERSIDAD DE SALAMANCA
GREDOS.USAL.ES

dixiſſet | factus eſt ĩ templũ ſeu ſanctuariũ | uel ĩ aliud ſonãs fidẽ ſeu ſonãs doctrinã. Paſſio enĩ xpĩ tui per quã dicis | ꝙ hoĩes poſſunt tueri a dyabolica ptãte nõ operatur talẽ tui‐tionẽ per modũ montis magni | ſed potius per modũ adhe‐ſionis ad fidẽ uerã & uite rectitudinẽ prout credo ꝙ tu etiã cõcedis.

## Paulus

Uerũ dicis ĩ hoc ꝙ paſſio xpĩ liberat hoĩes a dyabolica ptãte inq̃ntũ adheret uere fidei crucifixi | & eius ueſtigia ſe‐cũtur | & proprie hoc ĩtelligitur per illud quod legitur ĩ uiſi‐one Dani. ſupradicta cũ dicitur. ꝙ lapis q percuſſit ſtatuã factus eſt ĩ montẽ magnũ. In hiis enĩ uerbis alludit Dani. huic quod dicitur yſa. ii. Erit ĩ nouiſſimis diebus mõs do‐mus dñi ĩ uertice montiũ & eleuabitur ſuper colles & fluẽt ad eum oĩs gentes. q. d. Dan. Iſte lapis ſtatuã percutiẽs factus ẽ ille mõs magnus & eleuatus de quo loq̃tur yſa. In quo mõte aſcendẽtes docetur de uiis dñi & de ſemitis eius ut ibidẽ habetur | ĩter quas uias dñi & eius ſemitas | una de principalioribus ẽ ydolatria reſpuere & abicere | unde ibidẽ legitur. Et ydola penitus cõterẽtur | & ĩfra In illa die percu‐ciet homo ydola argẽti ſui prout ſupra fuit allegatũ proprie igitur ad denotãdũ eiectionẽ ydolatrie que per deſtructionẽ ſtatue deſignatur Daniel predixit | ꝙ lapis q percuſſit ſtatuã factus eſt ĩ mõtẽ magnũ .ſ. ĩ illũ mõtẽ ab yſaia iã añ magnũ tempus prophetatum | de quo etiã monte ſub eiſdẽ uerbis ſicut yſaias per Micheam. iiii. ca. fuit prophetatum.

## Capitulum

Sextũ ĩ quo oñditur quomõ exponẽdũ ẽ regnũ ferreũ .ſ. Romanũ habebat partẽ pedum & digitorũ teſte figuli & partem ferream ut habetur Danie. ii.

## Saulus

Secundũ iſtã expoſitionẽ tuã uolo ſcire quomõ intelligas ꝙ regnũ q̃rtũ .ſ. ferreũ per quod tu ĩtelligis regnũ Romanũ hẽbat partẽ pedũ & digitorũ teſte figuli & partẽ ferreã & ce‐tera que ad hoc pertinẽ t

## Paulus

Circa hoc quod petis diuerſimode ſe habẽt expoſitores | ſed in hoc uolo ad pñs ſequi expoſitores tuos | q̃bus hec ſatis cõſonat expoſitio mea. Dicũt enĩ ꝙ regnantibus Romanis tẽpore Machabeoꝝ fuerũt cõfederati adinficẽ Romani & iudei quod etiã Ioſephus hyſtoriagraphus large tradit | quã q̃dẽ cõfederationẽ Daniel uocat regnũ diuiſum | eo ꝙ erant difformes ĩ ritibus & cultibus diuinis ut ẽ manifeſtũ | nõ tñ in partes eq̃les ĩ fortitudine & robore | quia pars Romana erat fortiſſima | & ideo eã uocat ferreã | iudeorũ uero debiliſ‐ſima quã teſteã uocat | & q̃a iſte due natiões adĩficẽ uoluerũt mr̃imonio cõmiſceri tẽpore herodis aſcalonite qui uoluit habere ĩ uxorẽ q̃ndã de genere Machabeorũ quod tñ mr̃i‐moniũ nõ habuit effectũ ut ex hyſtoriis Ioſephi patet | idcirco de hiis duabus partibus diuiſiõis & earũ cõmixtione dicit. Quia aũt uidiſti ferrũ mixtũ teſta cõmiſcebũtur quidẽ hu‐mano ſemĩe ſed nõ adherebũt ſibi | ſic ferrũ non põt miſceri teſte. Et q̃a ĩ illis partibus .ſ. Romanorũ Iudeorũ & hero‐dianorũ q fuerũt regna corruptibilia | ſuſcitauit deus regnũ xpĩ ĩcorruptibile | quiq̃dẽ chriſtus natus eſt ĩ bethleem iude tẽpore herodis regis | ĩ quo tẽpore Ceſar imperabat: Idcirco ĩmediate ſubdit. In diebus autem regnorũ illorũ ſuſcitabit deus celi regnum quod ineternum non diſſipabitur ꝛc̃

## Capitulum

Septimũ ĩ quo oñditur ꝙ regnũ xpĩ ſeu ipſius eccleſie nõ ẽ idẽ cũ regno Romanorũ prout doctores falſi .ſ. pharíſei fingũt.

## Saulus

Secũdũ doctores nr̃os regnũ xpĩ tui ſeu eius eccleſie unũ & idẽ eſt cũ regno Romanorũ | & ideo cũ regnũ Romãorũ deſtruẽdũ erat ſecũdũ uiſionẽ Danielis per regnũ celi ĩcor‐ruptibile a deo ſuſcitandũ .ſ. per regnũ meſſie eadẽ ratiõe & regnũ xpĩ tui quod ẽ idẽ cũ regno Romanorũ deſtruendũ eſt per meſſiã. ꝙ aũt regnũ eccleſie tue ſit idẽ cũ regno Ro‐manorũ prout doctores nr̃i dicũt | ſatis patet ex hoc. Nam regnũ eccleſie xpĩ tui principaliter ſũpſit ptãtem atq̃ iniciũ dominii a Romano ĩperio .ſ. a Cõſtantino ſecũdũ oĩs hy‐ſtorias. Quiq̃dẽ Cõſtantinus imperialẽ ptãtẽ & auctoritatẽ tribuit Silueſtro ſũmo põtifici & eius ſucceſſoribus q hodie

eadē auctoritate urbē obtinēt Romanā. Quīqdē Conſtan/
tinus ut quidā referūt cōpellit ſeu coegit plurima regna ut acciperēt fidē eccleſie xpi tui|& ſic patet ꝙ huiuſmodi regnū eccleſie & regnū Romanū per q̄rtā beſtiā ī uiſione Danielis deſignatū|& per cōſequens per uerā meſſiā ſicut expectauimus deſignādū.

**Paulus**

Verū ē ꝙ doctores tui phariſei finxerūt|ꝙ regnū Romanorū & regnū eccleſie xpi eſt unū & idē regnū: q̄mqdē fictionē ſic diſſemiauerūt per totā plebē tuā ꝙ oīs hoc tenēt uocātes regnū xpi nr̄i regnū Romanū nequā. Queqdē fictio ab eis fuit fabricata ut euaderēt īpugnationē efficacē que cōtra eos militat ex hac uiſiōe Danielis de qua agimus ſupra. Per hanc enī uiſionē cōſtat ꝙ beſtia q̄rta per quā ſecūdū oīs deſignatur Romanū regnū ſeu īperiū|deſtruēda erat per regnū a deo celi ſuſcitandū ·ſ· regnū meſſie. Ex quo ſequitur ꝙ ſi regnū eccleſie & regnū Romanorū eſſent duo regna diſtincta|ꝙ regnū ſuccedens regno Romanorū eſſet regnū ueri meſſie|quod manifeſte opponitur pertinacie tue ſecundū quā credis|ꝙ regnū eccleſie nō eſt regnū xpi. Sed falſitas huius fictiōis manifeſta ē ex hoc. Nā regnū eccleſie ſeu regnū xpi nō ē regnū mundanū ſeu terrenū ſicut regnū Ro. uel aliud de ceteris regnis huius mūdi. Vn̄ & chriſtus nr̄ expreſſe dicit Iohā. xvi. Regnū meū nō ē de hoc mūdo. Queqdē auctoritas ſola ſufficit ad cogēdū fideles ut ponāt differētiā ſubſtantialē ī regnū eccleſie & cetera regna ſupradicta ī hoc ·ſ· ꝙ cetera regna ſūt terrena ſeu mūdana uel tēporalia|regnū uero xpi & eccleſie ſue nō ē mūdanū ſed celeſte uel ſpirituale ſeu diuinū|unde & cōiter ī ſacris lr̄is noſtris uocatur regnū celorū & regnū dei & huiuſmodi. Sed quia tu & īfideles tui ſimiles|has ſacras auctoritates nō recipitis Idcirco per euidentiā ratiōis oportet nos de hoc cōuincere ex multis enī ſaltē ex duobus euidēter patet eēntialis differētia īter regna mūdana ſeu tēporalia & regnū xpi ſeu eccleſie|quorū unū ſumitur ex ptāte tradita ſūmo pricipi eccleſie ·ſ· ſūmo pōtifici. Ordinatio enī populi ſecundū ſentētiā phi in. iii. politicoꝝ. Precipue pendet ex maximo principatu. Cōſtat aūt ꝙ maxius pricipatus eccleſie ī ptāte cōſiſtit ſūmi pōtificis. Queqdē ptās eſt ligādi aīas atqꝫ ſoluēdi|ſecundū ſūmus pōtifex & eccleſia creditur a fidelibus habere claues regni celorū|ut habetur Mathei. xvi. ca. Sed cōſtat ꝙ talis ptās nō eſt mūdana ſeu tēporalis|neqꝫ ſimilis ptāti imperii Romani uel aliorū regnorū|ſed oīno ab eadē ſeparata ſicut res corporalis a ſpūali.

**Saulus**

Licet ī tuo euāgelio hec ptās ligandi atqꝫ abſoluēdi aīas aſſeratur tuo ſūmo pōtifici tradi|non tn̄ hoc a me creditur nec a doctoribus meis|& ideo fruſtra talē auctoritatē cōtra me allegas.

**Paulus**

Bene credo ꝙ tu & tui ſimiles nō credūt predictā ptātē clauiū fuiſſe datā eccleſie xpi ſeu ſūmo pōtifici licet forte hoc poſſes reperire per diligēs ſcripturarū ſcrutiniū|legitur enī yſa. xxii. Dabo clauē domus Dauid ſuper humerū eius & aperiet & nō erit q claudat|& claudet & nō erit qui aperiat. Que uerba recte intelligēti ad hoc adaptātur|ſed ſiue ea ſic ītelligas ſiue nō|nō curo ad preſens. Sufficit enī michi ad aſſignādā differētiā eēntialē īter regnū Romāorū & regnū eccleſie qa regnū Romanorū in uirtute armorū & ſecularū legū dn̄abatur orbi ut ī ſuis hyſtoriis ē maīfeſtū|regnū aūt eccleſie xpi per ptātē pōtificalē ſupradictā ſuos regit ſubditos & hoc ſufficit ponēdā diſtinctionē īter potētiā Romani Ceſaris & ſūmi pōtificis ptātē|ītātū ꝙ nō poſſūt dici unū & idē regnū|ſicut nec ī rebus naturalibus illa que proprie & per ſe habēt diuerſas potētias|nō pōt dici una & eadē res.

**Capitulum** Octauū ī quo oñditur ꝙ ſūmus pontifex ī quo principaliter reſidet eccleſiaſtica ptās|licet qn̄qꝫ utatur mūdana tēporali ·ſ· armorū potētia ptāte & huiuſmodi|nō tamen talis poteſtas eſt eſſentialis ſed accidentalis.

**Saulus**

Licet uerū ē ꝙ ſūmus pōtifex tuus dicatur uti ptāte ligādi & ſoluēdi aīas|quāqdē ptātē ſecundū te ueraciter habet

VNiVERSIDAD DE SALAMANCA
GREDOS USAL

Secūdū me aūt iactat ſe habere quod nō habet | quomōcūq̄
tñ rei ueritas ī hoc ſe habeat maīfeſtū ē ꝙ ipſe ſūmus pōti/
fex tuus etiā utitur armorū ptāte & legū ſuarū que hūane
ſūt īſtitutione. Ex quo maīfeſtū ē ꝙ eius ptās eſt mūdana
ſicut ptās Ceſaris a quo .ſ. ceſare talē ptātē mūdanā accepit
ſicut & īperialē auctoritatē | Vñ & idē regnū dici debet ſicut
ptās ē que per ſucceſſionē gratuite donatiōis proceſſit a Cō/
ſtātino ī Siluestrū & eius ſucceſſores cū ptāte ipſius donātis.

## Paulus

Licet uerū ē ꝙ ſūmus pōtifex q̄nq̄ utatur armorū ptāte
ex hoc nō ſeqtur ꝙ eius ptās eēntialis ſit mūdana uel tem/
poralis. Nam ſicut ī rebus naturalibus frequēter uidemus
unā & eandē rem habere duas ptātes | quarū unā habet ex
forma ſua ſpecifica & illa eſt proprie eēntialis ptās ſua | aliā
uero habet accidētaliter ex aliquo extrīſeco ſuperueniēti ſue
eēntie & illud tale nō ē propriū rei nec pricipale ī ipſa | quia
pōt adeſſe uel abeſſe preter ipſius rei corruptionē ſicut ſunt
accidētia. Sed pari modo cōſiderandū eſt circa eccleſie xpī
ptātes | nā illa ptās pontificalis eccleſie .ſ. ligādi & ſoluēdi
aīas | ē ptās eius eēntialis & propria. Aliā uero ptātem quā
exercet ī ui armorū & huiuſmodi nō ē ptās eccleſie eēntialis
ſed accidentalis | unde ex hoc ꝙ huiuſmodi ptāte accidentali
utatur .ſ. mūdana | nō poſſet dici unū & idē regnū cū regno
Romāorū. Nā ptās mūdana ī Ceſare erat eēntialis & pro/
pria | per ſolam enī illā dñabātur & regebant ſubditos ſuos
Secus eſt ī eccleſia xpī in qua talis ptās mundana eſt mere
accidentalis & non eſſentialis ut dictum eſt.

## Capitulum Nonū ī quo oñditur ꝙ eccleſia habuit ſuū eſſe perfectū .ſ. ſpirituale tempore apoſtolorū & aliorū diſcipulorum anteq̄ poteſtatem temporalem a Ceſare accepiſſet.

## Saulus

Ex quo tu cōcedis ꝙ utraq̄ ptāte predicta utitur eccleſia
tua .ſ. mūdana & pōtificali unde poſſes michi oñdere ꝙ hec
ptās pontificalis ſit eēntialis ſibi & ꝙ ptās mūdana ſit ſibi
accidentalis | oportet enī ꝙ hoc michi oñdas clare ut poſſis
tuū ītentū fūdare.

## Paulus

Quod ptās tēporalis ſeu mūdana ſit ī eccleſia accidētalis
maīfeſte patet ex hoc | nā quicquid aduenit rei poſt ſuū eſſe
perfectū ē ei accidētale | om̄e enī tale pōt adeſſe & abeē pre/
ter ſui corruptionē ut ē maīfeſtū | ſed ptās mūdana & tēpo/
ralis aduenit eccleſie poſt ſuum eſſe perfectū ſeu completum
ergo ꝛc̄. Aſſūptū patet ex hoc ꝙ eccleſia xpī habuit ſuū eſſe
perfectū a tēpore paſſiōis ipſius xpī q̄n ſolā ptātē pōtificalē
habebat | ī quo ſtatu durauit per magnū tēpus uſq̄ ad Cō/
ſtantinū & tūc mundanā ſeu tēporalē ptātē a Ceſare habuit
prout tu dicis. Ex quo ē maīfeſtū ꝙ ptās illa tēporalis ſeu
mūdana accidētalis ē ī eccleſia cū poſt ſuū eſſe perfectū ha/
buit illā.

## Saulus

Quomodo pōt aſſerere ꝙ eccleſia tua habuit ſuū eſſe per/
fectū tēpore apoſtolorū & aliorū diſcipulorū tui xpī anteq̄
ptātē mūdanā ſeu temporalē a Ceſare accepiſſet | hoc enī eſt
maīfeſte falſū tanq̄ incōſonū oībus hyſtoriis de hoc loquē/
tibus. Cōſtat enī etiā per tuos hyſtoriagraphos ꝙ a tēpore
paſſiōis xpī tui uſq̄ ad tēpus Cōſtātini īperatoris excluſiue
om̄s illi ſuper quos nomē xpī tui inuocabatur uiuebāt ab/
iecte & ſub magnis perſecutionibus tā iudeorū q̄ gentiliū
intm̄ ꝙ nomē xpī tui & ſuorū erat apud om̄s execrabile | &
oēs ſui fideles a ceteris natiōibus affligabātur uſq̄ ad mor/
tem | Ita ꝙ nō ſolū dominio carebāt ſed etiā erant deterioris
cōditionis q̄ ſerui. Serui enī a dñis ſuis tuebantur ne occi/
derētur ab aliis | ſed xpiani pro tēpore ſupradicto exiſtētes
etiā a dñis ſuis torquebātur & uſq̄ ad mortē per uaria tor/
menta occidebātur. Vnde ridiculū uidetur dicere ꝙ eccleſia
tui xpī habuit ſuū eſſe perfectū tēpore apoſtolorū & aliorū
diſcipulorū prout tu dicis. Sufficeret enī tibi dicere ꝙ eccle/
ſia tui xpī ī illis tēporibus īcipiebat quaſi nō habēs totius
ſui eſſe perfectionē | ſed tūc īcepit habere ſuū eſſe perfectum
cū ptātē tēporalē ſeu mūdanā a ceſare accepit. Vñ illa ptās
a Ceſare accepta proprie dicitur eēntialis in tua eccleſia per

VNiVERSIDAD DE SALAMANCA
GREDOS.USAL.ES

Illam enī ſuum perfectū eſſe habuit| ſicut etiā hodie per illā habet ſuā perfectā dignitatē prout eſt notum recte ueritatē cōſiderantibus . Vn̄ patet ꝙ regnū eccleſie xpī tui & regnū Romanorū cuius ptātē tēporalē per quā nomē regni acci/pere ſucceſſiōe gratuita habuit| ē unū & idē regnū ut dicebā .

### Paulus

Cōcedo tibi ꝙ apoſtoli & alii diſcipuli xpī a tēpore paſſi/onis ſue uſq; ad tēpus Silueſtri pape : Quodquidē tempus durauit per . cccc . annos & ultra ī toto illo tempore ualde abiecte uiuebāt & in magnis periculis & tormētis uſq; ad ſanguīs effuſionē uitā ſuā cōſumabāt nullū dominiū tēpo/rale habētes| ſed diuerſiſſimā pacītes ſeruitutē . Sed ex hoc nō ſeqtur quod cōcludere itēdis ·ſ· ꝙ eccleſia xpī nō habuit ſuū perfectū eſſe ſeu ſuam dignitatē perfectā uſq; ad hoc ꝙ tēporalē ptātē a ceſare accepit . Nā ut tibi ſuperius ſi memor es dixerā bona per xpm̄ promiſſa| ſpiritualia ſūt tantū non tēporalia| queqdē bona ·ſ· ſpūalia excedūt ī dignitate & uera utilitate oīa tēporalia bona . Vn̄ qa ptātes ſeu regna huma/na mere tēporalia ſūt . Idcirco ut iā tibi dixerā xpūs fatetur nō pertinere ad ipſum ī ſuo primo aduētu regnū mūdanū Vnde . Iohan . xviii . Regnū meū nō ē de hoc mūdo . & de hoc expreſſius loquēs diſcipulis ſuis de maioritate cōtēdē/tibus Luce . xxii . ca . ſic dicit . Reges gentiū dn̄antur eoꝝ & q ptātē habēt bn̄ficii uocātur| uos aūt nō ſic ſed q maior eſt ī uobis ſit ſicut q miniſtrat ꝛc̄ Ex quo patet ꝙ dignitas eccleſiaſtica nō in maioritate tēporali cōſiſtit nec ſolū ī hoc ſed ī aduerſitatibus mūdi pro noīe xpī pacīēter tollerandis Dignitas eccleſiaſtica proprie proſperatur . Vnde quidam doctor de nr̄is āntiquis dicebat . Hoc propriū habet eccleſia ut dū perſecutionē patitur floret | dū opprimitur creſcit| dū contempnitur proficit | dum leditur uincit | dum arguitur intellegit| tunc ſtat dum ſuperari uidetur . Hec ille .

**Capitulum** Decimū ī quo oñditur ꝙ chriſtus docuit uerbo & exēplo ꝙ beatitudo humana cōſiſtit in cōtemptu terrenorum & adheſione ad celeſtia quā doctrinā eius uiri diſcipuli ſecuti ſunt | & ꝙ ī primitiua eccleſia quando nullā ptātē mūdanā fideles habebūt perfectiores uiri ut plurimū īueniebātur ī eccleſia q̄ nūc qn̄ regnis & ptātibus mūdanis eccleſia habūdat . Ex qbus cōcluditur ꝙ regnū Romanorū & regnū chriſti ſeu eccleſie nullo modo ſunt idē ſed diuerſa

### Saulus

Non alleges michi rogo doctores tuos qa ſua nullā ha/bēt auctoritatē apud me niſi forte inquātū rationē cōtinēt .

### Paulus

Scire debes ꝙ ī dyaleticis diſputatiōibus uel ī iudiciariis altercatiōibus cōtentioſis ſemper creditur hoī cōtra ſe | licet nō credatur ei pro ſe | & ideo cū chriſtus nr̄ & ſui diſcipuli cōcedāt ad ipſos nō pertinere regna nec dominia tēporalia ſed potius perſecutiōes & maximas tribulationes ſuſtinere : maīfeſtū eſt ꝙ ī hoc ſit credēdū ſibi cū ſit cōtra eos | preſertim qa ꝙ de hac materia uerbo dixerūt operis teſtimonio com/probauerūt .

### Saulus

Declara michi iſta que dicis ·ſ· ꝙ magr̄ tuus & eius di/ſcipuli uerbo docuerunt & facto oſtenderunt .

### Paulus

Quod aūt magr̄ meus chriſtus docuit clare & publice ꝙ beatitudo que eſt ultimū a rationabili creatura deſiderabile nō ſolū nō cōſiſtebat ī bono tēporali | ſed potius ī tēporalia amittēdo ſeu odiēdo & perſecutionē uſq; ad mortē pro ſuo noīe ſuſtinēdo | maīfeſte patet ex hoc . Nā in ſuo principali ſermone quē ī monte ore proprio diſcipulis & multitudini populorum predicauit aperte dixit . Beati pauperes ſpiritu qm̄ ipſorū eſt regnū celorū Beati q lugēt Beati mites ꝛc̄ & infra . Beati eritis cū perſecuti uos fuerint hoīes ꝛc̄ ī qbus & multis aliis maīfeſte docuit ꝙ beatitudo quod ē ultimū deſiderabile nō ī bonis terrenis ſed ī celeſtibus cōſiſtit | & per cōſequēs diſcipulos ſuos ī qbus eccleſie fūdamēta con/ſtitūt| ad hāc beatitudinē ſpiritualē dirigebat| que ī cōtēptu terrenorū pro amore celeſtiū conſiſtit . Quāquidē doctrinā

VNiVERSIDAD DE SALAMANCA
GREDOS.USAL.ES

ipſe xpũs exemplo manifeſte per uitã ſuã & mortẽ confir/
mauit ſacratiſſimã ꝙ ĩ proceſſu primitiue eccleſie ·ſ· a tẽpore
apoſtolorũ uſqꝫ ad tẽpus Silueſtri pape maxime claruit qñ
nulla ptãs mũdana erat apud fideles & tñ tũc eccleſia maxĩe
proſperebatur ĩ ſpũalibus bonis : Florebat enĩ ĩ frequenti/
bus & triũphalibus martiriis cũ pro fide xpĩ ſuſtinẽda oẽs
ſũmi põtifices qui fuerũt a Petro uſqꝫ ad Silueſtrũ q fuerũt
xxxv . numero fere | & multitudo magna prelatorũ & religi/
oſorũ & etiã ſimpliciũ utriuſqꝫ ſexus pro xpĩ noĩe tormenta
& tyrãnorũ rabiẽ uſqꝫ ad acerbiſſimã mortẽ gaudenter ſu/
ſtinebãt ex qbus maĩfeſtabatur ꝙ uirtus fidei & caritatis |
que ſũt uera & maxĩa bona ſpiritualia ĩ eccleſia xpĩ in eodẽ
tẽpore maxĩe habũdãt | & ſic patet ꝙ eccleſia xpĩ plus pro/
ſperebatur ĩ bonis ſpũalibus tẽpore illarũ perſecutionũ qñ
tẽporalẽ ptãtẽ nõ habebat | q̃ cũ poſtea fideles xpĩ magnas
ptãtes ſeculares & mũdana dominia obtinuerũt : Nũc & ſi
uirtutes per miſericordiã diuinam nunq̃ ex toto deficiũt in
eccleſia non tñ ſub eodẽ feruore & gradu coĩter reperiuntur
ſicut ĩ primitiua eccleſia quãdo humiliter abſqꝫ tẽporalibus
dominiis curſũ huiuſmodi uite finiebãt . Ex quo patet ma/
nifeſte ꝙ tibi dicebã ·ſ· ꝙ eccleſia xpĩ iã ĩ ſuo eſſe perfecto &
cõpleto erat qñ ſibi aduenit tẽporalis ptãs | & ſic talis ptãs ĩ
eccleſia nõ propria ſeu eẽntialis ſed accidẽtalis ẽ | ut ex dictis
patet . Et nota ꝙ ſecũdũ opinionẽ quorundã Iuriſperitorũ
Cõſtãtinus nõ potuit trãſferre dominiũ tẽporale ſeu ĩperi/
ale ſũmo põtifici . Secundũ alios uero licet hoc potuit | non
tñ debuit | ſed quitquid ſit de hoc ſi eccleſia chriſti ·ſ· ſũmus
põtifex cum ſuo ſacro collegio & ſancto Sinodo uniuerſali
approbãte dimitterẽt ſeu renũtiarẽt libere dominia ſeu ptã/
tes ſeculares | ſimiliter & poſſeſſionẽ & oĩa que eccleſia olim
habuit a Conſtantino ceſare ſic ꝙ eccleſia remãſiſſet oĩno ab
huiuſmodi tẽporalibus ſicut tẽpore apoſtolorũ expedita | nõ
credo ꝙ alicui uero catholico eẽt dubiũ quin eccleſia xpĩ eẽt
tãte dignitatis & uere perfectionis ſicut nunc ẽ . Ex qiubus
patet ꝙ huiuſmodi mũdana dominia poſſũt adeſſe & abeẽ
eccleſie xpĩ ſine ipſius corruptione & ſic ſunt ei accidentalia
.

Secus eſt de regno ſeu imperio Romanorũ a quo ſi ptãtes
tẽporales remouerẽtur regnũ remaneret penitus deſtructũ |
& ideo maĩfeſtũ ẽ | ꝙ regnũ Romãorũ & regnũ xpĩ ſeu eccle/
ſie nullo modo ſũt idẽ ſed diuerſa prout tibi preſuppoſui .

**In Capitulo . Xi .** In quo oñditur ꝙ per cornu par/
uulũ affixũ q̃rte beſtie nõ intelligitur xpũs prout iudei falſe
exponũt .

**Saulus**

Licet uerũ ſit ꝙ regnũ Romãorũ & regnũ eccleſie xpĩ tui
non ſint oĩno idẽ ſed diuerſa . Regnũ tñ xpĩ tui ſeu eccleſie
ſue habet quãdã pẽdẽtiã cũ ĩperio Romano quod proprie
ĩ reuelatiõe facta Danieli . vii . ca . de . iiii . beſtiis ſignificã/
tibus q̃tuor regna ſupradicta ſignificatur | in ipſa enĩ uiſiõe
per q̃rtã beſtiã ſecũdũ oẽs ĩtelligitur regnũ Romanũ . In q̃
quidẽ quarta beſtia cornu paruulũ apparuit quod uidetur
proprie figurare regnũ chriſti tui ſeu eccleſie ſue ut patet ex
multis . Primo qa regnũ eccleſie tui xpĩ habuit ĩitiũ ĩfimũ
ſeu humile quod patet de xpõ tuo qui uitam puaperẽ geſſit
Similiter de eccleſia tua primitiua eius ueſtigia ſequẽte pro
ut tu ſupra affirmaſti : queqdẽ paupertas ſeu humilitas fi/
guratur ĩ predicto cornu cũ dicitur de eo | ꝙ eſt paruulum
Ex quo patet ꝙ illud cornu nõ erat ita magnum ſicut alia
cornua beſtie | ſicut nec tua eccleſia habuit tam magnũ initiũ
ĩ ptãte ſicut alia q̃tuor regna . Secũdo qa cornu iſtud par/
uulũ erat fixũ ĩ q̃rta beſtia ĩ quo maĩfeſte figuratur eccleſie
tue colligatio cũ ĩperio Romano | que q̃rta beſtia eſt & eius
deriuatio ab eo | ut factum eſt in Conſtantino & Silueſtro .
Tercio quod maius & fortius eſt | qa xpũs tuus manifeſte
docuit multa denotãda pluralitatẽ ĩ diuinis exprimẽdo tres
perſonas diſtinctas realiter eſſe ĩ diuinis quod ẽ manifeſte
non ſolũ cõtra unitatẽ diuinã que etiã a phis demonſtratur
uel ſaltẽ cõceditur | ſed etiã cõtra auctoritatẽ diuine ſcripture
expreſſã Deut . vi . ca . Audi iſrahel dñs deus tuus unus ẽ
Similiter edocuit ydemptitatẽ dei & hoĩs intm̃ ꝙ ipſe xpũs
tuus qui uerus homo erat | etiã ſecũdũ te fatebatur ſe uerũ

VNiVERSIDAD
DE SALAMANCA
GREDOS.USAL.ES

eſſe deum ꝙ tu concedis & predicas quod eſt contra ſumā ſimplicitatē diuinā que etiā ratione naturali a philoſophis demonſtratur: Ideo proprie figuratur per predictū cornu de quo dicitur ī predicta reuelatiōe Danielis. Et ſermones cōtra excelſū loquitur. Quid enī per excelſū intelligi debet ī hoc loco niſi ipſe deus de quo pſal. Excelſus ſuper omnes gētes dn̄s. Quid magis cōtra deū quis loqtur q̄ qui cōtra ſuā ſumā ſimpliciſſimā unitatē pluralitatē rerū diſtinctarū ei attribuit: Similiter & corporalitatē ſeu humanitatē creatā ī deū creatorē aſſumi / & hoīem uerū deū aſſeret / & ſic patet maīfeſte ꝙ xp̄s tuus ſermones cōtra excelſū locutus ē. Similiter multa docuit cōtra legē moſaycā & cōtra eius doctores: quiqdē erāt phariſei ipſam legē moſaycā docētes & ad lr̄am obſeruātes: ut patet per proceſſū euāgelii tui & potius cōſtat per euidētiā facti. Nā tu & fideles q̄ xp̄i tui ueſtigia ſequimini totā legē moſaycā frāgitis negligēdo precepta in eadē contenta lege tā affirmatiua q̄ negatiua ut diſcurrendo per ſingula patet / & ſic de magr̄o tuo prenūtiatur ī Daniele Putabit ꝙ poſſit mutare tēpora & legē. Vnde notāter dicit Putabit ꝙ poſſit mutare. quia ſecūdū rei ueritatē ſolius dei eſt mutare legē quā ipſe cōdidit. Vnde licet hoc putauit nō tn̄ potuit hoc facere eo modo quo dicitur. Illud poſſumus quod de iure poſſumus. Dicitur autem ꝙ putauit ꝙ poſſit mutare tēpora. Nam xp̄s tuus aſſeruit ꝙ tēpus aduentus ſaluatoris ipletū erat tēpore ſuo ꝙ tn̄ nō ē uerū / qa ſaluator nr̄ nondū uenit / & ſic uides maīfeſte ꝙ xp̄s tuus eſt ille q̄ ſermōes cōtra excelſū loquetur. Et putabit ꝙ poſſit mutare tēpora & legē / & per cōſequēs ille eſt proprie figuratus per cornu paruulū quod apparuit ī q̄rta beſtia quod deſtruēdū eſt cū eadē beſtia q̄rta .ſ. Romano imperio per regnū meſſie uēturi quē firmiter ſpecto ut ī eodē. ca. Danielis habetur.

### Paulus

Si bn̄ conſideras uerū ſenſū ueborū Danielis que allegas nō recte ea exponis ſed extorte. Cōſtat enī in hiis que ſunt dicta ſupra ꝙ hec uiſio Danielis de q̄rta beſtia in. vii. ca. contenta: In qua quarta beſtia ex toto deſtruenda prenuntiatur & filius homīs prophetatur ueniēs ī nubibus celi zc̄ totū hoc intelligitur implendū in aduentu chriſti ſecundo ī quo uenturus eſt ī maieſtate ſua & pt̄ate magna ad iudiciū Non autē de primo aduentu in quo humiliter non in pt̄ate mundana ſed tanq̄ lapis abſciſus ſine manibus denūtiatur uenturus. Vnde non poteſt chriſto ſecundū primū ſuū aduentū applicari ꝙ figuretur in cornu paruulo affixo ī q̄rta beſtia. Item de hoc cornu paruulo legitur in eodē capitulo ꝙ faciebat bellū cū ſanctis ſeu contra ſanctos & preualebat eis / ꝙ nullo modo poteſt uerificari de Chriſto de quo nuſq̄ legitur feciſſe bellum preſertim contra ſanctos.

### Saulus

Quod xp̄s tuus fecerit bellū contra ſanctos exponitur ſecundū doctores nr̄os eo ꝙ fecit bellū contra iudeos q̄bus preualuit in prima occaſione ſua ut ſupra dicebam diſperſi & abiecti & quaſi deſtructi ſunt.

### Paulus

Licet uerū ſit ꝙ iudei ſūt diſperſi & quaſi deſtructi occaſione chriſti nr̄i eo ꝙ non receperunt eum ſed potius repulerunt & occiderūt / ex hoc tn̄ non ſequitur ꝙ chriſtus fecit bellū contra eos / bellū enī nō dicitur niſi ubi ſit pūgna īter partes adinuicem dimicantes: quod hactenus non legitur factum inter chriſtum ſeu ſuos fideles & iudeos.

### Saulus

Expoſitio mea de iſto cornu paruulo principaliter fūdatur ī hoc ꝙ de eo dicitur. Sermones contra excelſum loquetur & putabit mutare tempora & legē zc̄ quod recte applicatur chriſto tuo modo ſupradicto: inquātum locutus eſt contra unitatem dei & cōtra eius ſūmam ſimplicitatem. Similiter putauit mutare legem moſaycam & tempora prefinita ad aduentum meſſie. Vnde de iſtis uolo / ꝙ ſatiſfacias michi ſi potes aliis dimiſſis: In iſtis enim pendent ea que ſunt

VNiVERSIDAD DE SALAMANCA
GREDOS.USAL.ES

principalia in tota contrauerſia noſtra.

## Paulus

Uerum dicis in hoc | q in hiis que obicis contra xpm noſtrum principaliter pendet noſtra controuerſia: Et ideo de iſtis eſt diligenter agendum. Vnde expediti de hac diſtinctione i qua ſumus | placet michi q diſcutiamus de ſingulis ſupradictis.

**Capitulum** Duodecimum in quo oſtenditur q per cornu paruulum ſupradictum intelligitur Antichriſtus ſecundum ueram catholicorum expoſitionem.

## Saulus

Hoc quidem opto ſed uolo ut prius dicas quomodo exponitur illud de cornu paruulo ſecundum doctores tuos & ſic expediti de huiuſmodi reuelatione Danielis ad ſupradicta que in hac materia magne arduitatis ſunt deo diſponente accedamus.

## Paulus

Ad declarationem huius quod petis duo ſunt preſupponenda. Primũ eſt in uiſione in. vii. cap. Danielis cõtenta de aduẽtu chriſti ſecundo & de eius effectu circa mundanã poteſtatem penitus auferendam: de quo ibidem agitur ut ſupra oſtenſum eſt in Tercio capitulo huius diſtinctionis. Secundum eſt q per quatuor beſtias i hac uiſione contẽtas deſignantur omnes poteſtates tyrannice famoſe que fuerũt & erũt a principio mundi uſq ad finem. Prima eni beſtia in ſecunda etate incepit a Nebroth qui fuit primus oppreſſor hominũ & qui primo regnauit in Babilonia & Caldea ut habetur Geñ. x. Quequidem poteſtas tyrannica continuata eſt per Aſſirios & alios uſq ad Nabuch. & per q̃rtã uero beſtiam deſignatur tota poteſtas tyrãnica & mundana incipiendo a regno Romanorum uſq ad finem mundi ſeu uſq ad Antichriſtum incluſiue.

## Saulus

Circa illa que primo preſupponis: replicare non intendo quia ſupra de hoc habuimus colloquium in capitulo per te allegato: ſed preſuppoſitum tuum ſecundũ aliqua uidentur dicenda | & ſpecialiter contra illud quod dicis ſignificari per primam beſtiam. Nam ſecundum planum ſenſum lr̃e Danielis prima beſtia nõ uidetur incipere niſi a Nabuch. ſicut & i uiſione ſtatue prima pars illius ſtatue .ſ. caput que correſpõdet prime beſtie a Nabuch. incipit cui Daniel dicebat. Tu es caput ereum 2ẽ Danielis ſecundo. Similiter ergo uidetur dicendum de prima beſtia q .ſ. incipit a Nabuch. non autẽ a Nembroth de quo non fit mentio in iſtis reuelationibus Danielis. Item de hoc quod dicis q ptãs tyrãnica per Nembroth incepta continuata eſt per aſſirios & alios uſq ad Nabuch. non allegas aliquam auctoritatẽ ſeu rationem in quibus hoc fundes. Et ideo preſuppoſitũ tuum in hoc manet ſine fundamento. Item in hoc agimus ad habendam ueram expoſitionem de cornu paruulo fixo in quarta beſtia: ad quod nichil refert an prima beſtia incipiat a Nembroth prout tu dicis: uel a Nabuch. prout lr̃a uidetur ſonare: Superfluum uidetur ergo hoc introducere de extenſione ſignificati per primam beſtiam quod nichil facit ad propoſitum.

## Paulus

Inter expoſitores noſtros quidam ſunt | qui regnum per primam beſtiam ſignificatum dicunt incipere a Nabucho. ſicut tu dicis. Secundum alios uero incipit a Nembroth ut dixi. Quequidem expoſitio .ſ. ſecunda magis placet michi eo q Nembroth fuit primus Rex in Babilonia & Caldea ubi poſtea regnauit Nabuch. De quoquidem Nembroth ſingulariter & primo legitur q fuit oppreſſor hominum. Quequidẽ oppreſſio tante ferocitatis fuit q uertebatur in prouerbiũ ut habetur Geñ. x. Et quia iſta quatuor regna

VNIVERSIDAD DE SALAMANCA
GREDOS USAL

de quibus hic ſit mentio conueniunt in hoc ꝙ quodlibet fuit affligens iuſtos ſeu fideles cum quadam ferocitate: idcirco rationale uidetur ꝙ cum de Caldeis ageretur inquãtũ fuerunt oppreſſores iuſtorum ſeu fidelium ꝙ in tali narratione non pretermitteretur Nembroth qui fuit primus rex Caldeorum & de cuius tyrannica poteſtate prius facta fuit in diuinis ſcripturis mentio: Nec eſt ſimile quantũ ad hoc de uiſione ſtatue quia ubi dictum fuit ſupra agebatur de hiis quatuor regnis inquantum cõueniebunt in cultu ydolorum in quo Nabuch. fuit principaliter excedens uoluit enim ſibi uſurpare honorem diuinum: Intantũ ꝙ fecit ſibi ſtatuam auream magnam in qua adoraretur ab uniuerſis populis mundi Danielis. iii. cuius ſimile nõ legitur factũ añ ipſum Nabuch. Et ideo rationabile fuit ut ab ipſo tanq̃ a capite inciperet figuratio ydolatrorum. In hac autem uiſione de quatuor beſtiis in qua non agitur de ydolatria | ſed de tyrannica poteſtate & ferocitate quatuor regnorum predictorum non immerito initium ſumi debet a Nembroth Rege Babilonie de cuius tyrannica ferocitate primo facit diuina ſcriptura mentionem ut dictum eſt. Ad aliud uero quod obicis dicens | ꝙ non probo poteſtatem tyrannicam per Nembroth inceptam continuatam fuiſſe per aſſirios & alios uſq; ad Nabuch. Dicendũ ꝙ ſatis legitur de Senacherib Rege Aſſiriorum. Quiquidẽ Aſſirii exiuerunt de terra Sanaar .ſ. Caldea ut legitur Geñ. x. ꝙ inuaſit multas regiones & tranſtulit nationes de ſuis propriis patriis ad alienos ut habetur yſai. xviii. & xviiii. ca. Vnde preſumẽdũ eſt ꝙ etiam alii de illis partibus orientalibus ſuccederent imitatores huiuſmodi tyrannice ferocitatis: Licet ſcriptura de hiis non facit mentionem eo ꝙ non eſſent tante ptãtis ſicut Nembroth & Nabuch. qui in hoc multum excedebãt Propter hoc enim regna iſta figurantur per beſtias monſtruoſas utpota in Leena cum aliis quod non eſt in rerum natura: ad denotandum ꝙ eorum ferocitas erat ſingularis

tanq̃ monſtruoſa. De aliis uero intermediis oppreſſoribus ſeu tyrannis qui non ad tantum gradum ferocitatis attingebant non fuit facta mentio | ſed preſumendum eſt ꝙ nõ deficerent oppreſſores deuicti uel ſuparati per alios. Talia enim uicia ex quo incipiunt non conſueuerunt ceſſare | niſi forte eis reſiſtatur | quod non legitur factum fuiſſe circa Caldeos uſq; ad tempus perſarum ſeu medorum. Ad illud quod tu dicis ꝙ ad expoſitionem de cornu paruulo nichil refert an prima beſtia incipit a Nembroth uel a Nabuchodonaſar 2ë Reſpondeo ꝙ licet hoc nõ facit ad iſtum propoſitum de neceſſitate | facit tamen de congruitate: Nam ſi per primam beſtiam ſignificantur omnes tyrannice poteſtates a principio mundi uſq; ad Nabuchodo. incluſiue congruum eſt ut per quartam beſtiam deſignentur omnes tyrannice poteſtates incipiendo a regno Romanorum uſq; ad Antichriſtum incluſiue. Quiquidem Antichriſtus erit uerſus finem mundi. Congruum enim eſt ut fines ſermonum proporcionentur ſuis principiis ſeu initiis.

## Saulus

Dic ergo michi quomodo exponis hanc reuelationem circa quartam beſtiam cuius ſignificationẽ dicis eſſe dñaturam uſq; ad finem mundi.

## Paulus

Per quartam beſtiam communiter ſecundum omnes intelligitur regnum Romanum. Quequidẽ beſtia quarta non nominatur proprio nomine ſicut alie | ſed precedentes ut puta Leena uel Pardus & huiuſmodi eo ꝙ ferocitas eius eſſet ualde difformis propter magnam durationem temporis huius beſtie: In quaquidem duratione uarie & uarie ferocitates contingerent & in futuro contingent & ideo nõ bene poſſet per proprium nomen alicuius beſtie deſignari De ſeuicia autem huius beſtie contra fideles dicit ꝙ eſt terribilis & mirabilis & fortis nimis: Dicit enim de ea ꝙ

VNiVERSIDAD DE SALAMANCA
GREDOS.USAL.ES

diſſimilis erat ceteris beſtiis eo ꝙ ferocitates precedentium regnorum excedebat ꝙ ſatis patuit in perſecutione fidelium tam apoſtolorum ꝗ martirum. Quequidem perſecutio a Nerone uſqꝫ ad Conſtantinum non ceſſauit ſed continuata eſt per Quadringentos annos. Dicitur etiam de hac beſtia ꝙ habebat cornua Decem: Per quod communiter intelliguntur decem Reges in quos reges ſecundum quoſdam Romanum regnum diuidetur ante mundi finem: Sic ut ſimul erunt decem Reges circa mundi finem. Poteſt etiam intelligi hoc de multitudine poteſtatum que in proceſſu temporis ſucceſſiue fuerunt & erunt in hoc imperio: & ſumitur hic numerus determinatus pro indeterminato: ſicut çach. Octauo capitulo. Apprehendent decem homines de omnibus linguis gentium. Per quod intelligitur multitudo hominum. Vnde hec decem cornua intelligantur uaria & diuerſa regna que ab exordio regni Romanorum uſqꝫ ad finem mundi in uniuerſo erant regnatura / ſiue ſimul ſiue ſucceſſiue: Inter que poſſet intelligi Regnum Machometi que magnam partem occupat uniuerſi. Inter quequidem cornua diligenter conſiderabat Daniel illud cornu paruulum: quod ortum eſt de medio eorum: per quod intelligitur Antichriſtus qui dicitur paruulus: quia erit de genere Iudeorum qui iam a magnis temporibus ſ. a paſſione Chriſti & citra ſunt in maxima deiectione & uilitate: Et iſte Antichriſtus deſcenſurus eſt ab eis: Non a nobilibus eorum ut puta de Tribu Iuda: uel de Tribu ſacerdotali: Sed de Tribu. Dan. de quo nunꝗ fuerunt Reges nec ſacerdotes ſeu doctores uel principes: Et ideo figuratur a Patriarcha Iacob. Geñ. Quadrageſimonono. Incolubrẽ uel teraſtẽ / que ſunt aĩalia uenenoſa & peſtifera Quodquidem teraſte dicitur eſſe animal uenenoſũ habens Cornu ĩ capite: Et ſic uerba Dani. ĩ hoc loco poſſunt illudere uerbis pͥarche ſupradictis / de ipſo etiã cornu dicitur

Et ecce oculi quaſi hominis erant in cornu iſto / quod dupliciter poteſt exſponi Vnomodo ad excludendũ ab eo diuinitatem. q. d. licet antichriſtus faciat tãta mirabilia ut ab aliquibus credatur deus tamẽ erit homo purus. Aliomodo poteſt exſponi hoc quod dicitur. quaſi hoĩs. ad excludendũ ab eo rectã ſeu uirtuoſã humanitatẽ. q. d. Iſte antichriſtus tãta dyabolica fraude ẽ imbutus ꝙ nõ debet dici homo / ſed quaſi homo. Dicit etiã de eo Et os loquẽs magnalia / quia iactãdo ſe de his que nõ poteſt facere tam promittẽdo ꝗ minãdo magnalia loquetur. De iſto cornu etiã dicit. Quod loquetur cõtra excelſũ quia tota eius doctrina nephãda erit ad blaſphemãdũ de chriſto q ẽ excelſus ſuper omnes. Vnde et propriũ nomẽ ſuũ ẽ Antichriſtus. i. contra chriſtũ. Dicitur etiã de eo Quod putabat mutare tempora & leges Nã tẽpus quod fuit aſſignatũ ad aduẽtũ chriſti primum per. lxx. ebdomodas Danielis quod iã tranſit in preteritũ ut dictũ ẽſt putabit mutare infuturũ. Vt ipſe antichriſtus credat uenire ĩ tẽpore aſſignato per prophetas Vt ſic habeatur pro uero chriſto quod ẽ falſiſſimũ. Similiter putabit mutare legẽ gratie. ſ. euangelicã & cerimonias legales que poſt paſſionẽ chriſti & ſui euãgelii diuulgationẽ ſũt mortifera illa putabit mutare. ſ. uerificari / quod quidẽ cornu ſimul cũ quarta beſtia in qua eſt affixũ quod ſignificat totã poteſtatẽ tyrannicã / ẽ per uerũ chriſtũ ad iudicium uenientẽ deſtruẽda & tradẽda ad cõburendũ igni. ſ. infernali & tũc iudicium ſedit / libri aperti ſũt. Iſta & plurima alia que ad exſpoſitionẽ huius uiſionis Danielis ſpecialiter circa quartã beſtiam pertinent traducũtur a doctoribus nr̃is que licet proprie cõſonãt lr̃e & ueritati non tamẽ allego ea cõtra te ut argueres. Scio enim ꝙ poſſes negare multa de his que dicta ſũt / ſed ſcias quomodo exſpoſitores noſtri iſtã exſponũt prophetiã. Vnã tamẽ ex dictis accipio quod facit contra te quod nullomodo negare poſſes ſ. ꝙ de cornu paruulũ. / dequo dicitur / ꝙ loquere cõtra excelſũ & putabat

mutare tēpora & legē/erit circa diē iudicii & finem mūdi.
Vnde manifeſte littera teſtatur Vnde nullomodo poſſet hoc
intelligi de chriſto nr̄o pro ut tu intendebas a cuius tēpore
natiuitatis tranſiuerūt. M.CCCC.xxxii.āni a natiuitate
ſua & non dum ſtatum finis.

**In Capitulo**.xiii.oſtēditur ꝙ ex hoc/quod dicitur
de cornu paruulo/ꝙ loquetur contra excelſum/& putabit
mutare tempora & legē. Que uerba falſe iudei applicant
ad uerū chriſtū. ſumitur ordo ad tractādū de quibuſdam
que ſunt magne arduitatis in hoc opuſculo.

## Saulus

Quicquid ſit de tēpore aduentus ſeu apperitiōis iſtius
cornu paruuli/adhuc uideo ꝙ illa que de ipſo cornu dicū-
tur proprie adaptātur chriſto tuo/ſpecialiter illud quod dici-
tur de eo/ꝙ loquitur cōtra excelſū & putabit mutare tēpora
& legē/Chriſtus enim tuus cōtra unitatē dei & ſummā eius
ſimplicitatē locutus ē. Similiter & putabit mutare legē mo-
ſaycā 2c̈. Et ideo ſi uales reſpōde michi ad iſta que ſūt ma-
ioris arduitatis quā quecūq̧ alia īter me & te tractāda.

## Paulus

Verū eſt ut dicis ꝙ iſta ſunt diligēter inter me & te di-
ſcuciēda. Et ideo cōuenit/ꝙ de ſingulis eorum per ſe inter
nos tractetur/& detur ordo tractādi .ſ. de quo primo & de
quo ſecūdo & ſic de aliis. Quēquidē ordinē ad tuū bn̄pla-
citū cōmitto.

## Saulus

Quia nr̄a cognitio cōmuniter procedit a minus notis ad
magis nota. Ideo ordo tractādi ſeu diſcuciēdi predicta/quē
michi cōmittis uidetur talem eſſe debere .ſ. ut prius de mu-
tatione legis moſayce quam tuus chriſtus putauit mutare
agamus/deinde de pluralitate quā docuit eſſe ī diuinis/cō-
ſequēter de incarnatione ſeu incorporatione dei que omnia
ſunt manifeſte cōtra ſacras ſcripturas diuinas.

## Paulus

Placet michi ꝙ iſte ordo teneatur. Et ideo dic de primo.

**Diſtinctio** octaua de ſcrutinio ſcripturarū circa inno-
uationē diuine legis tēpore meſſie & cōtinet.xvi.ca.

In Primo Capitulo oſtenditur ꝙ legi moſayce poſſet ali-
quid addi uel diminui. Licet per aliquas autoritates iudei
nituntur oppoſitum probare.

In Secūdo.ca.oſtēditur ꝙ deus promiſit dare populo
Iſrabelitico nouam legem aliam a lege Moſayca.

In Ca.iii.oſtēditur ꝙ lex noua .ſ. lex meſſie tā excellētior
reſpectu legis Moſayce/& ꝙ lex Moſayca dicitur eſſe uana
reſpectu legis Meſſie/nec ex hoc tollis ꝙ lex Moſayca ſit
ſancta & a deo data.

In.Ca.iiii.oſtēditur ꝙ deus ſuſcitaturus erat de medio
Iſrabel aliū prophetā legis latorē preter Moyſen.

In.Ca.v.oſtēditur ꝙ licet in aliquibus preceptis mo-
ſayce legis uideatur dici ꝙ ſunt imperpetuū obſeruāda tn̄
ſecundū hebraicā ueritatē/hoc non eſt intelligēdū de perpe-
tuitate abſoluta. Sed tātumodo limitata ſecūdū durationē
debitam Moſayce legi.

In.Ca.vi.oñditur ꝙ terminus durationis legis moſayce
ē lex noua/que data ē per chriſtū/& ꝙ lex moſaica nō obligat
ultra illū terminū quātū ad ea que in ipſa lege moſayca cō-
tinētur/que nō ſunt de lege nature/& ꝙ ex hoc nō ſequitur
ꝙ lex Moſayca non fuerit a deo data.

In.Ca.vii.oſtenditur ꝙ licet lex Moſayca quo ad plu-
rima precepta in eadē cōtenta/nō obligat tēpore legis noue
eſt tamē perutilis ad multa/quia omnia in eadem cōtēta ad
noſtram doctrinam ſcripta ſunt.

In.viii.ca.oſtēditur ꝙ ī duobus preceptis de dilectione
tota lex pēdet & prophete ſecundū ſentētiam ſaluatoris.

In.ix.Ca.oſtēditur ꝙ ſecundū quoſdā doctores Tal-
muticos multitudo preceptorum Moſayce legis in paucis

VNIVERSIDAD
DE SALAMANCA
GREDOS USAL

uel etiam in uno conſiſtunt. Quod etiam concordat cum
dicto ſaluatoris ſupradicto.
In. Ca. x. declaratur de quibus mādatis moſayce legis
intelligēdū eſt uerbum chriſti dicētis. Si uis ad uitam in-
gredi ſerua mādata. Mathei xix. Ca.
In. Ca. xi. oſtēditur que ſunt illa precepta moſayce legis
que dicūtur moralia, quorū duratio eſt perpetua ī hac uita
& que ſunt iudicialia ſeu cerimonialia, quorum duratio in
lege noua terminatur.
In. Ca. xii. oſtēditur ꝙ cerimonialia & iudicialia pre-
cepta ſunt quedā determinationes moraliū preceptorū &
ꝙ illa licet ſint inſtituta a deo, tamē ſunt mutabilia autori-
tate diuina ſine preiuditio īmutabilitatis ipſius dei. Que-
quidem mutatio cerimonialiū & iudicialiū habetur etiam
per doctores Talmuticos.
In. Ca. xiii oſtenditur ꝙ fideles chriſti nō ſunt redargu-
endi de tranſgreſſione precepti de ydolatria eo ꝙ adorant
ſcultilia & ymagines contra iudeos qui eos cōmuniter ydo-
latras eſſe exiſtimant.
In. Ca. xiiii. oſtēditur ꝙ fideles chriſti nō ſunt trāſgreſ-
ſores precepti de obſeruatione ſabbati, prout hebrei falſe ex-
iſtimāt & ꝙ dies dn̄ica ſucceſſit ſabbato ī hac obſeruatione.
In. Ca. xv. oſtēditur ꝙ preceptū de circūciſione corpora-
li nō obligat fideles chriſti, ſicut iudei falſe exiſtimant ſed
ceſſat cū aliis cerimonialibus ueteris legis.
In. Ca. xvi. oſtēditur quomodo intelligēdū ſit illud uer-
bū Malach ultimo. Memētote legē Moyſi ſerui mei.

**Capitulum** Primmū In quo oſtēditur ꝙ legi Moſayi-
ce poſſet aliquid addi uel diminui licet per aliquas autori-
tates iudei nituntur oppoſitum probare.

## Saulus

Scrutando ſcripturas reperio ꝙ lex diuina que data fuit
per Moyſen non erat innouanda nec mutāda cū preceptis

eius non eſſet aliquid addendum ſeu diminuendum Le-
gitur enim, Deutro. iiii Et nunc. Iſrabel audi precepta
& iudicia que ego doceo te ut faciens ea uiuas & ingredi-
ens poſſideas terram, quā dominus deus patrum noſtrorū
daturus eſt uobis. Non addetis ad uerbū quod uobis lo-
quor neqꝫ auferetis ex eo Ex qua auctoritate & aliis ſimili-
bus manifeſte habetur quod dictū eſt .ſ. ꝙ lex moſayca nō
erat aliquo modo innouanda nec addendū ī preceptis eius
ſeu diminuēdū, Conſtat autē ꝙ magiſter tuus uel ſaltem
eius diſcipuli eius auctoritate totū oppoſitū fecerunt, ꝙ pa-
tet diſcurrēdo per precepta diuina predicte moſaice legis
tā affirmatiua ꝙ negatiua que pro maiori parte a tuis fide-
libus non ſeruantur, quēquidē diſcurſū in generali poteſtis
aſſerere, ꝙ lex noua per magiſtrū ueſtrū ſit a deo data, cum
principaliter lex moſaica cōſiſtit in preceptis in eadem cō-
tenta. Quibus non eſt addendū nec minuēdū ut dictū ē.

## Paulus

Ad hoc ꝙ obicis obmiſſis ad preſens quibuſdā aliis qui-
bus ratio tua euacuari, uolo tibi breuiter reſpondere ſic. Si
bene attendis per auctoritatē quā allegas ſolū prohibentur
ſubditi, ne addant nec diminuant propria auctoritate ad
precepta diuina in lege moſayca cōtenta. Sed per hoc non
tollitur quin deus uel etiā aliquis propheta habēs diuinā
poteſtatem ad hoc faciendū, poſſet addere uel diminuere ad
precepta per Moyſen data, hoc enim proprie intelligitur
per uerba auctoritatis a te allegate Dicit enim. Non addetis
ad uerbum quod uobis loquor neqꝫ afferetis ex eo. Que-
quidem uerba ad populū Iſrabelliticū dirigūtur ut patet in
littera. Vnde illis probibet addere uel auſſere, quibus illa
uerba dirigūtur: nō autē ad deū: cui non loquitur, nec ad a-
liquē prophetā ad hoc diuinā auctoritatē habētem. Nō enī
dixit Non addatur ad uerbum neqꝫ auſſeratur ex eo ſed
dixit. Non addetis neqꝫ auſſeretis ex eo .ſ. uos Iſrabelitici
quibus loquor, ſecus eſt de deo qui ſemper ē liber & poteſt

VNIVERSIDAD DE SALAMANCA

ſemper addere ad uerbum per ipſum datum uel ex eo auffere. Idem dicendum eſt de propheta qui ad hoc haberet diuinam poteſtatem.

### Saulus

Licet cõcedendũ ſit ꝙ deus poteſt addere uel diminuere ad uerbum ſeu preceptum per ipſum datum cum eius poteſtas nõ eſt limitata: ſed etiã infinita, nullus tamẽ propheta hoc facere poſſet nec credendũ eſt ꝙ aliquis habeat ad hoc diuinã auctoritatẽ non enĩ in toto proceſſu ueteris teſtamẽti reperitur ꝙ deus promitteret ſe alicui daturũ talẽ auctoritatẽ .ſ. innouandi moſaycã legem, uel aliquid addendum ſeu diminuendũ ex eius preceptis nec etiam de meſſia promiſſo ut credo hoc legitur. Et Ideo magiſter tuus uel eius diſcipuli qui precepta moſayce legis minime obſeruant dici debent hoc facere potius temeraria preſumptione ꝗ diuina auctoritate.

## Capitulum Secundũ In quo oſtenditur ꝙ deus promiſit dare populo Iſrahelitico nouã legẽ aliã a lege moſayca.

### Paulus

Dicere ꝙ nullus propheta poteſt habere diuinã auctoritatẽ ad hoc ꝙ poſſit addere ad uerbum ſeu preceptum per ipſũ datum uel ex eo diminuere. Si bene conſideras derogatorũ ẽ diuine omnipotentie qui poſſit libere dare ſeu cõcedere ſuam auctoritatem cui uoluerit ad diſpenſandum ſeu innouandũ in ſuis preceptis. Sed quia dicis ꝙ licet deus hoc poſſet facere nũquã tamẽ fecit nec promiſit ſe facturum. Ideo uolo tibi oſtẽdere oppoſitũ .ſ. ꝙ deus promiſit dare populo Iſrahelitico nouam legẽ aliã ab illa quã dedit eis, cum exirent de Egipto que eſt lex moſayca. Similiter ꝙ deus promiſit ſuſcitare prophetam de medio Iſrahel qui eſſet legis lator ſicut Moyſes.

### Saulus

Oſtẽde michi hoc quod dicis per ſacras auctoritates.

### Paulus

Quod autem promiſit deus dare populo legem nouam aliã a lege moſayca clare habetur. Ier. xxxi Vbi ſic dicit Ecce dies uenient dicit dominus & feriã domui Iſrahel & domũi Iuda fedus nouum: nõ ſecundũ pactũ quod pepegi cum patribus eorum in die qua apprehendi manũ eorum ut educerem eos de terra Egipti. Pactũ quod irritũ fecerũt & ego dominatus ſum, alias abhominatus ſum eorum dicit dominus, ſed hoc erit pactum ꝙ feriam cum domo Iſrahel poſt dies illos, dicit dominus dabo legem meam in uiſceribus eorum, & in corde eorum ſcribam eam, & ero eis in deum. Ex qua auctoritate duo expreſſe habentur, unũ eſt ꝙ deus daturus erat legem nouã aliam ab illa quã dederat patribus eorũ cũ educeret eos de terra Egipti. Aliud eſt ꝙ hec lex noua aliomodo noua erat danda quã antiqua Nam erat ſcribenda in cordibus ſicut antiqua fuit ſcripta in tabulis lapideis ad denotandũ firmitatem ſeu ſtabilitatẽ ſecunde legis .ſ. noue & infirmitatem ſeu inſtabilitatẽ antique de qua dixerat, pactum ꝙ irritum fecerunt.

### Saulus

Vnde habes ꝙ per pactum nouum quod hic dicitur intelligatur lex noua. Dictio enim que hic ponitur in hebraico ubi tu habes, pactum, eſt berith, ꝙ non ſignat legẽ ſolũ ſed etiam teſtamentum & fedus ſeu pactum.

### Paulus

Licet uerum eſt ꝙ berith in hebraico quãdoꝗ ſignificat pactum uel fedus, frequẽter tamẽ ſignificat legem que eſt quoddam pactum ſeu fedus inter deum legem inſtituentẽ & hominem recipientẽ legem, preſertim ubi dicitur de illo Berith ſcribi ſicut hic dicitur, & in cordibus eorum ſcribã eam. In talibus enim ſemper berith ſignificat legẽ. Exo. enim. xxxiiii. de Moyſe quãdo decem mandata legis que data fuerunt in monte Syna, in quibus principaliter lex

VNIVERSIDAD DE SALAMANCA
GREDOS.USAL.ES

moſayca conſiſtit / dicitur in perſona ipſius Moyſi. Et ſcripſi ſuper tabulis uerba berith decem .ſ. uerba / in quo loco habes manifeſte ꝙ berith accipitur pro lege in tabulis ſcripta Similiter. Deut. xxix. ubi dicitur hec ſunt uerba berith que mandauit dominus Moyſi ſcindere cum filiis Iſrabel in terra Moab / preter illud berith quod ſcidit cũ eis in Oreb Berith ibi enim ſignificat legem. Vnde & in libro qui dicitur Mequilda ſuper iſtis & ſimilibus concluditur non eſt berith niſi lex. Vnde & in datione legis / quando deus Moyſi precipiebat monere populũ ad legẽ ſuſcipiẽdã in monte Sinai Exo. xix. ſic legitur. Dic domui Iacob uos uidiſtis que fecerim in Egipto ⁊c̃: ſubdit. Et nunc ſi audieritis uocem meam & cuſtodieritis Berith meũ .i. legẽ erit michi in peculium ⁊c̃. Vnde manifeſtum eſt ꝙ in hoc loco ubi Ieremias in perſona dei dicit. Feriam berith nouũ / & poſtea ſubdit de hoc berith: Dabo legẽ in uiſceribus eorum & in cordibus eorum ſcribã eam / ꝙ per hoc berith nouum / lex noua intelligitur: quod fuit intentum / Vnde & magiſtri tui .ſ. doctores talmutici manifeſte dicũt ꝙ lex danda per meſſiam debebat eſſe excellẽtior quam lex Moſayca.

**Capitulum** Tertium In quo oſtẽditur ꝙ lex noua .ſ. lex meſſie tam excellentior eſt reſpectu legis moſaice / quia lex moſayca dicitur eſſe uana reſpectu legis meſſie nec ex hoc tollitur ꝙ lax moſayca ſit ſancta & a deo data.

**Saulus**

Allega doctores Talmuticos hoc dicentes.

**Paulus**

In Gloſa. Eccle. ii. Ca. ſuper illud uerbũ. Vade queſo ⁊c̃ & ſequitur. Ecce ipſum uanitas rabbi / licet quia dicit omnis lex quã tu in ſeculo iſto Habel / uanitas eſt reſpectu legis ſeculi uenturi / per quam legem ſeculi uenturi intelligitur lex meſſie Vnde infra. Eccle. xi. Ca. ſuper illud. Si annis multis uixerit homo & in omnibus eis letetur. Glo. in leticia .ſ. legis quicquid preceſſit erit habel .i. uanitas Glo. omnis lex quam homo addiſcit in hoc ſeculo / habel .i. uanitas eſt reſpectu legis meſſie / habes ergo ex iſtis manifeſte duo. Vnum eſt ꝙ lex meſſie eſt alia a lege moſayca non enim cõparantur iſte leges adinuicem ſi eſſent tantum una lex. Secundũ eſt ꝙ lex meſſie tam eſt excellentior lege moſayca q̃ ipſa lex moſayca quaſi uanitas eſt reſpectu legis meſſie ut auctoritates ſupradicte manifeſte ſonant.

**Saulus**

Miror quomodo poſſes dicere de lege moſayca ꝙ ſit uana cũ q̃plurime auctoritates ſacre ſcripture teſtãtur ipſam legem eſſe ſanctã / & a deo datam / ꝙ etiã ut credo tu & tui cõceditis.

**Paulus**

Nullus negare debet ꝙ lex moſayca eſt ſancta ꝙ fuit a deo data / poteſt tamen dici uana in quãtum per eã homines non cõſequãtur finem ad quem fuerunt creati .ſ. ad uitam eternam & glorioſam. Omnis enim medicina quantumcũꝙ bene ordinata / ſi tamen homo eam ſumens non conſequitur per eam ſanitatẽ intentã uana dicitur. Quod autem per legem moſaycam homines non conſequebantur finem ad quem creati fuerunt .ſ. uitam glorioſam ſatis patet ex iam dictis in. di. vi. Ca. ii. & aliis ſequentibus / & ideo dicitur uana reſpectu legis meſſie per quem homines finem predictum conſecuntur. Et notanter doctores tui dicunt legem moſaycam eſſe uanam reſpectu legis meſſie quia reſpectu aliarum legum mundi non debet dici uana In quantum lex moſayca diſponit ad legem meſſie per quã finis humane uite habetur.

**Capitulm** Quartum In quo oſtenditur ꝙ deus ſuſcitaturus erat de medio Iſrabel aliũ prophetam legiſlatorem preter Moyſen.

**Saulus**

Habeo mentem tuam circa hoc / ꝙ deus daturus erat legẽ

VNIVERSIDAD DE SALAMANCA
GREDOS.USAL

nouā aliā a lege moſaycaſ/ed quia dixiſti amplius ꝙ deus
promiſit ſuſcitare prophetam de medio Iſrahel qui eſſet le
giſlator ſicut Moyſes Ideo uolo ut michi oſtendas unde
hoc habes .

## Paulus

Hoc ꝙ petis habetur ſatis maniſeſte. Deut . xviii . ubi le/
gitur . prophetam ſuſcitabo eis de medio fratrum ſuorum
ſimilem tui/ & ponam uerba mea in ore eius loqueturꝗ
ad eos omnia que precipero illi / qui autem uerba eius
que loquetur in nomine meo audire noluerit ego ultor
exiſtam. Ex quibus patet propoſitum ·ſ· ꝙ ſuſcitaturus erat
deus aliquem prophetam cui tenebantur credere omnia
que eis ex parte dei erat dicturus ſeu precepturus/ ſicut &
Moyſi . Vnde talis propheta ex parte dei credentibus erat
& obediendum legi per eum date ſicut & moyſi obedierūt
& legi eius & ſi talis propheta ſuſcitandus debebat eſſe le/
giſlator ſicut & Moyſes .

## Saulus

Si bene fuiiſſes ſcrutatus hanc auctoritatem cum prece/
dente ad eam nō inde intentum tuum concludens . In hoc
enim loco non agitur de propheta quin eſſet legiſlator/ ſed
de propheta futura denunctiāte ꝙ patet maniſeſte ex con/
tinuatione littere ad immediate precedens . Volebat enim
deus excludere a populo iſrahelitico diuinationes ſuper/
ſticioſas / quibus Cananei cōmuniter utebantur Vnde di/
cebat eis . Gentes iſte quarum poſſidebis terram augures
& diuinos audiunt / tu autem a domino deo tuo aliter in/
ſtitutus es : & īmediate oſtendebat eis qualiter inſtitutum
erat a deo ꝙ populus Iſraheliticus haberet noticiā futuro
rum ſibi ad ſalutem & ad bonum ſtatum populi oportunā
ſeu congruā ·ſ· per prophetam a deo ſuſcitandum Et ideo
ſubdit ſtatim/ prophetam de gente tua & de fratribus tuis
ſicut me ſuſcitabit tibi dominus deus tuus ipſum audies
q . d . non oportet te querere cognitionem futurorum tibi

pertinentium ab auguriis ſeu diuinatoribus/ quia deus ſu/
ſcitabit tibi prophetam de fratribus tuis a quo iſta poſſes
ſcire licite/ ꝙ fuit impletum in proceſſu temporis per di/
uerſos prophetas dei ut patet in hiſtoriis ſacre ſcripture
Vnde in iſta auctoritate nulla fit mentio de legiſlatore ſeu
de legis datione prout tu uis/ ſed ſolum de propheta futu/
ra denunctiante & ſic nō habes ex hoc loco propoſitū tuū.

## Paulus

Bene arguis in hoc ꝙ ex continuatione uerbi per me al/
legati ad precedētia ſūmi debet ſenſus huius uerbi . Vnde
& apud doctores noſtros intelligentia doctorum ex cauſis
eſt ſumenda dicendi/ & hanc rationem reculo me uidiſſe in
quadā epiſtola tui magiſtri . Ra . Moy . ad iudeos Affri/
canos qui de mora aduentus ſui meſſie & de aliis in lege
contentis murmurabant ſeu dubitabant & īter alia ex hoc
loco intendebant cocludere / ꝙ aliquis propheta erat a deo
ſuſcitandus ad dandam legem quos ipſe confutabat dicēs
eis / ꝙ hic nō agitur de propheta legiſlatore/ ſed de prophe/
ta futura denunctiante/ ad quod allegabat predictā ratio/
nem tuā Sed reuera tam tu ꝗ magiſter tuus ſupradictus
in hoc loco defeciſtis ſtrutinio/ ꝙ ſic patet . Nam in . Ca .
preallegato bis agitur de propheta ſuſcitando / primo cum
dicit/ prophetam de gente tua & de fratribus tuis ſicut me
ſuſcitabit tibi dominus deus tuus ipſum audias/ & in hoc
loco in dubie agitur de propheta futura denūctiante/ quod
patet ex continuatione ad immediate precedentia ·ſ· ubi di/
citur Gentes iſte quarum poſſidebis terram augures &
diuinos audiunt / tu autem ꝛc̈ . Ex quo maniſeſte patet ꝙ
talis propheta dicitur eſſe ſuſcitandus ad ſupplendum de/
fectū diuinatorum & huiuſmodi prout tu allegaſti/ & bene
quantum in hoc loco Sed in hoc eodem . Ca . le . ii . . Pro/
phetam ſuſcitabo eis de medio fratrum ſuorum ſimilem
tui ꝛc̈ . In quo loco ·ſ· ſecundo loquitur de propheta legiſ/
latore ꝙ maniſeſte patet ex continuatione ad immediate

VNIVERSIDAD DE SALAMANCA
GREDOS.USAL.ES

precedente ubi expreſſe loquitur de legis latione Dicitur
enim ſtatim ante ſic Vt petiſti a domino deo tuo in Oreb
quãdo cantio cõgregata eſt atqꝫ dixiſti Vltra non audiam
uocem domini dei mei & ignem hunc maximum ampilus
non uidebo ne moriar & ait dominus, michi bene omnia
ſunt locuti / prophetam ſuſcitabo eis de medio fratrum
ſuorũ ſimilẽ tui / & ponam uerba mea in ore eius / loqueturqꝫ
ad eos omnia que precipero illi / qui autem uerba que lo-
quetur audire noluerit / ego ultor exiſtam . Patet igitur ex
huinſmodi continuationis ſerie ꝙ quia in datione legis in
Oreb populus fuit aterritus ex igne maximo & aliis terri-
bilibus ibi ocurrentibus intantum ꝙ a deo petiuit ꝙ am-
plius non loqueretur eis per illum modum ne morerentur
Vt patet . Exo . xx . & . Deut . v Idcirco dicit hic ꝙ deus
concedit ſibi ut iam non cum talibus terroribus legem eis
daret ſed per prophetam uerum hominem ſicut moyſes / in
cuius ore poneret precepta & deus eſſet ultor cuiuſcumqꝫ
inobedientis & iſte eſt ſenſus planus littere correſpondens
immediate precedenti ut patet recte conſideranti Vnde ra-
tio mea non accipitur ex primo loco ubi dicitur / prophetã
ſuſcitabo : quia ibi de propheta denunctiante futura agitur
prout tu uis ſed ratio mea fundatur in hoc quod dicitur . ſe-
cundũ prophetam ſuſcitabo eis / ꝙ loquitur de propheta le-
giſlatore prout eſt manifeſtum ex dictis .

**Capitulum** Quintum In quo oſtenditur ꝙ licet in
aliquibus preceptis moſayce legis uideatur dici ꝙ ſunt im-
perpetuum hoc nõ eſt intelligẽdũ de perpetuitate ab ſoluta
ſed tantũmodo limitata ſecundum durationem debitam
moſaice legis .

## Saulus

Aſſertio tua de inouatione ſeu mutatione legis moſayce
Similiter & de propheta legiſlatore ſuſcitando quãtumcũqꝫ
uideantur facere pro te / ſunt tamen auctoritates ſacre mani-
feſte teſtantes de multis preceptis moſayce legis que dura-
tura erãt ineternum ſeu imperpetuum Quequidẽ precepta

a tuis fidelibus minime obſeruantur Vt patet de ſabbato
de quo . Exo . xxxi . Et cuſtodient filii Iſrahel ſabbatum
ad faciendũ ſabbatum in generationibus ſuis pacto ſem-
piterno . Idem de paſcate . Exo . xii . Erit dies iſta uobis
ad memoriale & ſolempniſabitis ipſam lege ſempiterna
Idem de ſolemnitate . Penth . & de feſto tabernaculorum
& de die expiationis . Leuit . xxiii . & . xxiiii . ꝙ de ſacrifi-
ciis ĩ predictis ſolemnitatibus faciẽdis & de pane propoſiti-
onis ĩ ſingulis ſabbatis corã domiuo proponẽdũ In quibus
& in q̃pluribus aliis cerimonialibus & etiam iudicialibus
conſimiles dictiones ponuntur quibus manifeſte oſtẽditur
ꝙ ineternum ſeu ſempiternum erant illa precepta obſeruã-
da Vnde licet cõcedatur tibi ꝙ alia lex noua a lege moſayca
erat danda / & ꝙ alius legiſlator preter Moyſen erat ſuſci-
tandus non tamen ex hoc ſequitur ꝙ alia lex eſſet danda
que eſſet contraria moſayce legi precipiendo uel promitten-
do fieri quod lex moſayca prohibuit / nec etiã ꝙ aliquis le-
giſlator ſuſcitãdus erat a deo qui legi moſayce modo pre-
dicto contradiceret / hoc enim eſſet dedirecto contra ſacras
auctoritates predictas teſtantes de predictis & aliis ſimili-
bus ꝙ imperpetuum ſeu ſempiternum erant duratura .

## Paulus

Ad hanc tuam obiectionẽ ſufficienter euacuandã oportet
primo ſcrutari dictiones que in lĩgua hebraica perpetuitatẽ
durationis ſonant / que ſunt ĩ duplici differentia Nã quedã
earum ſignificant perpetuitatem durationis abſolutam . ſ .
ſine fine quedam uero perpetuitatem limitatam ad aliquẽ
ambitum temporis determinatam . Secundo diſcurrendũ
eſt per precepta ſupradicta per te allegata & ſimilia ad ui-
dendum que illarum dictionum in eis ponuntur / perpe-
tuitatem durationis ſignificancium . ſ . an ſit de illis primo
modo dictis . ſ . que perpetuitatem abſolutam ſignificant /
Vel de illis ſecũdo modo dictis que perpetuitatẽ ſignificãt
non abſolutam ſed proditam uel limitatam . Quantũ

UNIVERSIDAD DE SALAMANCA
GREDOS.USAL.ES

ad primum attendendum ꝙ ſecundum . Ra . in hoc libro
Saraſim Quiquidem liber apud hebreos habetur ſicut
Catholicon apud nos dictiones perpetuitatem ſignificãtes
abſolutam ſunt plures | quarum una eſt cela | Vnde in pſal.
ubi dicitur . In ſecula ſeculoꝝ laudabunt te | ubi nos habe/
mus in ſecula ſeculorũ | in hebreo habetur Cela Alia dictio
ſignãs perpetuitatem abſolutã eſt Necali Vnde in . Pſal .
ubi dicitur uiuet adhuc ineternum | ubi nos habemus ine/
ternum | in hebraico ponitur necali Dictio uero ſignãs per/
petuitatem durationis limitatam ſeu proditam eſt hec
dictio halam que proprie ſignat in hebreo ſicut hec dictio
ſeculum | in latino ſeculum non ſemper importat durationis
perpetuitatem abſolutam ſed quãdoqꝫ limitatã ſeu proditã
prout pertinet ad temporis ambitum illius rei cui cõiun/
gitur Vnde cum coniungitur alicui dictioni ſignanti rem
cuius duratio limitatur per uitam hominis | tunc tale holã
ſeu ſeculũ ſignificat totum ambitum durationis uite ipſius
hominis Si autem coniugatur alicui dictioni ſignanti rem
cuius duratio eſt ſecundũ ſtatum unius gentis tunc holam
ſignificat totum ſeculum ſeu totam durationem illius gẽtis
Exemplũ primi . Deut . xv . de ſeruo empticio | de quo . leg.
Et accipies ſubulam & dabis eam in aure eius & in portã
& erit tibi ſeruus holam . i . iſeculum Quodquidem ſeculũ
. ſ . per totam uitam ſuã | non enim poteſt ſeruus ultra illũ
terminum ei ſeruire Vel poteſt intelligi per totam uitam
ſerui | non enim poteſt ſeruus poſtquam mortuus eſt ſeruire
Et ſic manifeſtũ ẽ ꝙ nõ ſignificat perpetuitatẽ durationis
abſolutã . ſ . durationẽ uite illius domini quod eſt ipſius ſecu/
lũ | uel etiam illius ſerui Similiter primo regum Anna dice/
bat de Samuele filio ſuo Et adducam eam et apparebit in
faciem domini & habitabit ibi ad holam . i . inſeculum ꝙ
exſponit . Ra . Sa . uſqꝫ inſeculum leuitarum . ſ . uſqꝫ ad . l .
annum legitur . Nu . viii . ꝙ leuite tenebantur ſeruire in

in templo ſeu ĩ tabernaculo a . xxv anno ſue etatis uſqꝫ ad
. l . & hoc eſt ꝙ dicebat Anna de Samuele ꝙ ſtaret in taber
naculo uſqꝫ inſeculum . ſ . leuitarum predictum Non enim
poteſt dici ꝙ ineternum uel imperpetuum ibi debebat ſtare
Exemplum ſecundi . Ier . ii . Ca . ubi dicitur ab holam . ſ .
a ſeculo confregiſti iugum ꝛc̃ In quo loco ſeculum intelligi/
tur de tempore durationis illius gentis non autẽ de durati/
onẽ ſeculi abſoluta & hoc quãtum ad primum . Quantum
uero ad ſecundum manifeſte reperies ꝙ ĩ predictis aucto/
ritatibus per te allegatis ad probandum perpetuitatem du/
rationis moſayce legis uel preceptorum eius | nunquã po/
nitur dictio aliqua ſignans perpetuitatem abſolutam . ſ .
Necah uel Cela & huiuſmodi ſed ſolum in eis ponitur hec
dictio Holam que quãdoqꝫ ſignificat perpetuitatem pro/
ditam ſeu limitatam ſicut hec dictio ſeculum | & eſt ſenſus
ꝙ illa precepta duratura erant per totum ſpacium duratio/
nis moſayce legis non autem ultra .

## Saulus

Hec dictio holam multociens ſignificat in ſcriptura eter/
nitatem durationis | cum enim dicitur in pſalmo Ineternũ
domine permanet uerbum tuum In hebraico dicitur In
holam permanet uerbum tuum . Similiter cum dicitur Et
ueritas domini manet ineternum | ubi dicitur ineternum In
hebreo ponitur in holam Manifeſtum eſt autem ꝙ uerbũ
dei ſimiliter & eius ueritas non habent durationem limitatã
ſed abſolutam quod eſt contra ſuperius per te dicta.

## Paulus

Si bene uerba mea conſideraſti hoc ꝙ nunc dicis non
fecit contra me Dixi enim ꝙ ſeculum ſeu holam non ſem/
per important durationem abſolutam | ſed quãdoqꝫ limi/
tatam prout pertinet ad temporis ambitum illius rei cui
coniungitur Vnde cum hec dictio holam coniungitur rei
habenti certũ temporis ambitũ tunc talis dictio ſignificat

UNIVERSIDAD DE SALAMANCA

perpetuitatē ad talem ambitum pertinentem / ſicut de ſeruo empticio dicitur . Deut . xv . & de aliis ſupradictis . Cum autem hec dictio bolam coniungitur rei cui pertinet duratio eterna tunc importat eternitatis durationem Vnde ſicut ſeculum ſeu bolam leuitarum terminatur in . l . anno & ſeculum ſerui empticii terminatur in uita ſua uel domini ſui & ſeculum gentis Iſrahelitice terminatur in duratione ſtatus illius gentis / ſic ſeculum diuinum quod eſt interminabile cōmenſuratur eternitati Vnde cum dicitur de deo In . pſal . a ſeculo tu es / intelligitur ab eterno eo ꝙ duratio ad deum pertinens eſt eterna Et ideo in auctoritatibus per te allegatis Vbi habetur ꝙ aliqua lex moſayca utputa lex de ſabbato obſeruanda & de paſcate & huiuſmodi erat duraturū in bolam / intelligendū eſt in ſeculo legi moſayce pertinens non autem ultra .

## Saulus

In auctoritatibus per me allegatis cōtra te hec dictio bolā interpretāda ē in ſempiternū ſic enim interpretati ſunt trāſlatores tui Vt patet per trāſlationē apud te & tuos autēticos Vnde non decet te aliter in predictis locis eā interpretari .

## Paulus

Licet uerū ſit ꝙ tranſlatores nr̄i interpretati ſunt hanc dictionem bolam per eternum ſeu ſempiternum in auctoritatibus que loquuntur de obſeruatione ſabbati & quorū legalium preceptorum non tamen cum eis tenendum eſt ſed potius ſtandum eſt cum ueritate hebraice littere probatum eſt enim ſupra ꝙ hec dictio bolam non ſemper ſignificat ſpatiū ſeu durationem eternam ſed durationem rei cui coniungitur congruentem Et ideo in hoc loco non eſt tenendum cum tranſlatione noſtra cōmuni cum ſtare non poſſit cū hebraica ueritate nec cū catholicorū determinatione

## Saulus

Quomodo ergo poſſes ſaluare interpretatores tuos preſertim . Iero . qui tante autoritatis eſt apud te.

## Paulus

Beatus . Iero . loquitur in hoc loco more cōmuni ſeu uulgari quo dicuntur perpetua illa que complēt terminū ſibi poſſibilem ſeu debitum Vt cum dicitur communiter in inſtrumentis publicis / ad perpetuam rei memoriam Similiter in collationibus beneficiorum conſueuit dici canonice & imperpetuum Quequidem perpetuitas non eſt abſoluta ſed ad ſuum debitum ſeu poſſibilem terminum limitata & iſto modo tranſlatio . Iero . eſt intelligenda in hoc loco cū enim dicit de obſeruatione ſabbati quod eſſet eterna ſeu perpetua & ſic de aliis intelligendum eſt de perpetuitate durationis legi moſayce pertinente.

## Capitulum Sextum

In quo oſtenditur ꝙ terminus durationis legis moſayce eſt lex noua que data eſt per chriſtum & ꝙ lex moſayca non obligat ultra illum terminum quātum ad ea que in ipſa lege moſayca cōtinentur que nō ſunt de lege nature & ꝙ ex hoc non ſequitur ꝙ lex moſayca non fuerit a deo data .

## Saulus

Nullus terminus durationis legitur aſſignatus fuiſſe moſayce legi ut ad illum terminum referri poſſit bolam ſeu ſeculum ſicut fuit terminus aſſignatus leuitarū ad ſeruiēdū in templo ſeu in tabernaculo ut dictum eſt Similiter in ſeruo empticio ad ſeruiendum domino ſuo / & ideo hec dictio bolam que ponitur in obſeruatione ſabbati ſeu circumciſionis & huiuſmodi interpretanda eſt ſecundū durationem totius ſeculi preſentis .ſ. uſqꝫ ad finem mundi prout cōmuniter intelligitur apud nos .

## Paulus

Verum eſt ꝙ tu & tui non creditis aliquem terminum fuiſſe poſitum in hac uita durationi moſayce legis Vnde

VNIVERSIDAD DE SALAMANCA
GREDOS.USAL.ES

per hanc dictionem bolam in obſeruatione preceptorum legalium poſitam intelligitis durationem perpetuam abſolute Quēquidem errorem nōnulli eorum qui fidem chriſti receperunt ſunt ſecuti Vt patet in primitiua eccleſia|quādo ꝗplurimi rite baptiſati legalia obſeruabant contra quos apoſtolus noſter Paulus in ſuis efficaciter ſcripſit epiſtolis Quiquidē morbus peſtiferus antiquitus adhuc inter hereticos pullulat modernos|cuius tamen falſitas manifeſta eſt Nam lex moſayca ex dei ordinatione non erat obligatio ad ſemper ſed tantū ad terminum a deo prefixum ſ· uſqꝫ ad legē meſſie promiſſi Quod ſic patet Nā ut ex ſupradictis habetur deus promiſit ſe duraturū populo Iſrabelitico legē nouā aliā a lege moſayca prout habetur . Iere . xxxi .Quequidē lex noua in multis habebat excellere legem antiquā Et primo in modo dandi quia lex moſayca data fuit in tabulis lapideis|lex uero noua erat in cordibus ſcribenda Vt habetur ex auctoritate . Iere . preallegata|per quod deſignatur legis noue maior ſtabilitas in quodā modo aſſimilatur legi nature que indelebiliter in cordibus imprimitur Secundo quia lex moſayca quantū ad illa que in ea continentur que non ſunt de lege nature|non obligabat ad eius obſeruantiā niſi ſolam gentē Iſrabeliticam cui ſoli data fuit Vnde in . Pſal . de deo dicitur . Annuntians uerbu ſuū Iacob iuſticias & iudicia ſua Iſrabel|non fecit taliter omni nacioni 2c̄ ſed lex noua que eſt lex chriſti|ſicut & lex nature omnes nationes obligat Vnde . Iſa . xl.ii . Ca . de chriſto & eius lege dicitur Donec ponam in terra iudicium & legē eius inſule ſpectabant . Tertio quia lex moſayca quantum ad ſupra dicta·ſ·que non ſunt de lege nature nō obligabat ſubditos ſuos ubiqꝫ ſed ſolū in terra promiſſionis Vnde Deut . iiii . Scitis ꝙ docuerim uos precepta atqꝫ iuſticias ſicut mandauit michi dominus deus meus|ut facietis ea in terra quā poſſeſſuri eſtis|& obſeruabitis & implebitis opere Et infra eodem . ca . Michiqꝫ mandauit eodem tempore

Vt docerem uos cerimonias & iudicia que facere deberetis in terra quā poſſeſſuri eſtis Similiter & . Deut . . v . poſtꝗ Moyſes repetiuit precepta decalogi & ea que contigerūt tempore dationis legis|ſubdit Tu uero hic ſta mecum & loquar tibi omnia mandata & cerimonias atqꝫ iudicia que docebis eos Vt faciant ea in terra quā dabo eis in poſſeſionem . Ex quibus & multis ſimilibus manifeſtū eſt ꝙ lex moſayca quātum ad ea que in ea continebantur|que non eſſent de lege nature non obligabant ad omnem locum ſed ſolum interra promiſſionis|lex uero noua·ſ·chriſtus ſicut & lex nature obligabat ubiqꝫ de qua . Malach primo poſtꝗ dicit de reprobatione ſacrificiorum ueteris legis dicit . Non eſt michi uoluntas in uobis dicit dominus exercituum & munus non ſuſcipiam de manu ueſtra|ſtatim ſubdit . Ab ortu enim ſolis uſqꝫ ad occaſum|magnū eſt nomen meum in gentibus & in omni loco ſacrificatur & offertur nomini meo oblatio munda . Ex quo patet manifeſte ꝙ ſacrificia deo oblata que nullomodo erant in ueteri lege precepta niſi in templo uel tabernaculo que in terra promiſſionis erant ſita poſtea debebāt deo eſſe accepta|ubi·ſ· ab ortu ſolis uſqꝫ ad occaſum . Quarto quia lex moſayca temporalia bona promittebat in premiū ſue obſeruancie & penas temporales in penam tranſgreſſionis eius ꝙ patet . Leuit . xxvi . & . xxviii . & in multis aliis locis Lex uero noua|ut patet per eius diſcurſum ſpiritualia bona promittit ·ſ· regnum celorū & per penas ſpirituales cōminatur|ut eſt gehēna ignis Cōſtat aūt etiā apud Philoſophos ꝙ bona ſpiritualia īcōparabiliter excedūt tēporalia & ecōtra de malis oppoſitis Ratio autē huius diuerſitatis eſt quia lex moſayca dabatur populo rudi adhuc imperfecto in cōparatione ad perfectionē que futura erat in tempore noue legis Vnde.Ra . moy. Egiptius in ſua exſpoſitione ſuper librū Canhedrin . ca . helech ponit exemplū ad huiuſmodi remunerationes temporales promiſſas intelligendum de puero qui prouocatur

VNIVERSIDAD
DE SALAMANCA
GREDOS.USAL.ES

ad diſcendū litteras per aliqua parua munuſcula que ſunt in eius effectu conſequenter cum attingit ad etatem in qua ad honores afficitur|prouocatur ad diſcendum per hoc ꝙ promittitur ſibi gradus magſterii uel doctoratus . Conſequenter cū uero attingit ad cognitionē ꝙ per uirtutē ſciencie omnia magis perficitur|tendit ad diſcendum amore ipſius ſciencie ſeu perfectionis & ſic in propoſito|Nā populus Iſrabeliticus cui lex fuit data rudis erat|& non erat in eius affectu niſi cupiditas terrenorū|& ideo per bona terrena ſeu tēporalia in ducebatur ad obſeruationē preceptorū legis . Sed tempore meſſie quādo diuinorū cognitio magis debebat eſſe in mundo |de quo tempore . Iſa . xi . Repleta eſt terra ſciencia domini ſicut aque maris cooperientes|tunc lex noua per ipſum danda nō habebat inducere ad ſui obſeruātiam per bona temporalia que minima ſunt & quaſi nullius reſpectu bonorū ſpiritualium Quapropter magiſtri tui dixerunt ꝙ omnis lex quam tu adiſtis in hoc ſeculo ·ſ· in ſeculo ueteris legis uana ē reſpectu legis meſſie ut ſupra fuit allgatum . Ex quo patet ꝙ tēpus durationis ueteris legis dicitur ſeculum per ſe & uocabatur ſeculum ·ſ· holā prius reſpectu ſeculi meſſie quod dicitur futurū Vnde Ra . moy . in ſuo .Deut . libro de iudicibus . tit . de regibus . ca . xii . dicit Nomen illi nūc holam ·i· ſeculū iſtud & tempus meſſie ubi ſubiectio regnorū Ex quo patet manifeſte ꝙ ſecundum ipſum tempus ueteris legis uocatur holam ſeu ſeculū per ſe diſtinctū a diebus meſſie Vnde in illo ſeculo tantum a diebus meſſie diſtincto lex moſayca obligabat Et ſic intelligenda eſt hec dictio holam in obſeruatione preceptorū legaliū poſita|lex autem noua ·ſ·chriſti obligat ad ſemper ſicut & lex nature Ex quibus habes ꝙ legi moſayce fuit terminus prefixus ſue duratiōis ·ſ· lex noua ī quā terminatur & ad quā diſponit & ī quā ordinatur ſicut imperfectū ad perfectū.

## Saulus

Video ꝙ circa legē moſaycam quedam concedis que non poſſunt ſimul ſtare|concedis enim ipſam fuiſſe datam a deo & tamen ꝙ eſt imperfecta Quequidem duo non poſſunt ſimul ſtare|teſtatur enī ſcriptura . Deut . xxxii . ꝙ dei perfecta ſunt opera Item aſſeris ꝙ lex moſayca nō obligabat ad ſemper ſed ſolū in ſeculo terminato ſeu limitato quod non pertinet ad opus dei legitur enim . Eccle . .iii . ꝙ omnia opera que fecit deus perſeuerant ineternum & ſic iſta duo incompoſſibilia ſunt ·ſ· ꝙ illa lex ſit a deo & tamē ꝙ non perſeuerat ineternum .

## Paulus

Ad primum reſpondeo tibi ꝙ perfectum poteſt dici dupliciter uno modo illud quod eſt perfectū ſimpliciter prout pertinet ad ſpeciem ſeu naturam ſuam . Alio modo dicitur perfectū non ſimpliciter ſed ſecundū temporis cōditionem Primo modo dicitur eſſe perfectus ille qui attingit ad perfectionē humane ſpeciei iā in etate perfecta Secundo modo dicitur perfectus puer qui ſecundum temporis conditionē attingit perfectionem humane ſpeciei non autē ſimpliciter & iſto modo certa precepta que pueris dantur ſunt quidem perfecta ſecundum conditionem eorum quibus dantur|& ſic non fuit perfecta ſimpliciter & talia fuerūt precepta legis ·ſ· perfecta ſecundum cōditionē populi rudis cui dabātur Ad ſecundū reſpondeo ꝙ in illa auctoritate . Eccle . que dicit . Omnia que fecit deus perſeuerāt ineternum Vbi in tranſlatione noſtra dicitur ineternum In hebro habetur in holam ·i· in ſeculum quod non ſignificat durationē eternā ſeu perpetuam ſed per iodiacam & limitatam ut dictum ē quod uerificatur de quolibet ente Vnūquodꝙ enī durat ſeu perſeuerat in ſeculo ſue durationis a deo terminato |& iſte ē uerus ſenſus & planus illius auctoritatis falſum enim eſſet dicere de quolibet ente a deo facto quod perſeuerat ineternū Vnde & de lege Moſayca uerum eſt dicere ꝙ perſeuerat in holam ·i· in ſeculo prout iam ſupra fuit oſtenſum .

VNIVERSIDAD DE SALAMANCA

## Capitulum Octauum In quo oſtenditur ꝙ licet lex moſayca quo ad plurima precepta in eodem contenta non obligat tempore legis noue/eſt tamen perutilis ad multa quia omnia ĩ eodē cōtenta ad noſtrã doctrinã ſcripta ſunt

### Saulus

Si lex moſayca nō perſeuerat niſi ĩ ſeculo ſuo quodquidē ſeculum ſecundum te in legem nouã terminatur: ſequitur ꝙ lex moſayca ſecundũ te qui credis legem nouã/iam non perſeuerat/& ſic eſt iam omnino inutilis/nec obligat ad aliquid faciendũ necꝫ uitandũ quod eſt inconueniens manifeſte Nam ſecundum hoc lex moſayca ad quid occuparet membranas ueſtras/& quare ĩ bibliotece uolumine ĩcluderetur/cum ad nichilũ ualet ultra illud enim cuius ſeculum iam preteriit deſinit eſſe & in nichilum redigitur.

### Paulus

Abſit a mente fidelium credere ꝙ lex moſayca eſt inutilis etiam poſt aduentum legis noue nec etiam aſſerere licet/ꝙ lex moſayca etiã tempore gratie non obligat ad aliquid faciendum necꝫ uitandũ Iſta enim ſunt a ueritate catholica omnino aliena Primũ patet ſic dicere enim ꝙ lex moſayca Vel etiam alia que in canonicis libris ueteris teſtamenti continentur ſunt inutilia poſt lēgē nouã/ē de directo cōtra Apoſtolũ noſtrũ quē in doctorem gentium habemus qui uniuerſaliter dicit Quecũꝫ ſcripta ſunt ad noſtrã doctrinã ſcripta ſunt Illa enim que ad noſtram doctrinã ſcripta ſunt manifeſte ſunt nobis utilia quod etiã diſcurrēdo hoc poteſt haberi/diſcurrendo dico non per ſingula generũ quia eſſet ualde difficile ſed per genera ſingulorum uel eorũ plurima Conſtat enim ꝙ ea que in ſacra ſcriptura antiqui teſtamēti continentur ſunt in quadruplici differencia/quia ſunt uel Hyſtorialia Vt ea que narrãt geſta que antiquis tēporibus contingerunt/ut ſunt prophetica & hoc diuerſimode quia aut de preterito/ut cũ Moyſes prophetiſauit de creatione mundi. Gen. primo cuius noticiam non potuit habere niſi per diuinam reuelationem. Aut de futuro/ut cũ prophete de aduentu meſſie & etiã de multis aliis quorũ aliqua protunc erant futura nunc autem impleta Alia uero aduc ſunt implēda in futuro Vel ſunt ſapientialia ut ea que pro maiori parte ĩ libris Salomonis continentur Vel ſunt legalia ut precepta affirmatiua uel negatiua que precipue in penthateuco cōtinentur. Hyſtorialia autē que narrãtur in ſacris ſcripturis magnã nobis preſtant utilitatem ſicut ex hyſtoria diluuii que narrãtur. Gen. . ca. Informamur de prouidencia diuina ut eius iuſticia per quam deus omnia animata puniuit & Noe iuſtum cum ſua poſteritate reſeruauit. Similiter ex hyſtoria Sodomorũ iuſticiã diuinnã per malorũ punitionē percipimus: & eius miſericordiã per euaſionē Loth precibus ſeu meritis patriarche Abrahe cognoſcimus idem de ſubuerſione Egypciorũ ĩ liberatione filiorũ Iſrahel ab eorum ſeruitute & de multis aliis iuſticia de qua iniuſti puniuntur Iuſti uero remunerantur plene cognoſcitur & de talibus in ſcripturis ſacris contentis intelligi poteſt illud. pſal. Iuſticie domini recte letificãtes corda tales enim hyſtorie recte narrate iuſtorũ corda letificant Iuxſta illud. pſal. Memor fui iudiciorũ tuorum a ſeculo domine/& conſulatus ſum Ex propheciis autem in ſacris ſcripturis ueteris teſtamenti multa nobis ad doctrinam noſtrã accomoda accipimus. De creatione enĩ mundi quã Moyſes prophetiſauit habemus uerã fidē/de hoc ꝙ mundus non fuit abeterno nec a ſe ipſo nec ab alio niſi tantũ a deo de nichilo productus In quo nōnulli prophetancium errauerunt oppoſitum aſſerentes. Similiter & de aduentu ſaluatoris tunc futuro ꝗ multa noſtre ſaluti accomoda pro propheciã uaticinia percipimus Vnde de talibus poteſt uerificari illud. pſa. ꝙ de ſacra ſcriptura dicit Teſtimoniũ domini fidele ſapientiã preſtans paruulis Talia enĩ prophetica teſtimonia ſapienciã preſtãt paruulis ·ſ· hominibus

VNIVERSIDAD DE SALAMANCA

quorũ cognitio naturalis cõuenit ad talia cognoſcenda non
niſi reuelatione diuina attingit Sapiencialia uero in ſacris
ſcripturis contenta magnã nobis cõferũt utilitatẽ quãdoꝗ
in cognitione diuinorum:quãdoꝗ in cõmendatione morũ
& uiciorũ ſtirpatione|ut patet ipſa diligenter intuenti De
quibus poteſt dici illud . pſal . Declaratio ſermonũ tuorũ
illuminat|& intellectũ dat paruulis . Precepta uero legalia
·ſ· moſayce legis etiam tempore legis noue maxime nobis
conferunt quorũ quedam ſunt maxima tanꝗ cõmunia &
prima precepta legis nature ·ſ· Diliges dominũ deũ tuũ
ex toto corde tuo . Deut . vi . ca . Et diliges proximum
tuũ ſicut te ipſum . Leuit . xix ca . que ſunt per ſe nota ra/
tioni humane:uel per naturã|uel per fidem . Quequidem
precepta licet ſint duo propter diuerſitatẽ obiectorum ſunt
tamẽ unũ ex unitate finis|quia deus diligendus eſt propter
ſe |& proximus propter deum Ad quodquidẽ preceptum
de dilectione precepta decalogi referũtur |ſicut cõcluſiones
ad principia cõmunia |& ideo de iſto precepto ·ſ· dilectiõis
proprie intelligitur illud . pſal . Preceptũ domini lucidum
illuminans occulos Sicut enĩ per lumẽ corporale uiſibilia
cognoſcuntur corporalia ſic per iſtud preceptũ alia ſupra/
dicta cognoſcuntur eſſe iuſta Quequidẽ precepta ·ſ· tam
prima que per ſe ſunt rationi humane nota|per naturã uel
per fidem ut dictũ eſt|quã alia ·ſ· precepta decalogi que ex
principiis cõmunibus modica cõſideratione cognoſci poſ/
ſunt in lege noua omnino ſunt obſeruanda . Vnde & mgr̃
& ſaluator noſter de primis duobus dicit Math . xxii . In his
duobus preceptis tota lex pendet & prophete|De precep/
tis uero decalogi dicit Math . xix . Si uis ad uitã ingredi
ſerua mandata dei Nullus igitur ſane mẽtis aſſerere poſſet
ꝙ lex uetus in qua huiuſmodi precepta ſaluti humane ne/
ceſſaria a deo fuerunt data inutilis ſit tempore legis noue
nec etiam dici poteſt ꝙ precepta legis moſayce de quorum
numero predicta precepta ſunt non obligat tẽpore gratia,

## Capitulum Octauum In quo oſtenditur ꝙ in duo/bus preceptis de dilectione tota lex pendet & prophete ſe/cundum ſententiam ſaluatoris .

### Saulus

Dicta magiſtri tui per te nunc allegata uidentur rationa/
biliter impũgnanda|& primo primũ Secũdo ſecundũ. Pri/
mũ enim manifeſte diſcordat cũ toto proceſſu preceptorũ
in lege & in prophetis contentorũ In quoquidẽ proceſſu nõ
ponitur aliqua pendẽcia unius precepti ad alterũ ſed quod/
libet illorũ ponitur tanꝗ a deo preceptũ per ſe ſine aliqua
pendencia ad alterũ . Dicere ergo ꝙ in duobus preceptis
de dilectione ·ſ· dei & proximi tota lex pẽdebat & prophe/
te|eſt omnino ſacre ſcripture incõſonũ . Itẽ iſtud preceptũ
de dilectione non ponitur inter precepta decalogi nec de eo
uidetur in decalogo facta fuiſſe mentio Similiter nec fuiſſe
datum ante dationẽ legis Dicere ergo ꝙ precepta decalogi
referuntur ad preceptũ de dilectione|quod non fuit datum
anteꝗ decalogus daretur|& ꝙ decalogus ſe haberet ad pre/
ceptũ de dilectione ſicut cõcluſiones ad principia cõmunia
nullã uidetur cõtinere rationem & ſic illud dictũ magiſtri
tui :in quo dicit ꝙ in illis preceptis de dilectione tota lex
pendet & prophete remanet uacuum & in ane .

### Paulus

Ad primũ ꝙ obicis cõtra doctrinã magiſtri tui dicentis
ꝙ in duobus preceptis ·ſ·de dilectione dei & proximi tota
ſeu uniuerſa lex pendet & prophete |tibi reſpondeo ꝙ hoc
dictũ eſt ueriſſimũ ſicut & cetera alia que in mei magiſtri &
ſaluatoris doctrina habentur Nã in duobus preceptis de
dilectione ſupradictis cetera precepta diuina pendẽt dupli/
citer ex ueritate ſicut cõcluſiones ĩ ſuis principiis Nã ſicut
in ſpeculatiuis ueritas cõcluſionũ depẽdet ex ueritate ſuorũ
principiorũ|ſic & in practicis ratio particulariũ agendorũ
pendet ex ratione ſuorũ principiorũ Ex hoc enim ꝙ deus

VNIVERSIDAD DE SALAMANCA
GREDOS.USAL.ES

eſt ſuper omnia diligendus/ſequitur ꝙ non eſt alius deus
colendus nec eius nomē inuanum ſumendū & ſic de aliis
preceptis in deū ordinātibus & ſic patet ꝙ precepta in deū
ordinācia manifeſte pendent ex precepto de dilectione dei
non predicto . Idem eſt dicendū de preceptis ordinātibus
in proximū Vt cū dicitur Non occides Non mechaberis ꝛc̄
.ſ. ꝙ omnia illa dependent ex ratione iſtius precepti Dili/
ges proximū tuū ſicut te ipſum/ſicut ratio cōcluſionū pēdet
ex ratione ſuorū principiorū Alio modo precepta diuina in
ſacris eloquiis contenta pendent in duobus preceptis de
dilectione ſupradictis .ſ. in premio debito facientibus illa
precepta/nullum enim premium debetur cuſtodientibus
diuina precepta niſi in dilectione dei fundētur ſeu radicen/
tur ꝙ patet ſic Nam Exo . xx . In probibitione ydolatrie
deus promittens penas tranſgreſſoribus & premia obſer/
uātibus ſubdit Ego ſum dominus deus tuus fortis çelotes
uiſitans iniquitatem patrū in filios in terciam & quartam
generationē eorū qui oderunt me & faciens miſericordiam
in milia/bis qui diligūt me & cuſtodiunt precepta mea Ex
quo patet manifeſte ꝙ deus premiat per ſuā miſericordiā
cuſtodientes ſua precepta ſi tamē diligūt eum & oppoſitū
de tranſgreſſoribus/& ſic habes ꝙ premia debite cuſtodiē/
tibus precepta diuina pendent ex dilectione dei quam qui
nō babent cuſtodiā aliorū preceptorū nullū premiū ſeque/
retur & ſic tota lex quātū ad rationē premii & per cōſequēs
meriti depēdet ī duobus preceptis de dilectione ſupradictis
Et per hoc patet reſponſio ad ſecundū obiectū tuū In quo
dicis ꝙ precepta decalogi non referuntur ad preceptum de
dilectione eo ꝙ non fuit datū antequā decalogus daretur
nec in decalogo fit mentio de huiuſmodi precepto Nā ma/
nifeſtū eſt per auctoritatē predictā/ꝙ in decalogo fit mētio
de dilectione dei que requiritur ad cōſequendā dei miſeri/
cordiam in cuſtodientibus precepta diuina Vnde dicit
Faciens miſericordiā cum his qui dilligūt me & cuſtodiūt

precepta mea & ſic habetur expreſſa mentio de dilectione
dei neceſſaria ad premia conſequenda Non tamē ponitur
dilectio dei per modū precepti hic in decalogo ſed preſup/
ponitur tanquā per ſe notū per naturā uel fidē ut dictum ē
ponitur tamē dilectio dei per modum precepti . Deut . vi.
ubi hoc preceptū explicite & perfecte traditur Similiter &
preceptū de dilectione proximi Leuit . expreſſius ponitur.

## Saulus

Sicut dilectio dei requiritur ad cōſequendā dei miſericor/
diā ī cuſtodientibus precepta diuina ut in auctoritate per te
allegata uidetur cōtineri ſic cuſtodia preceptorū diuinorum
requiritur in diligentibus deū ad conſequendā dei miſeri/
cordiā ut patet per auctoritatē per te allegatā In qua dicitur
Faciens miſericordiā his qui diligunt me & cuſtodiūt pre/
cepta mea Vnde non magis patet cuſtodia preceptorū in
dilectione dei ad eius miſericordiā cōſequendā q̄ dilectio
dei in cuſtodia preceptorū eius Vnde ſecunda ratio tua in
qua dicis ꝙ precepta diuina pendunt ī duobus preceptis
de dilectione dei quantum ad primum non uidetur ualere
ratione predicta

## Paulus

Preceptum de dilectione dei prout explicite & perfecte
traditur Deut vi omniū preceptorū diuinorum cuſtodiam
includit In hoc enim ꝙ dicitur Ex toto corde/precipitur ꝙ
tota noſtra intēcio feratur in deum Ex hoc autē ꝙ dicitur
Ex tota mente deum diligere In hoc autem quod dicitur
Ex tota anima/precipitur ꝙ appetitus noſter obediat deo
& ſic patet ꝙ ad impletionē huius precepti requiritur cuſto/
dia ceterorum mandatorū dei Sed in cuſtodia mandatorū
dei ſeorſum ſcripta non includitur dilectio dei/poteſt enim
cuſtodire homo mādata dei utputa Non ſint tibi dii alieni
Honora patrem ꝛc̄ ſine hoc ꝙ diligat deū uel ꝙ hoc faciat
ex dilectione ſeu caritate dei & iſta faciens nō dicitur tranſ/
greſſor preceptorū illorū que ſic obſeruat q̄uis non habeat

VNIVERSIDAD DE SALAMANCA

habitũ caritatis ſiue dilectionis dei necꝫ hoc faciat ex amore
dei Ex quibus patet ꝙ cuſtodia mandatorũ dei includitur
in precepto de dilectione dei & non econtra & ſic tota lex .ſ.
precepta legis pendẽt ĩ precepto de dilectione dei & proximi
modo predicto Vnde ſi bene ſcrutatus fueris dicta doctorũ
tuorũ reperies ꝙ nõnulli eorum aſſerunt multitudinẽ pre/
ceptorum moſayce legis in paucis Vel etiã in uno tantum
ſubſiſtere quod ſatis conſonat predictis .

## Capitulum Nonum In quo oſtenditur ꝙ ſecundum quoſdã doctores talmudicos/multitudo preceptorũ moſay/ce legis in paucis uel etiam in uno conſiſtunt quod etiam concordat cum dicto ſaluatoris ſupradicto .

### Saulus

Allega michi obſecro doctores noſtros hoc quod dicis
aſſerentes .

### Paulus

In libro qui dicitur . Mithoth . di . qui incipit Iſti ſunt
qui flagellantur/quidam doctor talmudicus nomine rabbi
caniblai dicit ꝙ precepta moſayce legis ſunt . dc.xiii. quorũ
affirmatiua ſunt . cc . xlviii . negatiua uero ſunt numero
.ccc . lxv . & ꝙ uenit dauid & cõſtituit predicta . dc . xiii.
precepta in .xi . ut habetur in . pſal . Domine quis habi/
abit 2c Vbi dicit de illo Qui ingreditur ſine macula &
operatur iuſticiã 2c Qui facit hec non cõmouebitur ineter/
num Ex quo infert ꝙ in illis . xi . preceptis affirmatiuis
& negatiuis que in illo pſalmo cõtinẽtur cõſiſtit uis omniũ
precetorum moſayce legis quãtum ad premiũ eternũ Nam
ſecundũ ipſum Dauid qui facit illa . xi . tantũ ſecurus eſt
de hoc ꝙ nõ cõmoueatur ineternũ Sequitur in eadẽ aucto/
ritate Venit yſaias & cõſtituit ea ſuper ſex . yſa.xiii. ãbulans
in iuſticiis & loquens etatẽ 2c Sequitur Ipſe excelſus habi/
tabit In qua auctoritate yſaie ponuntur ſex opera meritoria
ſuper quibus cõcludit ꝙ faciens talia excelſa habitabit .ſ.
in premio eterno Et ſequitur ultra in predicta auctoritate

Venit Micheas & cõſtituit ea ſuper tribus Mich . vi . an/
nunctiaui tibi homo quid eſt bonum & quid dominus
petit a te utiqꝫ facere iudiciũ & diligere pietatẽ & humiliter
ambularre cũ deo tuo Vnde in iſtis tribus tantũ ſeundum
Micheam omnia precepta moſayce legis cõſiſtũt/cum dicit
ꝙ deus nichil aliud petit ab homine niſi iſta tria Et ſequi/
tur ultimo in eadẽ auctoritate Venit Abacuch & cõſtituit
ea ſuper unũ tantũ Vnde Abacuch ſecundo/iuſtus in fide
ſua uiuit/habes igitur auctoritate predicti doctoris tui/ꝙ
tota multitudo preceptorũ moſayce legis in ſolo uno cõſiſtit
Vnde non mireris de uerbis ſaluatoris noſtri dicentis ꝙ in
duobus preceptis de dilectione tota lex pẽdet & prophete .

### Saulus

Multũ diſcordat hec auctoritas per te allegata ab aucto/
ritate magiſtri tui Ipſe enĩ dicebat ꝙ in duobus preceptis
de dilectione ſupra dictis tota lex cõſiſtit Abac . autẽ dicit
in uno Itẽ illud unũ preceptum aſſignatũ ab Abac . eſt de
fide Illud autem mgr̃i tui ẽ de dilectione que ſunt diuerſa
precepta .

### Paulus

Licet auctoritas doctoris tui in predictis que tu allegas
uideatur deuiare a ueritate magiſtri mei eo ꝙ magiſter me/
us in duobus preceptis dicit pendere totam legẽ/& doctor
tuus dicit in uno tãtum Similiter in hoc ꝙ mgr̃ meus de/
clarat illud preceptum in quo lex pendet eſſe preceptũ de
dilectione & doctor tuus dicit ipſum eſſe de fide/adhuc ſuf/
ficeret tibi ꝙ ſecundũ doctores tuos multitudo preceptorũ
moſayce legis reducitur ad pauca uel ad unũ tantũ ꝙ erat
intentũ meũ Sed adhuc ſi bene cõſideras ad eundem intel/
lectũ reduci poſſunt uerba euãgelica mgr̃i mei cum uerbis
propheticis Abac. Nam fides meritoria de qua agimus
ſemper intelligẽda ẽ cũ dilectione dei ſine qua nullus actus
poſſet eſſe meritorius /ut patet per auctoritatẽ Exo . ſupra
allegatã ;ubi dicitur faciens miſericordiã diligentibus me

UNIVERSIDAD DE SALAMANCA

& ideo fides in qua homo uiuit uita ſpirituali intelligēda
eo ꝙ ſit formata in caritate ſeu dilectione dei Duo etiā pre/
cepta de dilectione unū ſunt/ut dictū eſt ſupra quia in unū
& eundem finē referuntur & ideo uerba Abc. dicentis ꝙ
iuſtus in fide ſua uiuit/intelligenda ſunt de fide formata in
caritate Cuius caritatis duo ſunt precepta que ad unū re/
ducuntur ut dictū eſt Et ſic patet ꝙ prima dicta magiſtri
mei dicentis ꝙ in illis duobus preceptis de caritate tota lex
pendet & prophete ſtant in ſuo uigore ueriſſima in pug/
nationibus tuis non obſtātibus.

**Capitulum.x.** In quo declaratur de quibus mādatis
moſayce legis intelligendū eſt uerbū chriſti dicentis Si uis
ad uitam ingredi ſerua mandata Math. xix.

### Saulus

Audio ꝙ ſentis circa dictū mgr̄i tui de preceptis de di/
lectione dei/ſed circa ſecundū dictū ſuum quod dicit Si uis
ad uitam ingredi ſerua mandata Mat .xix. amplius inſi/
ſtere nos oportet Videtur enim ex hoc dicto ꝙ ad habēdā
uitā eternam oportet ſeruare mādata legis moſayce de qua
intendit/licet enim ibi exemplificet de preceptis decalogi/nō
tamē ex hoc intelligi debet ꝙ alia mādata excludere intēdit
preſertim cum alibi uniuerſaliter loquens dicit Non ueni
ſoluere legem ſed adimplere Ex quo manifeſte patet ꝙ
mandata moſayce legis non erant ſoluenda per ipſum ſed
implēda cuius oppoſitū per te & alios diſcipulos ſuos ubiq̧
docetur etiā impletur opere cū omnia fere mandata diuine
legis que per Moyſen data fuerūt penitus euacuata/opere
& ſermone docendo ea non eſſe obſeruāda quod non ſolū
eſt cōtra doctrinā propheticā in cuius fine per Malachiā
dicitur memētote legis Moyſi ſerui mei cui mādaui ī Oreb
cerimonia & iudicia ſed etiā ē cōtra doctrinā euāgelii tui ut
ex dictis patet.

### Paulus

Si es memor illorum que fuerunt tibi oſtenſa in, ca,
precedentibus huius diſtinctionis faciliter habere poſſes
tuorū obiectorū ſolutionē/habes enim ex dictis ſuperius ꝙ
precepta moſayce legis/preſertim ea que non ſunt de lege
nature non erāt perpetuo obſeruanda/& ꝙ terminus dura/
tionis moſayce legis ultra quā lex moſayca non obligat in
predictis eſt lex noua que data eſt per chriſtum. Ex quibus
ſequitur ꝙ dictū chriſti dicētis Si uis ad uitā ingredi ſerua
mādata/ſi intelligatur de omnibus mādatis moſayce legis
in quo lex moſayca obligabat ad omnia precepta in eadem
cōtenta/infra quod tempus neceſſe erat ad habendā uitam
eternā omnia mandata ſeruare & in eodē tempore chriſtus
locutus fuit illa uerba/ſi autē cum dicitur ſerua mandata
In telligitur de mandatis decalogi uel de aliis moralibus
in lege moſayca cōtentis Quequidem moralia mandata cū
pertineant ad legē nature imperpetuū durant/tunc intelli/
gendum eſt dictū ſaluatoris ſe extendere ad omne tempus
In omni enim tempore huius uite ſeruanda ſunt mandata
decalogi & alia moralia in lege moſayca cōtenta.

**Capitulum.xi.** In quo oſtenditur que ſunt illa pre/
cepta moſayce legis que dicuntur moralia quorum duratio
eſt perpetua in hac uita/& que ſunt iudicialia ſeu cerimoni/
alia quorum duratio in lege noua terminatur.

### Saulus

Mandata legis moſayce īdiſtincte dātur ſeu indifferēter
non enim circa ea diſtinguitur quod eorum ſit preceptum
morale ſeu pertinēs ad legē nature Vel quod eorū ad hec nō
pertineāt/& ideo hanc diſtinctionē quā ponis circa precep/
torum diuine legis durationem non uidetur eſſe certa ſed
potius ambigua Vnde precepta moſayce legis uidētur eſſe
omnia perpetua uel nulla/dicere enim ꝙ quedā eorū ſunt
perpetuo duratura & quedam non/nō uidetur habere ra/
tionē nec auctoritatē.

### Paulus

Mandata moſayce legis non fuerunt data indifferenter

VNIVERSIDAD DE SALAMANCA

ut tu dicis Nam ut quedã eorum ut ſunt precepta decalo/
gi fuerunt data ſolemniori modo q̃ alia Et primo in hoc ꝙ
illa tantũ fuerũt a deo data toti populo Alia uero precepta
fuerũt data Moyſi qui poſtea ea dedit populo ut habetur
expreſſe Deut . v . ubi facta repetitione preceptorũ deca/
logi ſtatim ſubdit/hec uerba locutus eſt dominus ad omnẽ
multudinẽ uĩam in mõte de medio ignis/infra & ĩ eodẽ .ca.
de aliis preceptis dicit ſic Tu uero hic ſta mecũ & loquar
tibi omnia mãdata & cerimonias atq; iudicia que docebis
eos Item precepta decalogi fuerunt ſcripta a deo in tabulis
lapideis Vt patet Exo . xxxii . Alia uero precepta non ſic
in rotulo a moyſe fuerunt ſcripta Item precepta decalogi
fuerũt poſita in archra teſtamẽti que fuit collocata in ſãcta
ſanctorũ u.c habetur . iii . Re . v . ubi ſic Non erat in archa
niſi tantũ due tabule lapidee/quas poſuit ibi Moyſes ſer/
uus dei in Oreb Ex quibus manifeſte habetur maxima ex/
cellencia preceptorũ decalogi cũ precepto de dilectione dei
in eis incluſo Vt ſupra dictũ ẽ reſpectu aliorũ preceptorũ
moſayce legis Vnde & illa precepta ·ſ· decalogi ſunt õnino
in diſpenſibilia & percõſequens perpetuo durantur Cetera
uero diſpẽſibilia & nõ perpetua niſi ſint de lege nature ut
moralia precepta .

**Saulus**

Preter precepta decalogi quorũ excellẽtia patet ex dictis
ſunt multa alia precepta ĩ moſayca lege de quibus nõ habe/
tur certitudo neq; regula ad hoc ut ſciatur an ſint de lege
nature uel nõ .

**Paulus**

Precepta cerimonialia que ſunt de lege nature ſunt illa
que ex dictamine naturalis rationis habẽtur/quorũ aliqua
ſunt/ꝙ ſtatim poſt modicã cõſiderationẽ poſſunt approbari
uel reprobari per cõmunia principia naturaliter omnibus
cognita/uel per fidem/ut ſunt precepta decalogi ſupradicta
Quedam uero ſunt ad quorum iudiciũ requiritur cõſide/
ratio diuerſarũ circũſtanciarũ quas cõſiderare diligenter nõ

eſt cuiuſlibet ſed ſapientũ ſicut cũ dicitur Corã cano capite
conſurge & huius cuius ſimile cõtingit in ſpeculatiuis ·ſ·
·ſ· ꝙ conſidreare particulares cõcluſiones ſcienciarũ que ex
primis principiis ſpeculaituis deducuntur nõ pertinet ad
omnes/ſed ad ſolos philoſophos/& ideo in talibus ſepe
cotingunt errores in ſpeculatiuis in deducendo a primis
principiis ad cõcluſiones preſertim longinquas Et ſimiliter
cõtingit in operabilibus Nam ut ait philoſphus in primo
Ethicorũ bona autẽ & iuſta de quibus ciuilis intẽdit tantã
habẽt diffrrenciã & errorẽ/ut uideãtur lege ſola eſſe/natura
autẽ non Vnde cõſiderandũ eſt diligenter ſingula precepta
an ·ſ· deducãtur recte ex primis principiis iuris naturalis
an non & ſic poteſt cognoſci que illorũ ſint precepta mora/
lia ad ius naturale pertinentia & que non/poſſunt etiã cog/
noſci precepta que non ſunt de lege nature in hoc ꝙ ante
legis dationẽ indifferens erat/an ſic uel aliter fieri deberent
& tunc talia manifeſtũ eſt non eſſe de iure nature/ut ꝙ quis
habeat duas ſorores cõiunctas ſibi matrimonialiter prout
Iacob legitur habuiſſe Gen .xxix ꝙ tamẽ prohibitũ fuit in
lege moſayca Vt habetur Leui . ca . habes ergo ex pre/
dictis ꝙ precepta moralia in lege moſayca cõtenta quorũ
precepta precipua ſunt decalogi/cum precepta de dilectione
ĩ eis cõcluſo ſunt perpetuo duratura cũ pertineãt ad legem
nature que perpetua eſt : cetera uero precepta ut cerimonia/
lia & iudicialia nõ ſunt perpetua ſed eorũ duratio fuit tantũ
in ſeculo moſayce legis/de quo ſupra fuit dictum.

**Capitulum** . xii . In quo oſtenditur ꝙ cerimonialia
& iudicialia precepta ſunt quedam determinationes mora/
liũ & preceptorũ ꝙ illa licet ſint ĩſtituta a deo tñ ſũt muta/
bilia auctoritate diuina ſine preiudicio mutabilitatis ipſius
dei Quequidẽ mutatio cerimonialiũ & iudicialiũ habetur
etiã per doctores talmudicos.

**Saulus**

Dic michi que ſunt illa que dicuntur cerimonialia & que

VNiVERSIDAD DE SALAMANCA
GREDOS USAL

iudicialia & cōſequenter unde habes ꝙ illa non fuerūt per/
petuo duratura .

## Paulus

Precepta cerimonialia ſunt illa que determinãt precep/
ta moralia ad deum/ſicut precepta ſacrificiorū & ſacerdotū
de quibus dantur multa precepta in Leuit . in pluribus
capitulis Similiter & precepta que dabantur de abſtinētia
ciborū Leuit .xi. & de abſtinendo ab aliquibus ueſtimētis
.xix. Similiter ꝙ precipitur de fimbriis faciendis per an/
gulos palliorū . Nume .xv. que & multa alia ſimilia ordinã/
tur ad deum per cultū debitū ſecundū ſtatum illius populi
ſub lege exiſtētis Iudicialia uero dicuntur illa precepta que
ſunt determinationes moralium preceptorum in his que
pertinent ad ornationē hominū adinuicē de quibus agitur
Exo . xxi . & in aliis locis /quequidem precepta non habēt
uim obligãdi ex ſola ratione/ſed ex inſtitutione & ſub quo/
libet iſtorū generū .ſ. preceptorū cerimonialiū & iudicialiū
ſunt multa precepta differentia numero & etiam ſpecie de
quibus mgr̄ tuus Ra . moy . large tractat ī tertia parte ſui
libri de directione perplexorū reddens rationē litteralem
de ſingulis Sed noſtri doctores magis proprie ea tradunt
reddendo rationē ſingulorū nō ſolū lr̄alē ſed etiā figuralem

## Saulus

Dic michi ergo cū precepta predicta tam cerimonialia ꝙ̄
iudicialia diſtinguūtur a moralibus preceptis ut per te eſt
aſſertū quare dicantur inſtanter iſta precepta cerimonialia
ſeu iudicialia determinationes preceptorum .

## Paulus

Hoc quod petis tibi oſtēdam exemplificando per aliqua
precepta particularia ut ex his poſſis de aliis iudicare/&
primo de cerimonialibus de quorū numero ſunt ſacrificia
Conſtat ꝙ de iure nature eſt ſacrificare deo/prout philoſo/
phi tradūt Nā ī qualibet gente & ritu ſacrificatur deo uero
uel putatiuo & ſic patet ꝙ ſit de iure nature quod omnibus

ē cōmune/ſed determinare circa ſacrificia certo modo facta
in certo loco & cū certis circūſtantiis & miniſtris/hoc aūt
nō ē de iure nature/ quia iſta diuerſimode fiunt in diuerſis
locis & gentibus Unde certa determinatio talium nō per/
tinet ad ius nature nec per cōſequens ad moralē doctrinā
Ideo tales determinationes dicūtur cerimoniales nō mora/
les Similiter in iudicialibus ꝙ latro reſtituat ablatū/eſt
de iure cōmuni omnibus & ideo hoc eſt morale/ſed ꝙ ali/
quod furtū reſtituatur in duplū Aliud uero in quadruplū
& huiuſmodi ut Exo . xxii . hoc non eſt de iure nature/ſed
ex inſtitutione & ideo non dicitur preceptum morale ſed
iudiciale & ſic eſt intelligendū de aliis determinationibus
iuris naturalis que non ſunt ſeruanda in lege noua ſicut
nec ſunt de iure nature ſed ex inſtitutione .

## Saulus

Licet iſta precepta tā cerimonialia ꝙ̄ iudicialia non ſint
de iure naturali/ſunt tamē ex inſtitutione diuina nō autem
humana/inſtitutiones autem diuine immutabiles debent
eſſe quia ut legitur .Nu.xxiiii. Non eſt deus ut filius ho/
minis ut mutetur & ideo doctores nr̄i dicunt ea eſſe per/
petuo duratura Unde Ra.moy.in libro de iudicibus .ti.
de regionibus in .ca.xi. ubi loquitur de meſſia ſic dicit lex
iſta .ſ. moſayca cerimonialia eius & iudicialia eius non ſunt
mutabilia inſeculū nec inſeculum ſeculi nec eſt addendum
ſuper ea nec diminuēdū & quicūꝙ addit uel diminuit uel
extrahit uerba preceptorū a ſenſu ſuo litterali indubie eſt
impius & epicurus /hec ille .

## Paulus

Leges a deo inſtitute mutari poſſunt ſine mutatione ip/
ſius dei inſtituentis ī prima enī etate ex inſtitutione diuina
nō erat hominibus licitum edere niſi de terra naſcentibus
ut habetur Gen. primo & tamē in ſecunda etate poſt dilu/
uiū fuit eis licitū cōmedere animalia ut habetur Gen. ix

UNIVERSIDAD DE SALAMANCA
GREDOS.USAL.ES

Ex quo patet ꝙ deus immutabilis manẽs ſtatuta ſua pro/
ut diuerſis cõgruit temporibus mutat Ex dictis autẽ mgr̃i
tui Ra.moy. non poteſt ſumi cõtra me efficax argumẽtum
ut ſepe dictũ eſt ſupra preſertim cũ in primo . ca .huius
diſtinctionis oſtẽſum ẽ ꝙ legi moſayce poſſet aliquid addi
uel diminui & etiã prout in .v.ca.oſtenſum licet in aliqui/
bus preceptis moſayce legis uideatur dici ꝙ ſunt perpetuo
obſeruãdã nõ tamẽ intelligendũ ẽ de perpetuitate abſoluta
ſed tantũmodo limitata ſecundũ durationem moſayce legis
pretaxatam ſunt etiam aliqui doctores tui antiquiores q̃
Ra.moy.qui dicunt expreſſe de quibuſdã preceptis ceri/
monialibus legis ueteris ꝙ non erat duratura imperpetuũ.
& ſimiliter eſt dicendũ de aliis.

## Saulus

Allega michi rogo illos doctores nr̃os hoc ſencientes .

## Paulus

In libro uereſith Rabba Gen.xli.exſponendo illiud Pſal.
Dominus ſoluit compeditos ſic dicitur omnis beſtia que
ĩmunda reputata ẽ ĩ ſeculo iſto .ſ. tẽpore legis Deus ſãctus
& benedictus faciet eã mundã ĩ futuro quẽadmodũ fuerũt
munda primitus filiis Noe quibus dictũ eſt Gen.ix.Sicut
olus herbe dedi uobis oĩa quẽadmodũ olus fuit mundus
omnibus ſic etiã omne animal & beſtia fuerunt munde eis
.ſ. filiis Noe ita quoq; ĩ futuro tempore deus erit abſolutus
quitquid prohibuit hec ille.Ex quibus patet ꝙ ſecundum
doctorem tuũ omnia prohibita in ueteri lege quod ab eis
uocatur ſeculũ .ı. ſeculũ legis moſayce erãt ſoluenda tẽpore
futuro .ſ. meſſie & idem dicendũ ẽ de aliis cerimonialibus
que non habent maiorem rationem manẽdi q̃ illa.

## Capitulum .xiii.

In quo oſtẽditur ꝙ fideles chriſti
nõ poſſunt eſſe redarguẽdi de trãſgreſſione precepti de ydo/
latria eo ꝙ adorant ſculptilia & ymagines contra iudeos
cõmuniter ydolatras eſſe exiſtimant .

## Saulus

Et ſi dimittamus loqui de cerimonialibus ſeu iudiciali/
bus dequibus poſſes aliqualiter ſubterfugere quomodo tñ
poſſes euadere manifeſtã tranſgreſſionẽ ur̃am circa quedã
precepta decalogi que temerarie inter uos non obſeruãtur
ymo uiolantur & non obſeruãtur a tuis fidelibus Decalo/
gus aũt fuit datus ſolemniter a deo ut ſupra per te fuit al/
legatũ & eius precepta perpetuo ſunt obſeruãda nõ enim
data fuerũt cũ aliqua limitatione tacita uel expreſſa ut patet
Exo .xx . ubi eorũ datio primo narratur ſecũdo Deut. ubi
ipſa datio decalogi a Moyſe repetitur .

## Paulus

Oſtende quomodo aliqua precepta decalogi a fidelibus
uiolantur ſeu non obſeruantur .

## Saulus

Duo precepta de principalioribus decalogi in prima ta/
bula cõtentis .ſ. preceptũ de prohibitione ydolatrie quod
apud uos ẽ primũ preceptũ apud nos uero ſecundũ Simi/
liter & preceptũ de obſeruatione ſabbati apud uos tercium
apud nos uero quartũ manifeſtũ eſt ꝙ tui fideles neutrum
eorũ ſeruant ſed ea cõmuniter & publice tranſgrediuntur.

## Paulus

Oſtende michi quod dicis primo de precepto ydolatrie
& cõſequenter procedamus ad preceptũ de ſabbato .

## Saulus

In precepto de prohibitione ydolatrie ſupradicto tria le/
guntur eſſe prohibita Vnũ eſt ꝙ nullus accipiatur in deũ
niſi ſolus deus Ille .ſ. qui eduxit populum Iſrabeliticũ de
Egipto ꝙ patet ſic Nã cũ dixiſſet Ego ſum dominus deus
tuus qui eduxi te de terra Egipti & ſtatim Nõ ſint tibi alii
dii corã me Secundũ ẽ ꝙ nullus faciat ſcupltile nec ymaginẽ
eorũ q ĩ celo ſunt nec in terra ⁊c quod patet cũ dicitur Nõ

VNIVERSIDAD DE SALAMANCA
GREDOS.USAL.ES

facias tibi ſculptile ꝛc Tertiū eſt ꝙ nichil taliū ſculptilium ſeu ymaginū adoretur quod patet cū ſequitur Nō adorabis ea neqꝫ coles quodlibet autem iſtorū triū tranſgrediuntur fideles tui manifeſte habent enī in deū chriſtum tuum Quiquidē licet cōcedatur ꝙ fuit meſſias / nō tamē ē ille deus qui eduxit populū Iſrahelliticū de Egipto Vnde manifeſtū eſt ꝙ recipiendo illū meſſiam in deū eſtis tranſgreſſores illius prohibitionis in qua dicitur Nō ſint tibi alieni dii corā me Itē eccleſie & oratoria ur̃a plena ſunt ſculptilibus & ſimucris atqꝫ hominū ymaginibus quod eſt manifeſte cōtrala prohibitionē ſecūdā in qua dicitur non facias tibi ſculptile Item predicta ſculptilia ſeu ſimulacra adoratis & colitis & ſic manifeſte trāſgredimini terciā prohibitionē ī qua dicitur Nō adorabis neqꝫ coles .

## Paulus

Preceptū de prohibitione ydolatrie in decalogo cōtētū obſeruatur a fidelibus prout decet obiectionibus tuis nō obſtāte Nā. habēdo chriſtū nr̃m in deū non tranſgrediūtur prohibitionē diuinā in qua dicitur Non ſint tibi aleni dii corā me Ipſe enim chriſtus ſecundū ueritatē catholice fidei ē uerus deus ſicut & uerus homo & ido ipſe ē qui eduxit populū iſrahelliticū de terra egipti ſimiliter qui creauit celū & terrā & legē dedit moyſi in monte ſinai / & ideo ſecundū deitatē ipſius ſecūdū quā omnia predicta ei cōpetūt ipſum habemus in deū nec habemus ſecundū hoc niſi unū deum & ſic non tranſgredimur predictā prohibitionē .

## Saulus

Audio uerba tua que tamē non cōprehenduntur ab intellectu humano / quomodo enī poſſet nō ſolū uerificari ſed etiā intelligi ſeu ymaginari / ꝙ una & eadem res ſit creator & creatura / finitū & infinitū & multa alia incompoſſibilia que in predicta aſſertione includuntur .

## Paulus

Certū ē ꝙ iſta que ad deitatem chriſti pertinēt tibi uidētur impoſſibilia ſed quia ut ſupra dixi tibi quia de hoc miſterio quod ſingularē difficultatē in credendis importat maxime apud te quia nōdū lumīe fidei es illuſtratus Infra eſt tractandū / ubi inter me & te ē agēdū de deitate chriſti Ideo ad preſēs de hoc ſuperſedeamus uſqꝫ ad propriū locū Sed de ſecundo in qua dicit nos tranſgreſſores eſſe ſecunde prohibitionis ī qua dicitur Non facies tibi ſculptile ꝛc Ex hoc ꝙ in oratoriis & eccleſiis noſtris ſunt ſimulacra ſculpltilia & hominum ymagines & huiuſmodi reſpōdeo tibi ꝙ illa prohibitio ſecūda de non faciendo ſimulacra & ymagines ordinatur in ſequentē prohibitionē .ſ. terciā in qua dicitur Non adorabis ea neqꝫ coles Facere enī ymagines uel ſimulacra non ad adorandū ea ſeu colendū ſed ad repreſentādū aliquā ueritatē utilē ad cōtemplādū de diuinis miſteriis ſeu miraculis / & de aliis ſimilibus que non inducunt errores ſed ad mores proficiunt non intelligitur eſſe prohibitū in hoc preceepto de prohibitione ydolatrie .

## Saulus

Littera ſimpliciter prohibet facere huiuſmodi ſculptilia etiā ſi nō adorētur neqꝫ colātur Non enim dicit Nō enim facies ſculptile ad adorādū / ſed preciſe prohibet Non facies ſculptile Vnde reſponſio tua non habet locum .

## Paulus

Si bene cōſideras neceſſe ē ut prohibitio de faciēdo ſimulacra & ymagines intelligatur modo predicto .ſ. ꝙ talia nō fiunt ut adorentur ſeu colantur cōſtat enim in fabricatione tabernaculi Exo. xxv. ꝙ duo cherubin erant ſupra propiciatorīū cum alis extenſis / quiquidē erāt in forma humana & mutuo ſe reſpiciebant & iſta erāt in ſancta ſanctorū in loco ſanctiori ceteris ubi dabantunr diuina reſponſa Vnde. Nu. .viii. ca. dicitur ꝙ cū egreſſus eſſet Moyſes in tabernaculū federis audiebat uocē loquentem ſibi de medio duorū cherubin Aduerte ſi igitur / ymagines humane ponebantur in

VNiVERSIDAD DE SALAMANCA
GREDOS.USAL.ES

loco tã ſanctiſſimo ubi ſedes dei repreſentabatur/quomodo poſſes dicere ꝙ fieri ymagines ſimpliciter prohibentur in decalogo Vnde oportet te cõcedere quod dixerã .ſ. ꝙ ſolũ prohibentur fieri ut adorentur ſeu colantur ut deus/non autẽ ſi alia ratione accomoda ſeu utili fiant.

### Saulus

Reſponſio tua nõ ualet/primo quia nõ probas ꝙ cherubin eſſent ymagines humane Secundo quia nõ oſtendis ꝙ tales ymagines .ſ. humane in illo loco aliquid utile ſpiritualitr repreſentarẽt.

### Paulus

Quod aũt ymagines illorũ cherubin eſſent humane habentes alas extẽſas in ſancta ſanctorũ ſatis declaratur .iii. Re.vii. ubi in ſabricatione templi legitur. Sculpſit quoq; in tabulatis illis que erant cherubin & leones & palmas quaſi in ſimilitudinẽ hominis ſtantis Et idem.ii. Paralipp. .iiii. Ex quibus patet manifeſte ꝙ cherubin erãt ymagines humane/& ĩ tranſlatione caldaica dicũtur iuuenes/& ſic habes primũ quod querebas Ad ſecundũ uero quod queris ut oſtendã tibi ꝙ tales ymagines ſpiritualiter repreſentarẽt Reſpondeo/quia quod propiciatoriũ repreſentabat ſedem dei & deus erat ibi quaſi loquens Moyſi ut dictũ ẽ Idcirco cherubin circũſtantes repreſentabant angelos qui aſſidue aſſiſtunt deo Vnde yſa.vi cũ dicitur Vidi dominũ ſedentem ſuper thronũ ⁊c̃ ſequitur/ſeraphin ſtabant ſuper eũ ſex ale uni/& ſex ale alteri Similiter & Dani.vii.ca. de deo dicitur Milia miliũ aſſiſtebant ei .ſ. angelorum Vnde ad hoc ꝙ Moyſes uel ſumus ſacerdos intrãs ſancta ſanctorũ eleuaret mentẽ ſuam in diuinorũ cõtemplatione cõueniens erat/ut eſſet ibi repreſentatio diuine maieſtatis ĩ propiciatorio quaſi ſuper thronũ ſedentẽ cũ aſſiſtentia angelorũ qui frequenter in ymagine humana cõſueuerunt apparere ut deſignetur eorũ intelligentia ſimiliter & cum alis ut deſignetur eorũ promtitudo & acceleratio ad exſequendũ diuina mandata

ut patet Dani. .ca.& in pſalmo dicitur Et aſcendit ſuper cherubin & uolauit ymagines autẽ leonum intra ſancta ſanctorum ponebãtur ut ſũmus ſacerdos illuc intrans ad orandũ haberet memoriã de regno iude quod erat principale ĩ Iſrahel Illa enim tribus portabat in uexillo ſuo leonẽ Vnde de Iuda dicitur Gen.xlix. Catulus leonis Iuda & ĩter orationes quas ſũmi ſacerdotes intrantes ſancta ſanctorũ faciebãt Vna de principalioribus ẽ. Nõ aufferatur ſceptrũ de Iuda ⁊c̃ ut habetur in libro Ionia In qua oratione pro perſeuerantia regni Iude orabat & etiã pro aduentu meſſie ibi enim dicitur Donec ueniat qui mittendus eſt & de illo uerificatur Surgit leo de tribu Iuda & ſic habes ꝙ ymagines ponebantur ĩ ueteri lege in loco ſanctiori & etiã rationes quas petis.

### Saulus

Si in ſculptilibus ſeu ſimulacris nõ prohibetur factio ſed ſola adoratio ſuffeciſſet hoc ſolũ prohibere dicẽdo/Nõ adores ſculptilia neq; coles ea/ſuperfluũ ergo fuit dicere Non facies tibi ſculptile ſi factio ſola ſculptiliũ nõ eſſet prohibita.

### Paulus

Non eſt ſuperflua illa probatio de factione ſculptilium quia qui facit ſculptile & illud adorat ẽ tranſgreſſor duorũ preceptorũ Si autẽ adorat ſculptilia iam facta que ipſe nõ fecit eſt tranſgreſſor unius precepti tantũ qui autẽ facit & non adorat nec cũ intentione adorandi hoc facit nõ ẽ trãſgreſſor alicuius precepti & ſic habes planũ ſecundũ harum prohibitionũ Ex quo non potes nos arguere de earũ trãſgreſſione Simulachra enĩ & ymagines que cõmuniter fiũt in oratoriis noſtris nõ adorãtur neq; coluntur ut deus ſed fiunt principaliter ad hoc ut hominibus perſertim ſimplicibus ad memoriã reducãtur geſta & facta ſanctorũ uirtuoſa ſeu meritoria ut inde excitẽtur ad laudẽ dei & ad eorũ imitationem hoc enim eſt perutile cõmuniter deſiderãtibus iuſte uiuere Vnde yſa.li.ca. Audite me q ſequimini iuſtitiã

& querentes dominū Intuemini Abraham patrē ueſtrū 2c
Si igitur cōſiderare ſeu intueri Abrahā oculo mentali con-
ſulitur ſeu precipitur a propheta ad ipſius Abrahe imita-
tationē depingere abrahā cū ymolatione yſaac perutile ē ad
reducēdū memorie uirtutē ipſius abrahe & eius obediētiā
ad deū Ex uiſis enī ſecundū philoſophū mouetur animus
Vnde ad iſtū finēm ymagines ſanctorū in eccleſiis noſtris
ponuntur ·ſ· ut eorū opera uirtuoſa memorie reducantur
Vt per hoc prouocentur homines ad ſanctorū ymitationē
non autē ponuntur ymagines predicte ad hoc ꝙ adorētur
ut deus.

## Saulus

Et ſi non ymagines ponantur in oratoriis ur̄is prout tu
aſſeris ad hoc ꝙ adorentur| adorantur tamen defacto ut ē
manifeſtū|& ſic eſtis tranſgreſſores predicte probibitionis
diuine in decalogo contente cōmuniter & frequenter.

## Paulus

Nō omnis adoratio facta creaturis ē probibita ſed ſolū
adoratio illa que ſoli deo debetur que apud nos uocatur
latrie ſi enī nulla adoratio poſſit licite creaturis fieri Abra-
hā amicus dei nō adoraſſet Ethis|quod tamē legitur feciſſe
Gen.xxiii.Neqꝫ Dauid qui fuit ſanctus adoraſſet Saulem
quod tamē fecit ut habetur primo Re.xxiiii. & ſic de aliis
multis Ex quibus cōſtat ꝙ aliqua adoratio poſſet fieri cre-
aturis & talis adoratio apud nos uocatur adoratio dulie
adoratio tamē latrie ſoli deo ē exhibenda nō autē creaturis
ī quātū ſunt creature & Ideo adoratio quā nos exhibemus
ſanctorū ymaginibus non eſt intelligenda adoratio latrite
ſed dulie que creaturis excellentibus poſſet ſine peccato ex-
hiberi ut patet exemplis predictis.

## Saulus

Video ꝙ indifferēter adoratis deum & ſanctorum ue-
ſtrorum ymagines|& quod durius eſt ꝙ crucem & ymagi-
nē crucifixi ur̄i ſumma adoratione adoratis ut ē manifeſtū

## Paulus

Vt clarius iſta ītelligātur|ſcire debes ꝙ adoratio latrie
principaliter cōſiſtit in corde ·ſ· cū homo cordialiter ſe ſub-
iciat deo ad herendo ei tanq̃ prime ueritati incredendis|&
tradendo ſe ſuis obſequiis ſeu preceptis in agendis|quod-
quidem uere ſit cū homo timorē dei filialē ſeu ſanctum in
corde habet|de qua adoratione dicit Pſal. Adorabo ad tē-
plū ſanctū tuum in timore tuo |talis enim adoratio mētalis
cū timore dei ſancto qui permanet in ſeculū ſeculi fit & in
hac principaliter cōſiſtit uera adoratio & quia naturale eſt
hominū ſignificare cōceptus ſuos interiores per aliqua ſig-
na exteriora Vnde philoſophus in primo Periarmenias
Voces ſunt earum que ſunt in anima paſſionū note Ideo
oportuit ut adoratio mētalis que principalis eſt per aliqua
ſigna exteriora manifeſtaretur utputa per īclinationes cor-
porales|uel genuflexiones & huiuſmodi quequidē ſigna
exteriora nō eadē ſunt apud omnes nec ubiqꝫ & ſemper
ſed diuerſa ſecundū diuerſitatē temporū & regionū uoces
enī ſeu locutiones diuerſe ſecūdum diuerſitates liguarū in
diuerſis temporibus ſeu regionibus idem cōceptus ſeu ſi-
miles ſignificant,& ſic eſt de adorationibus rxterioribus ·ſ·
ꝙ licet adoratio mentalis ſupradicta eadē ſit ſeu eiuſdē ra-
tionis apud omnes|adoratio tamē exterior que interiorem
ſignificat adorationem non eſt eadē ſed diuerſa ſecundum
diuerſitatē temporū & regionū Conſtat enim ꝙ reuerentia
que exhibēda erat locis ſacris tēpore antiquo ſignificabatur
per amotionē caltiamētorū ut habetur Exo.iii.& Ioſue.v.
Sed a magnis iam tēporibus talis reuerētia non exhibetur
locis ſacris Ratio huius diuerſitatis ē ꝙ ſigna exteriora nō
naturaliter ſed ad placitū ſignificant cōceptus interiores &
Ideo talia ſigna exteriora frequēter uariantur Vnde in pro-
poſito declinationes corporales ſeu genu flexiones que forte
aliquando ſignificabant adorationem latrie interiorē iam
a magnis temporibus non proprie hoc ſignificant ſed

VNIVERSIDAD DE SALAMANCA
GREDOS USAL

cōmuniter adorationem cōmunē tā latrie q̃ dulie Et ideo licite poſſunt fieri tales adorationes exteriores creaturis excellētibus ut ſanctis etiā potentibus ſalua tamē rectitudine intentionis in cōceptu interiori ſecūdū quā nūq̃ adoratio latrie ſupradicta debet fieri niſi ad ſolū deū & hoc obſeruatur ſeu ſemper debet obſeruari apud catholicos & ſic non debent notari de trāſgreſſione prohibitionis predicte ·ſ· nō adorabis ea 2c

## Saulus

Quod dicis de adoratione crucis & crucifixi que ut audiui a doctoribus tue gentis adorantur adoratione latrie & tamen cōſtat ꝙ non ſunt dii ergo per talē adorationem manifeſte tranſgredimini prohibitionē decalogi dicētis nō adorabis ea·

## Paulus

Inqualibet ymagine poſſunt duo cōſiderari Vnū ē quid eſt illa ymago ſecdūdū ſe Aliud uero quid repreſentat talis ymago Primo modo crux uel crucifixus ligneus ſeu metallinus & huiſmodi non adorantur nec debent adorari cū ſecūdū ſe ſint res elementales & corruptibiles Secūdo ſunt adorāda adoratione latrie repreſentant enī deū crucifixum de cuius deitate tractandum eſt inter me & te ut dictū fuit ſupra ī multis locis Vnde preſuppoſito ꝙ crucifixus ille quē repreſentat eſt uerus deus manifeſtū eſt ꝙ illa ymago ipſū repreſentans inquātū talis eſt adoranda ut ipſe deus eodē enim motu mouetur animus in repreſentanteme & repreſentatū inquātum ſecundo modo ſupradicto cōſideratur 2c

## Capitulum .xiiii. In quo oſtēditur ꝙ fideles chriſti non ſunt tranſgreſſores precepti de obſeruatione ſabbati prout hebrei falſe exiſtimant & ꝙ dies dominica ſucceſſit ſabbato in hac obſeruatione.

## Saulus

Duriſſimum eſt quod preſupponis ·ſ· ꝙ deus uerus fuit crucifixus ſed quia de hac deitatate tui meſſie te offers tractaturū placet michi tollerare donec illud inter me & te tractetur ſed ad preſens & ſi de fabricatione & adoratione ymaginū aliqualiter poſſes euadere nulla tamē terguerſatione celare poſſes quod eſtis manifeſte tranſgreſſores precepti de ſabbato quod ē quartū preceptum decalogi apud nos tertiū uero apud uos apud omnes tn̄ ultimū preceptū eſt prime tabule In qua precepta ordinaria ad deū ponuntur Cōſtat tamē ꝙ omnia opera ſeruilia tā mechanica quā alia ī die ſabbati operamini nulla mentione facta de ſanctitate illius diei tā ſolemniter in decalogo data & multipliciter ī penthateuco & aliis libris propheticalibus repetita.

## Paulus

Obſeruationi ſabbati ſuccedit apud nos obſeruatio dominice diei in qua nullū opus ſeruile licitum eſt facere nec mechanica opera ſeu laborioſa operari ſed ē dies aſſignata ad uacandū deo obmiſſis ſolicitudinibus mūdanis in aliis diebus cōſuetis & ſic nō ſumus huius precepti trāſgreſſores ſed potius preceptū illud adimpletur preſertim per deuotos fideles q ī feſtis ſeu diuinis ſolennitatibus nō ī uanitatibus ſeu theatris occupantur ſed diuinis laudibus atq̧ ſermonibus uacāt Illi autē q per oppoſitū ī huiuſmodi diuinis feſtis ſe habent non ſunt dicendi ſabbatorū obſeruatores apud te nec etiam apud nos.

## Saulus

Obſeruatio dominice diei que apud uos conſueuit fieri non poſſet de iure diuino ſuccedere ordinationi ſabbati in decalogo cōtente propter duo Primum quia dies ſabbati precipitur fieri in die ſeptima ut expreſſe habetur Exo.xx. & Deut.v.& in multis aliis locis Dominica autem dies eſt .viii.& ſic deficitis manifeſte in obſeruatione huius precepti quātū ad obſeruationis tempus Secundū ꝙ in obſeruatione ſabbiti prohibentur multa expreſſe in littera a quibus uos ī dominicis diebus nō obſtinetis Vt decoctio ciborū & itineratio que prohibentur expreſſe in ſabbato ut

habetur Exo.xvi. Similiter & icendere ignē que prohibētur i ſabbato Exo.xxxv. Vnde dato ꝙ obſeruatio dominice di/ei ſuccederet obſeruationi diei ſabbati/ adhuc deficitis i eius obſeruatione facientes illa que expreſſe prohibētur fieri in ſabbato.

## Paulus

Circa preceptū de obſeruatione ſabbati cōſiderare debes ꝙ hoc preceptū ad litterā intellectū/ non totū ē morale Vt ſic ſemper obliget ſecundū ſe totū ſed partim eſt morale & ſic obligat etiā in noua lege ſicut & cetera precepta legis mo/ralia/ partim uero cermoniale & ſic nō obligat i lege noua ſicut nec alia cermonialia quorū obligatio ut ſupra dictū ē terminatur ſecūdū durationē moſayce legis Illud enī eſt morale in hoc precepto .ſ. ꝙ homo deputet aliquod tēpus rōnale ad ſpirituale refectionē qua mēs hoīs in deo reficitur ſicut deputatur aliquod tempus ad corporalē refectionem uel ad alia humano corpori neceſſaria & hoc manet tēpore noue legis in obſeruatione diei dominice Quequidē dies deputata eſt ad hoc ut homo uacet ab omni opere ſeruili ut in deo ſpiritualiter reficiatur & hoc ſufficit ad moralita/litatē huiuſmodi precepti obſeruandi Cermoniale autē i hoc precepto ē determinatio tēporis in diē ſeptimā & quā/tū ad hoc nō obligat hoc preceptum i lege noua ſicut nec alia cermonialia moſayce legis ut ſupra dictū eſt Et ideo ad uacationem ab operibus ſeruilibus & refectione mentis in deū deputata fuit dies dominica ex inſtitutione eccleſie & cōſuetudine populi chriſtiani/ quequidē dies ſecundum ſtatum noue legis fuit tempus congruū ad huiuſmodi ob/ſeruationem magis quam dies ſeptima.

## Saulus

Quod alia dies preter ſeptimā inſtituta ſit ſeu deputata ad dei obſequium i loco ſabbati ſic ut dies ſabbati reuo/centur prophana & nō ſancta prout tu aſſeris nullomodo fieri poſſet propter duo Primū quia deus ipſe benedixit & ſanctificauit diem ſeptimā .ſ. diem ſabbati Gen.ii.ca.& hec fuit prima cōſecratio ſeu ſanctificatio a deo facta licet enim deus in operibus ſex dierū legitur aliquas creaturas bene/dixiſſe ut animalia & hominē non tamē legitur aliquā be/nedixiſſe & ſanctificaſſe niſi diē ſeptimā .ſ. ſabbati . Sancti/ficatio autem cuiuſcūq; rei cōſiſtit in eius deputatione & applicatione ad diuina obſequia Vnde Nu.xvi.ca. de deo dicitur Et ſanctū applicabit ſibi Nullus autē poſſet amo/uere hāc ſanctificationē quā deus ipſe ſanctificauit ut patet de ſe. Secundum quia ratio huius ſanctificationis a deo aſſignata adhuc manet in eodē uigore ſicut tunc/ quequidē ratio exprimitur ibidē .ſ. Gen. ſecūdo ubi ſic Et benedixit deus diei .vii.& ſanctificauit illum quia in ipſo ceſſauerat ab omni opere ſuo quod creauit Quequidem ratio huius ſanctificationis eiuſdē efficatie eſt etiā poſt aduentū meſſie ſicut prius & ideo manere debet eius effectus .

## Paulus

Ad primū reſpōdeo ꝙ non eſt incōueniens ꝙ alique res a deo ſanctificate reddantur prophane & eis ſuccedant in ſanctitate/ alie res/ primogenita enim fuerunt a deo ſancti/ficata ut habetur Exo.xiii.& loco eorū fuerunt ſanctificati Leuite Vnde Nu.iii. Locutus eſt dominus ad Moyſen dicens Ego tuli leuitas a filiis Iſrahel pro omni primoge/nito i filiis Iſrahel/ eruntq; leuite mei ꝛc & ſic patet ꝙ ſācti/ficatio primogenitorū per deū facta fuit in leuitas & ſimi/liter intelligendū eſt de ſanctificatione ſabbati.

## Saulus

Quod ſanctificatio a deo facta tranſſeat de uno in aliud ſic ꝙ una res ſuccedat alteri in ſanctificatione non ē incon/ueniens ſi utrūq; fiat per diſpenſationem diuinā ſicut & de primogenitis & leuitis per te allegatis Ipſe enim deus qui ſanctificauit primogenita tranſtulit eorū ſanctificationē ad leuitas prout patet per auctoritates per te allegatas/ ſed non

VNIVERSIDAD DE SALAMANCA

ſic eſt de ſabbato ꝙ deus legitur per ſe ſanctificaſſe & nuſq̄ legitur ſanctitatē ſuam deinde tranſtuliſſe in diē dominicā ꝙ autē dicis hanc tranſlationē fuiſſe ſanctā ex inſtitutione eccleſie tue & cōſuetudine populi chriſtiani manifeſtū eſt non ualere Inſtitutiones autē humane ſeu cōſuetudines / nō poſſūt diuinā legē ſeu ſanctificationē tollere ut ē manifeſtū.

### Paulus

Preceptū de ſanctificatione ſabbati quātū ad eius moralitatē non obligat obſeruantiā certe diei pluſq̄ alteris / ſed ſolū aliquā diem & ideo inſtituta aliqua die ad huiuſmodi ſanctificationē preceptū impletur prout eſt morale Vnde etiam non amouit ſanctitatē a die ſabbati ſed hec ſanctitas inquantū erat cerimonialis quo ad determinationē certi temporis fuit amota ſicut & alia cerimonialia Inſtitutio aūt diei dominice per eccleſiā & cōſuetudinē chriſtianā obligat ad dominice diei obſeruationē & in hoc eccleſia non tollit diuinā legē quod patet per tale exemplū Deus enim mādauit decimas dari de animabus naſcētibus Quodquidē preceptū obligat ad hoc ꝙ homo det de decē agnis unum .ſ. iſtū uel illū nō tamē obligat ad aliquē eorū determinatū Si autē homo unū eorum determinatum aſſignet & ſeparet pro decima tunc ille agnus ex tali aſſignatione humana eſt ſāctificatus tanq̄ decimatus deo nō tñ ex ui precepti quia ex ſolo precepto nullus agnus determinatus erat dandus in decima & ſic in propoſito .

### Saulus

Exemplū tuum non applicatur propoſito Nā deus certā diē ſanctificauit .ſ. illā ſeptimā in qua requieuit ab operibus ſuis / & ideo talis ſanctificatio nō poteſt amoueri ab eadem die per humanā inſtitutionē In decimis autē nō determinatur a deo que ſit illa pars que in decimā eſt aſſignāda / ſed hoc relinquitur humane aſſignationi / & ideo proprius accipitur exemplū ad ſignificationē ſabbati / de ſignificatione

primogenitorū ī qua deus determinauit ꝙ primo aperiēs uuluam eſſet ſanctificatū / & illud non poſſit in aliud mutari & ſic intelligi oportet in ſabbato in quo deus certā diem aſſignauit que nullomodo ī inſtitutione humana mutari debet.

### Paulus

Si bene cōſideras diem illā quā deus ſanctificauit fuit primū ſabbatum in quo primo ceſſauit deus ab operibus & illa nō poteſt mutari ſeu amota fuiſſe Alia uero ſabbata ſequentia non ſic fuerunt a deo proprie ſanctificata ſecūdū ſe ipſa ſed ī ſignum prioris ſabbati a deo ſanctificati Vnde cum dixiſſet Exo.xxxi. Cuſtodiant filii Iſrahel ſabbatū ⁊c̄ Subdit pactum eſt ſempiternū inter me & filios Iſrahel ſignū ꝙ perpetuū ſex eni diebus dn̄s fecit celū & terrā & in ſeptimo ab opere ceſſauit Exquo patet ꝙ ſabbata que fuerūt poſt primū ſabbatū nō fuerunt ſanctificata niſi inſignum prioris ſabbati Quodquidē ſignum perficitur per hoc ꝙ una certa dies determinata poſt ſex dies aſſignetur in ſignum primi ſabbati in quo deus requieuit Ad quodquidē ſignū ſatis ſufficit dies dominica aſſignata per eccleſiā ad uacandū deo poſt ſex dies ad labores humanos deputatos Vnde primum ſabbatū quod legitur in deſerto celebratum fuit .vii. die a deſcenſu manne quiquidem deſcenſus non legitur fuiſſe in prima die ebdomade.

### Saulus

Non ſufficit ad hoc ſignū dies dominica per tuā electionē aſſignata Hec enim dies ē .viii. a prima die in qua deus incepit opus creationis nō autē .vii. deus tamē ſeptimam ſanctificauit / cuiquidē diei ſanctificate correſpōdent omnia ſabbata ſequētia ſucceſſiue / oīs eni ſunt ſeptime cōputādo ab exordio mūdi.

### Paulus

Si bene cōſideras primū ſabbatū quod legitur in deſerto celebratū non fuit .vii. dies correſpondens primo ſabbato quod fuit in mundi exordio / prout tu dicis ſed fuit ſeptima

UNIVERSIDAD DE SALAMANCA

dies a deſcenſu manne Quiquidem deſcenſus non legitur incepiſſe ī prima die ebdomade Vnde ſic.vii. dies cōputata a prima die deſcenſus manne cōcurrat cū die ſabbati in primo exordeo ſanctificatiſſimo probabilius ꝉ poſſet dici ꝙ dies prima in qua manna deſcendit non fuit prima dies ebdomode que dicitur una ſabbatorū Nā in primis ueſperis illius diei deſcendit cōturnix & ſaturati ſunt carnibus ut habetur Exo.xvi Cōſtat aūt ꝙ ſi illa ueſpera eſſet ueſpera ſecunda diei ſabbati non eſſet eis licitū occidere cōturnices & parare eas Exquo patet ꝙ dies immediate precedens deſcenſu manne non fuit dies ſabbati & per cōſequens prima dies in qua manna deſcendit nō fuit una ſabbatorū Ex quo patet ꝙ primū ſabbatū ī deſerto celebratū non fuit correſpondens primo ſabbato quod a deo fuit ſanctificatū Ex quo ſequitur ꝙ in obſeruatione precepti de ſabbto ſufficit obſeruare ſeptimā diem poſt ſex dies laboris etiā ſi nō correſpondent ad primum ſabbatū mūdi quod etiā patet ī ſabbato terre de quo Leuit.xxv .Sabbatiſet terra ſabbatū domino|ſex annis ſeres agrum tuum ⁊c̄ ſeptimo autem anno ſabbatum erit terre requietionis domini Idem de ſabbato remiſſionis Deut .xv . In quibus manifeſtū eſt ꝙ talia ſabbata non correſpondent primo ſabbato mūdi quod a deo fuit ſanctificatū Nōne enim deus in ſex annis creauit mundū & in ſeptimo requieuit|correſpōdent tñ in ratione ſeptenarii ·ſ· in memoriā creationis mūdi In qua deus poſt ſex dies operationis requieuit in ſeptimo|& ſic poſt ſex annos culture eſt ſeptimū requiei terre|uel remiſſionis debitū & hoc ſufficit obſeruare ad memōriā creationis habendā ſine hoc ꝙ ſabbata correſpondeāt primo ſabbato prout tu exiſtimas .

## Saulus

Secundū te ſufficeret ad obſeruātiā ſabbati cōputare ſex dies incipientes a quacūqꝫ feria ſiue eſſet prima ſiue ſecūda ſiue tertia & huiſmodi & ſeruare ſeptimā diē tanq̄ ſabbatū quod eſt abſurdū quia ſic unus celebraret ſabbatū in die lune Alius in die martis & ſic de aliis.

## Paulus

Si cōtingeret ꝙ aliquis homo exiſtens in partibus ualde remotis uel ex aliqua alia cauſa neſciret neqꝫ poſſet ſcire que dies eſſet in qua tota cōmunitas celebraret diem ſabbati teneretur poſt ſex dies laboris qualitercūqꝫ cōputatos celebrare .vii.diē ut ſabbatū & ſic determinatur a doctoribus tuis prout Ra.moy. in.iii.libro ſui Deut.tit.de ſabbato ponit|ſed ſcientibus cōputationē cōmunē tocius plebis non licet aliā ſibi facere ſeorſum ſed ſeruare ſabbatū ab omnibus celebratū Aliter enim eſſet magna cōfuſio & diſſenſio in celebratione ſabbati .

## Saulus

Quare ergo fideles tui fecerunt ſibi nouā cōputationem incipiendo cōputare ſex dies operatiuos a ſecunda feria ut ſic ſabbatū celebrarent in die dominica cū tamē tempore tui meſſie cōputabantur hi ſex dies a die dominica que dicitur prima ſabbatorū ut in multis locis patet tui euangelii Vnde igitur proceſſit talis nouitas in hac cōputatione cum ipſi ſciebant cōputationē ebdomade cōmunē totius plebis & ſic non licebat eis facere aliā nouā ſed ſabbatū ſeruare ab omnibus celebratū|ex hac enim nouitate ſequitur magna cōfuſio & diſſēſio ut tu dicis ī huiuſmodi obſeruatione.

## Paulus

Ratio autē huius quare dies dominica ſucceſſit in obſeruatione ſabbato talis eſt Nā obſeruatio ſabbati nō ſolū fuit ī memoriā creationis mundi prout Exo. xx.dicitur ſed etiā in memoriam eductione de ſeruitute egipciaca prout habetur in dialogo repetito Deut.v.ubi ſic dicit Memento ꝙ & ipſe fueris in Egipto & eduxerit te inde dominus deus tuus in manu forti & brachio extenſo Idcirco precepit tibi ut obſeruares diem ſabbati Sed cōſtat ꝙ in diebus meſſie non erat facienda memoria de eductione Egipti

VNIVERSIDAD DE SALAMANCA

propter reuerentiã maioris liberãtionis que per meſſiã erat
facienda Vnde Iere.xvi ca. Ecce dies ueniẽt dicit dominus
& nõ dicetur ultra uiuit dominus qui educit filios Iſrahel
de terra aquilonis zc̃ Quequidẽ prophetia non poteſt ue-
rificari de tẽpore liberationis a captiuitate Babilonica pro-
ut quidã erronee putauerunt Nam in templo ſecũndo cele-
bratur agnus paſcalis in memoriã eductionis ab Egipto
ut patet ĩ libro talmudico qui dicitur Petahym Vbi tracta-
tur de agno paſcali ſed intelligẽda eſt neceſſario de tempore
meſſie in quo Iſrahel erat liberãdus a multo maiori ſeruitute
quã a ſeruitute Egypciaca intantũ ꝙ iam redemptio egip-
ciaca non erat memoranda Vnde quia ſabbatũ primũ .ſ.
antique legis in memoriã eductionis de Egipto ĩ parte erãt
celebratũ Quequidẽ memoria erat caſſanda tẽpore meſſie
ut dictũ eſt Idcirco tranſlatũ fuit de die illa .vii ad ſequẽtẽ
diem & hoc cõuenienter Nam prima ſabbati eſt dies .viii.
cõputãdo a primo dierũ omniũ| ſex autem dies operatiui
ſignant ſecundũ omnes preſens ſeculum in quo nos opor-
tet laborare |quodquidẽ ſeculũ diuiditur in ſex etates huius
mũdi prout Ra.mo. gerundiẽſis ponit in prohemio Gen.
Sabbatũ uero ſignificat .vii.etatem que eſt ſeculũ futurũ
ĩ quo anime beatorũ in deo requieſcunt quod doctores tui
talmudici uocant ſeculum quod totum eſt ſabbatũ |octaua
uero dies .ſ. dominica ſignificat .viii.etatem.ſ. reſurgentiũ
Quequidẽ reſurrectio in cepit a noſtro meſſia in una ſab-
batorũ que eſt dies dominica & ideo proprie & rationabi-
liter celebritati ſabbatine| ſucceſſit celebritas dominice diei
ex inſtitutione eccleſie & cõſuetudine populi chriſtiani ĩ hoc
enim celebratur memoria creationis mundi Nam ĩ qualibet
ſeptimana una tãtũ dies dominica celebratur|& ſic memoria
creationis mũdi in qua in ſex diebus deus fecit omnia &
in ſeptimo requieuit|manifeſte proteſtatur Et iterum quia
dominica eſt octaua a primo dierũ omniũ & in ipſa reſur-
rectio incepit Vnde dictum eſt & ſic in eadem reſurrectio

celebratur in qua eſt ultima & perfecta requies.

## Saulus

Quicquid ſit de iſta ſucceſſione unius ſabbati ad aliud
quid poteſt dicere in modo obſeruationis in quo dies do-
minica debuiſſet ſuccedere ſecundũ te & tamen non ſic fit
Nã opera que expreſſe prohibebantur in ſabbato Vt ha-
betur Exo. xvi.& in aliis locis tanq̃ licita|non uere mini-
facere in diẽ dominicã quã ſuccedere aſſeritis ſabbato.

## Paulus

Opera que prohibẽtur ĩ lege fieri in ſabbato ut decoctio
ciborum & egreſſio de loco & huiuſmodi manifeſte perti-
nẽt ad cerimonialia que ĩ lege noua nõ obligãt Vt dictũ eſt
ſupra Illud autẽ eſt morale ĩ obſeruatione ſabbati .ſ. ceſſare
ab operibus ſeruilibus |quequidem opera ſeruilia proprie
intelliguntur opera peccati Nã ut oſtenſum ẽ ſupra Sub-
iectio ſpiritualis per quã homo ſubditur peccato maior eſt
quam ſeruitus corporalis Vnde facere opera peccati in die
dominica grauius eſt quã in die prophana Dicuntur etiã
opera ſeruilia quibus unus homo ſeruit alteri & hec ſunt
opera corporalia que ſi ſunt talia ut impediant applicationẽ
hominis ad diuina non ſunt licita in lege noua|quia con-
trariãtur obſeruationi ſabbati que proprie conſiſtit in ua-
cando deo Opera aũt corporalia que deſeruiunt hominũ
neceſſitatibus cõmunibus & nõ cõtrariantur predicte ob-
ſeruantie & decoctio ciborũ & huiuſmodi non intelliguntur
prohibita niſi cerimonialiter |& ideo in lege noua nõ ob-
ligant quia talium duratio non tranſſit ultra ſeculum mo-
ſaice legis ut iam dictum eſt.

**Capitulum** .xv. In quo oſtenditur ꝙ preceptum de
circumciſione corporali non obligat fideles chriſti ſicut
iudei falſe exiſtimant |ſed ceſſat cum aliis cerimonialibus
ueteris legis.

VNIVERSIDAD DE SALAMANCA

## Saulus

Circumciſio que fuit data Abrahe & ſemini eius nõ ſubiacet ſeculo moſayce legis in duratione Nam Abrahe data fuit per magnum tempus ante dationẽ legis Gen.xvii.nec debet cõputari cum cerimonialibus moſayce legis in durarratione/ſed eius duratio manere debet durante fide Abrahe cui data fuit in ſignũ federis Quequidẽ fides .ſ. Abrahe adhuc durat etiã ſecũdũ te & ideo manifeſtũ ẽ quod fideles tui precepti de circũciſione ſunt tranſgreſſores preſertim cũ mgr̃ tuus circũciſus eſt & etiã appoſtulus tuus poſt paſſionẽ tui meſſie circũcidit quẽdã ſuũ diſcipulũ Exquo manifeſte patet ꝙ circũciſio durare debet etiã poſt tuã legẽ nouam.

## Paulus

Verum ẽ ꝙ circũciſio data fuit Abrahe & ſemini eius in ſignum federis/nõ in iuſtificationem/nõ enĩ Abraham per circũciſionẽ iuſtificatus ẽ nec etiã per circũciſionẽ eſt a deo cõfederatus Nã añ circũciſionẽ fuit per fidẽ iuſtificatus Vnde habetur Gen.xv.ubi dicitur de eo Credidit deo & reputatũ ẽ ei ad iuſticiã /& de eo ſic iuſtificato legitur ibidẽ In die illa pepegit dñs cũ Abrahã fedus ꝛc̃ Ex quo patet ꝙ dictũ eſt Abrahe autẽ iã ſic iuſtificato & cõfederato cũ deo/data fuit circũciſio ĩ ſignũ huius federis & hoc ẽ quod dicitur Gen. xvii.Circũcidetis carnem prepucii uñ & erit ſignũ federis inter me & uos Vnde non ẽ incõueniens ut manẽte fide Abrahe eius ſignũ ceſſet/ſi cauſa ſubſit rationalis Non enĩ in ſigno predicto iuſticia Abrahe & ſeminis eius cõſiſtit ſed in fide ipſius .

## Saulus

Nõ uideo que uel qualis eſſet ratio qua ſignũ per ipſũ deũ Abrahe datũ ceſſare debeat manẽte re prĩcipali cuius ſignũ ẽ ſ.fides.

## Paulus

Eadem cauſa qua cerimonialia moſayce legis debuerunt ceſſare poſt aduentũ meſſie ut dictũ fuit ſupra per eandem debuit circũciſio ceſſare Nam preceptum de circũciſione manifeſtum ẽ non eſſe morale/non enim de dictamine naturalis rationis ẽ ꝙ homo circũcidat ſe in ſignũ uere fidei Alias enĩ Noe iuſtus & alii iuſti ſeu ſancti qui preceſſerũt Abraham fuiſſent rei/quia non fecerũt circũciſionẽ Vnde hoc preceptum licet datũ fuit Abarhe reputatũ tamẽ fuit in lege moſayca inter cetera cerimonialia legis Vt dicitur Leuit.xii. ca. hoc preceptũ ponitur inter quedã legalia que circa puerũ natũ debebant fieri Vnde idẽ ẽ iuditiũ de omnibus illis quãtũ ad eorũ durationẽ ſ.ꝙ nõ debet excedere durationẽ moſayce legis ſupradictã / chriſtus tñ cuſtodiuit hoc preceptũ ſicut & cetera Quia non uenit ſoluere legem ſed ad implere Mat.v.ca.Similiter & Paulus circumcidit Thymotheum diſcipulũ ſuum poſt paſſionẽ chriſti & ante diuulgationẽ euãgelii/quia in illo tempore intermedio cerimonialia legis potuerunt obſeruari ſine peccato mortali preſertim ubi imminebat periculũ de nõ obſeruando ſicut erat in diſcipulo illo eo ꝙ eſſet filius iudee que adhuc non erat in formata de ceſſatione legaliũ ſicut & multi alii qui tunc erant ad fidem cõuerſi Paulus tñ non circũcidit Tytũ quia ex utroqꝫ parente gentilis erat & ideo non imminebat ſcandalũ in eo de obmiſſione circũciſionis Et circa hoc aduertere debes/ꝙ ſicut dictũ eſt ſupra ꝙ bona promiſſa per chriſtũ ſunt ſpiritualia/ſic circũciſio ĩ lege chriſti nõ ceſſauit ex toto ſed loco circũciſionis corporalis que ſolũ cerimonialis ẽ nullã habens utilitatẽ ſpiritualẽ niſi ĩ quãtũ procedebat ex obedientia dei/ſucceſſit circũciſio ſpiritualis que accomoda ẽ & ualde perutilis & ĩ ſcripturis magis cõmẽdãda.

## Saulus

Dic que ſit illa circũciſio ſpiritualis que magis cõmẽdatur in ſcriptura quam circũciſio corporalis.

## Paulus

In ſcripturis ſacris legũtur diuerſe circũciſiones quarum quedã ſunt corporales /& quedã ſpirituales Corporalium

VNIVERSIDAD DE SALAMANCA

enim una eſt de qua agimus .ſ. incircũciſio mẽbri uirilis de qua Gen.xvii. Maſculus cuius preputii caro circumciſa non fuerit delebitur anima illa de populo ſuo Eſt etiam ſecũda corporalis .ſ. incircũciſio labiorũ per quã impeditur a recta & aperta locutione de qua Moyſes dicebat Exo. .vi. Quomodo audiet me Pharao/cũ ſum circũciſus labiis Eſt etiã tertia ĩcircũciſio & eſt ſpiritualis per quã homo impeditur a ſuſceptione auditus fidei ſeu diſcipline & iſta dicitur incircũciſio auris de qua Iere.vi Cui loquor & conteſtabor ut audiat / ecce incircũciſe aures eorũ & audire non poſſunt Eſt etiã quarta incircũciſio & eſt ſpiritualis & iſta dicitur incircũciſio cordis per quã homo per iniquas cogitationes cordis impeditur a dilectione dei/contra quam incircũciſionem legitur Deut.xxx.ca. Circũcidet dominus cor tuum/& cor ſeminis tui ut diligas dominũ ex toto corde Conſtat autẽ ꝙ ex iſtis circũciſionibus ſpirituales ſunt deteriores Deterius enim eſt ꝙ homo non ſuſcipiat fidẽ dei uel eius diſciplinã ſeu ꝙ retrahatur ab eius dilectione q̃ ꝙ habebat labia impedita a recta locutione/uel mẽbri uirilis incircũciſione Vnde Iere. propheta increpans populũ Iſraheliticũ eis dicebat Omnes gẽtes ſunt incircũciſe & omnis domus Iſrahelitica incircũciſi corde. q.d. Iſrahel deterioris conditionis factus eſt quãtum ad incircũciſionẽ q̃ gẽtiles Nã gentiles ſunt incircũciſi corporaliter .ſ. ĩ menbro uirili ſed domus Iſrahel ſunt incircũciſi ſpiritualiter .ſ. in corde per quã impediuntur a diuina dilectione & cuſtodia mandatorũ dei Ex quibus habes ꝙ in noua lege licet ceſſauit circũciſio corporalis que non erat in aliquo bona niſi ĩquãtum precepta/ſucceſſit tamen circũciſio ſpiritualis que longe utilior eſt .ſ. circũciſio cordis Et nota ꝙ adminiſtratio circũciſionis corporalis que in tua gente remãſit poſt chriſtũ adminiſtratur ſic turpiter per doctrinã phariſaicã que ẽ ualde ignominoſa & preter mentẽ littere ueteris teſtamẽti in qua precipitur circũciſio prout Raymũdus mortuũ in

ſuo pugione .ca. large declarat ꝙ hic cauſa breuitatis pretermittitur.

## Capitulum .xvi in quo oſtenditur quomodo intelligẽdũ ſit illud uerbũ Malach ultimo memẽtote legis Moyſi ſerui mei ꝛc̃

### Saulus

Tota ratio tua ad excuſationẽ circũciſionis corporalis fiende ĩ noua lege fundatur principaliter in hoc ꝙ precepta moſayce legis .ſ. cerimonialia & iudicialia non obligabant ĩ noua lege ſed hoc ẽ falſum manifeſte Nã Malachias qui fuit ultimus prophetarũ .ue.te. in ultimo .ca. ſue prophecie ubi agit de aduentu meſſie .d. Ecce ego mitto angelũ meum ꝛc̃ ſubdit uerſus finẽ illius .ca. Memẽtote legis Moyſi ſerui mei quã mãdaui ei ĩ Oreb ad omnẽ Iſrahel precepta/alias cerimonia & iudicia Ex quo patet ꝙ precepta iudicialia remanebãt adueniente meſſia & per cõſequens cerimonialia Idẽ enim eſt iuditium de utriſq; quãtũ ad hoc etiã ſecũdũ te

### Paulus

Ad iſtam auctoritatẽ reſpondetur tibi ꝙ aliud eſt dicere ſeruate ſeu cuſtodite legẽ moyſi ſerui mei & aliud eſt dicere Mementote legis Moyſi ſerui mei Primũ enĩ dictum importat cuſtodiã preceptorũ legis ad quã requiritur facere ea que in lege precipiũtur & uitare ea que in lege prohibentur Secundũ uero dictũ importat memoriã legis habendã ad quam non requiritur predicta obſeruantia ſeu cuſtodia preceptorũ ſed ſufficit habere memoriã de lege in mente ad eius ſpiritualem intelligentiã legis per eius memoriam inuitat non autẽ exhortatur ad eius obſeruãtiam Si enĩ propheta ad obſeruãtiã legaliũ perpetuo exhortaretur utiq; dixiſſet ſeruate ſeu cuſtodite legem moyſi quod nõ dixit / ſed mementote legis moyſi in quo intelligitur quod dictũ eſt Et nota ꝙ hec differentia inter cuſtodiã preceptoꝝ & memoriam eorũ habere ponit Ra. moy. gerundienſis in exſpoſitione ſua ſuper penthatheucũ ſuper illud uerbũ Exo.

VNIVERSIDAD DE SALAMANCA
GREDOS.USAL.ES

.xx. Memento ut diem ſabbati ſanctifices & illud uerbũ
Deut.v. Obſerua diem ſabbati dicens ꝙ primũ uerbũ eſt
preceptum affirmatiuum quod ſolũ importat memoriam
ſabbati habendã| & ſecundũ uerbum ē preceptũ negatiuũ
de abſtinēdis ab omnibus a quibus abſtinēdũ ē in ſabbato
Et ſic predicta auctoritas Malachie magis facit contra te
Innuitur enī in ea ꝙ memoria iudicialiũ legũ & huiuſmodi
ſufficit poſt aduentũ meſſie ſine eorũ cuſtodia Poteſt etiam
aliter reſponderi ad tuam obiectionem Nam cũ Malachi/
as licet fuiſſet ultimus prophetarũ.ue.te. fuit tamē ī primo
tempore templi ſecundi a quo tempore uſq; ad christum
fluxerunt pluſq̃.cccc.anni in quibus obſeruanda erat lex
moſayca Vnde etiam ſi dixiſſet Obſeruate legē Moyſi zc hec
uerba intelligerentur implenda ī toto tempore illo.cccc. an/
annorum quod tempus reſtabat futurum uſq; ad tempus
meſſie & in illo tempore indubie lex moſayca erat ſeruanda
quãtum ad omnia ī eadem cōtenta ſicut fuerat ante tēpore
dationis ipſius legis

**Diſtinctio** Nona deſtrutinio ſcripturaum circa ſacrũ
miſterium ſancte trinitatis & continet .xvii. capitula.

In Capitulo primo oſtenditur ꝙ unitas dei credenda eſt
apud catholicos prout teſtimonia ſcripturarum teſtantur
licet iudei aliter eſtimant de fidelibus.

In ſecundo.ca oſtenditur ꝙ ī diuinis ſecundũ ſcrutinium
ſcripturarum ueteris teſtamēti credendũ ē eſſe aliquã plu/
ralitatem realiter diſtinctã ſimul cum unitate eſſentie.

In.ca.iii. oſtenditur ꝙ autoritates ueteris teſtamenti per
quas pluralitatem diſtinctam in deo eſſe ſimul cum unitate
eſſentie teſtãtur non ſunt exſponende prout iudei hoc falſe
exiſtimant ut ueritatem catholice fidei negare poſſint.

In .iiii.ca. oſtenditur ꝙ ex auctoritatibus ſacris ueteris
teſtamenti non tantum pluralitas ſine alicuius numeri de/
terminatione deo attribuitur ſed etiam in deo oſtenditur
pluralitas ſub trino numero.

In .v.ca. oſtenditur ꝙ etiã a doctoribus antiquis hebre/
orum hoc miſterium traditur licet non ita ex preſſe ſeu per/
fecte ſicut a noſtris doctoribus.

In.ca.vi. oſtenditur ꝙ non repugnat naturali rationi ꝙ
una & eadem res ſit trina & una.

In.ca.vii. oſtenditur ꝙ generatio ſeu paternitas & filiatio
que in diuinis eſſe dicuntur non ſunt intelligenda ſecundũ
modum infinitarum creaturraum ſed ſecundum ſimilitu/
dinem ſupernarum .ſ. intellectualium a quibus etiam ſi/
militudo accepta deficit a repreſentatione perfecta diuinoꝝ

In .ca.viii. oſtenditur ꝙ primo in his procedendum eſt
ut per ſcrutinium ſcripturarum cognoſcimus an in diuinis
ſit generatio & deinde an hec ueritas in ſacra ſcriptura re/
perta poſſit per rationes humanas impungnari quodquidē
ſcrutinium cum magna diligentia & deuotione agendũ eſt.

In .ca.ix. oſtenditur ꝙ in diuinis eſt filius genitus & pa/
ter generans & hoc per auctoritatem Pſal. dicentis Do/
minus dixit ad me filius meus es tu ego hodie genui te
non obſtantibus iudeorum cauillationibus.

In .ca.x. oſtenditur ꝙ generatio in diuinis credenda eſt
eterna ex auctoritate Pſalmiſte dicentis de filio dei Erit no/
men eius inſecula & ante ſolem ibit nomen eius Non ob/
ſtantibus hebreorũ cauillationibus .

In capiutulo Vndecimo oſtenditur ꝙ deus qui creauit
ſeu formauit uniuerſa habet filium |auctoritate Prouerbio/
rum Triceſimo Capitulo Vbi dicitur|quod eſt nomen eius
& quod nomen filii eius ſi noſti | non obſtantibus cauil/
lationibus Hebreorum .

In Capitulo Duodecimo oſtenditur ꝙ ſpiritus ſanctus
eſt alia perſona in diuinis preter perſonam patris & filii
ex auctoritate Pſalmiſte dicẽtis Verbo domini celi firmati
ſunt zc |non obſtantibus Hebreorum cauillationibus.

Iu Capitulo Tredecimo oſtendiur ꝙ in diuinis eſt tertia
perſona .ſ. ſpiritus ſanctus Auctoritaee yſaie .xl.viii. ubi

VNIVERSIDAD DE SALAMANCA
GREDOS.USAL.ES

dicitur Et nunc dominus miſit me & ſpiritus eius quibuſdam Hebreorum cauillationibus non obſtantibus.

**In capitulo** Quartodecimo exponitur auctoritas yſaie ſupradicta extenſe ut ex illa ſane intellecta intentum probetur ſupradictum.

**In capitulo** Quindecimo oſtenditur per alias auctoritates ꝙ ſpiritus ſanctus eſt deus|contra Hebreos qui ſpiritum ſanctum in ſcripturis contentum dicunt eſſe creaturam .& ſpecialiter exponitur ibi illud uerbum Geneſis primo Spiritus domini ferebatur ſuper aquas.

**In capitulo** Sedecimo oſtēditur ꝙ per hoc quod dicitur In principio creauit deus|intelligendum eſt ſapientia a deo concepta per quam deus mundum creauit.

**In capitulo** Decimoſeptimo ponūtur quedā obiectiones Iudeorum contra ueritatem generationis|quam fides catholica profitetur eſſe in diuinis quequidem obiectiones ſoluuntur in cuius fine declaratur|quod in preſenti tractatu Vbi ſolum agitur de ſcrutinio ſcripturarum non eſt tractādum de omnibus difficultatibus que ad hoc miniſterium pertinent.

**Capitulum** Primum In quo oſtenditur ꝙ unitas dei credenda eſt apud catholicos prout teſtimonia ſcripturarum teſtantur licet iudei aliter exiſtimant de fidelibus

## Saulus

Video ꝙ ſentis circa innouationem diuine legis & quia ſupra inter nos fuit ordinatum ꝙ conſequenter de his que chriſtus tuus fuerat locutus cōtra excelſum tractaremus .ſ. contra unitatem dei prout fuerat prophetatum de cornu paruulo Danielis Septimo Capitulo quod adaptatur chriſto tuo ut ſupra dictum eſt Idcirco conuenit ꝙ de hoc ad preſens diſſenciamus.

## Paulus

Dic mihi ubi inueniſti ꝙ magiſter meus Chriſtus cōtra deū excelſū fuiſſet locutus qm̄ tn̄ nō credo ꝙ reperire poſſes

## Saulus

Immo ipſū & ſuos diſcipulos per ſuā doctrinā ſeductos manifeſte reperio. loquētes contra deum excelſū & primo ſic. conſtat enī per ſcrutiniū ſcripturarū ꝙ uerus deus qui celum & terram creauit. & populū ſuū de Egypto eduxit. et legē in mōte Synai dedit. quē omēs ſācti p̄triarche coluerūt. unū eſſe. non multos ſeu plures. unde Moyſes hanc fidē uolens populo Iſrabelitico firmiter docere. cum eſſet in ultima etate uite ſue. Deut. vi. ca. Audi Iſrahel dn̄s deus tuus unus eſt. hanc ueritatē etiā teſtantur omnia ſacra eloqa ī quibus omīa diuina nomīa tā ſubſtācialia q̄ adiectiua ſeu appellatiua. ſēper ſūt ſingularis numeri. Vt cū dicitur. Dn̄s deus omnipotens & huiuſmodi. propriū autē nomen dei eſt .ſ. thetragramaton. De quo. Exo. iii. hoc eſt nomen meum ineternū. non ſolū eſt ſingularis numeri. ſed in tali forma poſitū ē ī hebreo quod nō poſſet multiplicari ut patet cuicunqꝫ in illa lingua perito. hoc etiam patet de uerbis quibus ſacra ſcriptura utitur in diuinis. Vt cum deus loquitur tanq̄ ī prima perſona. uel cū de deo aliquis loquitur tanq̄ ſecunde perſone|uel cum de deo quis loquitur tanq̄ de tertia perſona. In ſingulis predictis ſemper tales locutiones fiunt per uerba ſingularis numeri. Exemplum primi. Vt cū dicitur. Exo. xx. Ego ſum dn̄s deus tuus qui eduxi te de terra Egypti|&. Deu. penult. ca. Videte ꝙ ego ſum & nullus alius preter me|Exemplū ſecūdi|ut cum adam alloquēs deo. Gen̄. iii. dicebat. uocē tuam dn̄e audiui in paradiſo. Exemplū tertii. In principio creauit deus celum & terram In q̄bus locutionibus & in ceteris omnibus nunq̄ in ſacra ſcriptura deus alicui loquens uel ipſi deo loquens aliquis. Vel de eo loquitur quis niſi per uerba ſingularis numeri.

UNIVERSIDAD DE SALAMANCA
GREDOS.USAL.ES

Exquo manifeſte inſinuatur unitas ſeu ſingularitas ipſius
dei hanc etiã ueritatẽ non ſolũ ex ſacre ſcripture teſtimoniis
ſed etiã ex ratione naturali philoſophi cõgnouerũt tamẽ ex
ſolo dictamine naturalis rationis primã cauſã que non niſi
deus eſt unã eſſe aſſeruerũt & ſimpliciſſimã ille ergo qui deũ
ſiue primã cauſam totius entis trinũ eſſe fatetur ſiue trinã in-
dubie contra excelſũ loquitur. & ideo tibi ſupra dicebam ꝙ
illud cornu paruulũ de quo legitur Danielis. vii. ca. ꝙ lo-
quitur uerba contra excelſũ uere & proprie intelligi debet de
Chriſto tuo qui contra unitatẽ dei ĩ ſcripturis aperte traditã
& per dictamẽ naturalis rationis inuentã expreſſe locutus
eſt modo predicto.

## Paulus

Non te oportebat laborare ad probandũ mihi unitatem
dei Veritas enim catholice fidei oms fideles Chriſti obligat
ad credendam unitatem dei Primus enĩ articulus fidei nr̃e
hoc teſtatur Dicimus enĩ in ſimbolo nr̃o Credo in unũ deũ
Vnde quicunqꝫ unitatẽ dei negaſſet tanꝗ hereticus a conſor-
tio fidelium eſſet eiciendus & ideo de hoc nõ oportet te me-
cum diſputare.

## Saulus

Et ſi ore qñqꝫ cõfiteamini dei unitatẽ cum hoc tñ dicis ꝙ
deus ſit trinus ita ꝙ tres aſſerit eſſe diuinas perſonas diſtic-
tas ꝙ ẽ manifeſte contra diuinã unitatẽ Impoſſibile enĩ eſt
aliquid eſſe unũ & tria & ideo confeſſio ur̃a de unitate dei ẽ
uana cum ſimul cum hoc trinitatem in deo aſſeritis.

## Capitulum Secundũ In quo oſtenditur ꝙ in diuinis ſecundum ſcrutiniũ ſcripturaꝝ. ue. te. credendum eſt eſſe aliꝗ pluralitatem diſtinctam ſimiliter & unitatẽ eſſentie.

## Paulus

Non eſt inconueniẽs ꝙ aliquid ſit unũ ſecundũ aliquid
utputa ſecundũ eſſẽtiam & tñ ſint plures in perſonis & hoc
oportet cõfiteri de deo ſecundũ teſtimoĩa ſcripturaꝝ Si enĩ
diligenter circa hoc ſacra eloq̃a ſcrutatus fueris manifeſte
repenes ꝙ ſicut in deo unitas eſt confitenda ſic etiam attri-
buenda eſt in diuinis pluralitas ꝙ manifeſte patet ſacra
teſtimoĩa ſcrutãti.

## Saulus

Indica mihi rogo teſtimoĩa ſacra ĩ qbus hoc quod aſſeris
reperitur oppoſitũ enĩ huius ĩuenio pro ut iam tibi dixi.

## Paulus

Per illa quibus tu conatus es mihi oſtẽdere unitatẽ dei
per ipſamet poſſes ĩtelligere pluralitatẽ ĩ deo eſſe confitendã
ꝙ patet primo ĩ nominibus ſubſtãtiuis que de deo dicuntur
In quibus ſacra ſcriptura pluralitatẽ deo attribuit Vt mani-
feſte patet de hoc nomine Heloym quod eſt nomen plurale
iſtius noĩs Heloah Conſtat enĩ unicuiqꝫ linguã hebraicam
ſcienti ꝙ hoc nomẽ Heloah ſignificat ſingulariter deũ ſicut
hoc nomẽ deus ſignificat in lingua noſtra Similiter ꝙ hoc
nomẽ Heloym ſignificat idem ꝙ dii in nr̃a lingua manifeſtũ
eſt autẽ ꝙ ſacra ſcriptura loquẽdo de deo eũ multociẽs uocat
Heloym Vt cum dicitur In principio creauit deus celum &
terram Ibi enĩ ubi nos habemus deus in hebraico habetur
Heloym ꝙ ſignificat dii & ſub iſto nomĩe Heloym quod eſt
plurale huius nomĩs Heloah nominatur deus ĩ toto opere
ſex dieꝝ & in ꝗ plurimis locis ſcripture ſacre Ex quo patet
ꝙ per nomĩa ſubſtantiua ſignificatur deus in ſcriptura ſub
nomĩe plurali Idẽ ĩuenitur ĩ nomĩbus appellatĩs Vt eſt hoc
nomẽ ſãctũ & hoc nomen uiuus uel uiuẽs Que quidẽ nomĩa
de deo legũtur ĩ ſcripturis ſacris ĩ plurali numero dicta Vnde
Ioſue ultimo ca. propheta loquens de deo dicebat populo
Non poteſt ſeruire dño qm̃ Heloym ſãcti eſt Non enĩ dixit
Heloym ſanctus ſed Heloym ſancti. ꝙ idẽ ſonat ſicut aput
nos dii ſancti Item. Iere. x. de deo dicitur Ipſe enim Heloym
uiui & rex ſempiternus ꝙ idem ẽ ac ſi dicat dii uiui eo ꝙ He-
loym ut dixi ſignificat idem ſicut dii in lingua nr̃a & licet in
trãſlatione nr̃a iſta nomina ponãtur in ſingulari .ſ. deus ſan-
ctus & deus uiuus ĩ hebraica tñ ueritate ut noſti in plurali

ponitur ut dictũ eſt Ex quibus habes manifeſte ꝙ in ſacra
ſcriptura deus nominatur ſub nominibus plurals numeri
tam in ſubſtantiuis nomibus q̃ ĩ appelatiuis .

## Saulus

Ex biis que allegas nõ habes intentũ Nam ĩ qualitatibus
auctoritate de biis per te allagatis reperies ꝙ illa noĩa diuĩa
tã ſubſtãtiua q̃ appellatiua regũtur per uerba ſingularis nu-
meri in quo manifeſte euacuatur tua probatio Nam ſi in-
tẽtio ſacre ſcripture fuiſſet pluralitatẽ deo attribuere ſic noĩ-
nibus diuinis pluralitatẽ ſignificãtibus coniunxiſſet uerba
pluralis numeri pro ut congruitas locutionis requirit ꝙ tñ
non fecit Nam cũ dicitur In principio creauit deus licet ly
deus ponatur in plurali ut dicis tñ hoc uerbũ creauit ſingu-
laris numeri eſt non enĩ dixit creauerũt ſed creauit In quo
denotatur ꝙ licet Heloym ſignificet idem ꝙ dii tñ non ẽ ibi
pluralitas ponẽda nõ enĩ dixit creauerũt ſed creauit Simi-
liter in illa autoritate quã allegas de Ioſue dicẽte de deo He-
loym ſancti eſt manifeſtũ ẽ ꝙ hoc uerbũ ẽ eſt ſingularis nu-
meri non enĩ dixit Heloym ſancti ſunt ſed Heloym ſancti ẽ
& ſic euacuatur tua probatio Idem dicẽdũ de illa auctoritate
Iere . Vbi dicitur Ipſe eſt Heloym uiui Non enĩ dicitur ipſi
ſunt Heloym uiui ſed ipſe eſt In quo manifeſte demõſtratur
ꝙ non eſt ibi pluralitas ſed ſola unitas per uerbũ ſingulare
ſignificata .

## Paulus

Si recte conſideras hec euaſio tua non euacuat rationem
meam ſed eam etiam fortificat nam fides nr̃a catholica non
ſic confitetur pluralitatẽ ĩ diuinis ꝙ unitatẽ eſſencialem ex-
cludat Vt iam tibi dixeram ſed cũ unitate in eſſentia plura-
litatẽ ĩ perſonis profitetur quã ueritatẽ auctoritates per me
allegate teſtantur que in nõibus pluralitatẽ deſignat & in
uerbo unitatẽ & ſic manifeſte cũ ueritate fidei nr̃e cõcordat
& hoc patet ĩ prima autoritate totius ſacre ſcripture quã tibi
allegaui ·ſ· In prĩcipio creauit deus ⁊c̈ In hoc enĩ ꝙ deus ſub

plurali numero ·ſ· Heloym denominauit oñditur pluralitas
in diuinis In hoc autẽ ꝙ ſingulare appoſuit cum ſubiungit
creauit manifeſte oñditur unitas eſſentie preſertim cũ hoc
uerbum creauit includit uerbum eſſẽtiale ·ſ· eſt uel fuit creãs
& ſic manifeſte denotatur eſſencialis unitas in pluralitate
ꝙ omnino conſonat ueritati fidei noſtre .

## Saulus

Antiqui noſtri ſepe fuerũt ĩpungnati ab hereticis ſibi con-
temporaneis uolẽtes unitatẽ dei ſubuertere per iſtas nomi-
nationes diuinas que ſub plurali numero qñꝙ in ſcripturis
ſacris reperiũtur ſed nr̃i conuincebant eos ex ſingularitate
intellecta in uerbis que talibus nominibus adiungebantur
Vnde ratione huius dicti In principio creauit Heloym celũ
& terram Vbi Heloym ponitur quod ſignificat deũ in plu-
rali Interogauerũt heretici ut legitur in quadam gloſa anti-
qua ſuper Geñ . a quodã doctore antiquo nomine . Ra . cã-
lay ꝙ dii creauerũt mundũ quibus rñdit Ego & uos quera-
mus a lege non eſt ſcriptũ Sed In principio creauit dii ⁊c̈ &
ſic tacuit hereticus . hec ille Ex quo patet ꝙ ex ſingularitate
iſtius uerbi creauit cõuictus fuit hereticus uolẽs inpũgnare
unitatẽ dei per hoc ꝙ non nominatur Heloym ·i· dii & iſto
modo inueniuntu q̃plurima dicta ĩ geſtis doctorum noſtro-
rum que cauſa breuitatis obmitto .

## Paulus

Licet ex dictis mgr̃oꝝ tuoꝝ non poſſes aliquid cõtra me
concludere ut ſepe dictũ eſt tñ in hoc uolo tibi oñdere ꝙ ea
que dicũtur hic per tuos mgr̃os non faciunt contra me ſed
potius pro me Ad quod attendere debes ꝙ multi fuerunt
heretici qui credebãt plures deos eſſe in mundo diſtinctos
ſecundũ naturam uel eſſenciã ꝙ eſt omnino falſũ etiã ſecun-
dum ueros philoſophos fide carẽtes et iſti tales heretici uo-
lebant ex hoc nomine Heloym per quod frequẽter deus no-
minatur ĩ ſcripturis errorẽ ſuũ concludere ·ſ· ꝙ eſſent multi

VNiVERSIDAD DE SALAMANCA
GREDOS.USAL.ES

dii diſtincti ſecundũ eſſentiam Vnde contra hunc errorem ſufficiẽter reſpondebãt mgri tui oñdentes ꝙ cũ talibus no/minibus pluralis numeri dictis frequẽter de deo cõmuni/ter ſemper adiungebãtur uerba ſingularis numeri manifeſte oſtendebatur ꝙ non erãt multi dii natura differentes qa ſic oportet uerba pluralis numeri adiũgere talibus noĩbus in plurali ſignificantibus . ſi enĩ pluralitas eſſencialis ſeu ſub/ſtantialis eſſet in diuinis Ita proprie uerba pluralis numeri de deo dicerentur ſicut & nomina pluraliter ſignificantia ſicut cum aliquis loquens de ſorte uel platone ſimul aliquid ſatientes per uerba pluralitatẽ ſignificãtia loqui debet dicẽ/do . hii homines ſunt tales . uel talia operantur . ꝙ tñ ſacra ſcriptura maxime euitat de deo loquẽdo Nam ſicut nominat deum pluraliter in nominibus ad deſignandũ aliquam eſſe in deo pluralitatẽ . non tñ adiungit uerba pluralia ſed tantũ uerbum ſingularis numeri ad denotandum ſingularitatem ſeu unitatẽ diuine eſſencie . & Ideo ſi bene attendis : reſpõ/ſio mgroꝝ tuoꝝ ſicut uere euacuat errorẽ hereticoꝝ multi/tudinẽ deoꝝ ponentium . ſic uere fortificat uel probat fidei catholice ueritatem Que quidem fides ueriſſima : ut iam tibi dixeram nõ multitudinẽ ſeu pluralitatẽ deoꝝ ponit Abſit . ſed ueram unitatẽ dei fatetur & tñ aliquã pluralitatẽ ĩ diuinis aſſerit conformiter ad allegatas auctoritates ĩ qbus uerba ſĩgularis numeri cõiũgũtur noĩbus pluralitatẽ ſignificãtibus

## Saulus

Auctoritates predicte quas pro te allegas nõ conformãtur tue fidei . fides enĩ tua ut ſepe audiui a doctoribus & mgris tuis licet pluralitatem deo attribuat non tñ confitetur ꝙ ſint plures dii . ſed tñ unus deus Per auctoritates autem ſupra/dictas plures dii dicuntur . cum enĩ dixit In principio crea uit Heloym Idem eſt ac ſi diceret In principio creauit dii . ut dictum eſt per te quod eſt manifeſtum contra te ſecundum ꝙ negas ꝙ ſint plures dii .

## Paulus

Verum dicis in hoc ꝙ ſecundũ ueritatẽ catholicã nõ eſt concedẽdum ꝙ in diuinis ſint plures dii & hoc cum uerbo ſubſtantiuo pluralis numeri ſed bene conceditur pluralitas in diuinis cum uerbo ſingularis numeri Vt cum dicitur ꝙ deus eſt trinus . nam per ſingularitatem uerbi eſſencialis . unitas eſſentie ſaluatur & ſic eſt in omnibus auctoritatibus per me allegatis ĩ qbus omĩbus uerbũ eſſenciale ſingularis numeri ponitur uel aliud uerbũ ĩcludẽs uerbũ eſſentiale .

## Capitulum Tertium in quo oſtẽditur ꝙ auctoritates ue . te . per quas pluralitatem diſtinctã in deo eſſe ſimul cũ unitate eſſẽcie teſtãtur nõ ſũt exponẽde pro ut iudei hoc falſe eſtimãt ueritatẽ catholice fidei negare poſſint .

## Saulus

Quomodo pñt iſta a ratione naturali comprehendi . uel quid magis naturali rationi contrariari poſſet q̃ ꝙ una & eadem res ſimpliciſſima una tñ res ſit . & plures . certe & ſi hoc ſcriptura ſacra manifeſte traderet potius eſſet exponẽda q̃ credẽda cũ due ueritates adinuicẽ cõtrariari non poſſũt .

## Paulus

Licet poſſem concedere tibi ꝙ hoc miſterium ſ . ſancte trinitatis a ratione naturali cõprehendi non poſſet cum hoc excedat naturalẽ hominis racionẽ . nullo tñ modo cõceden/dum eſt ꝙ predictũ miſterium cõtrariatur naturali rationi humane . licet enĩ una & eadẽ res non poſſet eſſe tñ una & plures hoc autẽ ĩtelligendũ ẽ cũ una & eadẽ res ſecũdũ idẽ dicatur eſſe una & plures . nõ autẽ cũ non ſecundũ idẽ una dicatur & plures Vnde homo ẽ quoddã unũ ſecundũ ſup/poſitum non tñ ſecundũ partes integrales ſeu eſſẽciales & licet hoc exemplum diuinis ex toto non cõpetat . ubi nulla pars ẽ alicuius totius . eſt tñ ſufficiens ad excludendã rati/onẽ tuã In qua dicis ꝙ cõtrariatur rationi naturali humane

VNIVERSIDAD DE SALAMANCA
GREDOS.USAL.ES

eandē rem eſſe unā & plures. cum etiam hoc inuenitur in ipſis creaturis In hoc autē ꝙ dicis ꝙ etiam ſi ſcriptura ſacra manifeſte traderet ꝙ deus ē unus. & ꝙ ē pluralitas ī deo ꝙ hoc non ē credendū. ſed potius exponēdū. quero a te quomodo hoc poſſes exponere ſine hoc ꝙ ſacre ſcripture manifeſte contradicis.

## Saulus

Hoc poſſum exponere prout antiqui noſtri expoſerunt quaſdā auctoritates que uidebantur aſſerere aliquā pluralitatē ī diuinis prout habetur in libro qui dicitur Canhedrin & etiā ī uereſith rabba. & ī aliis locis. ubi dicitur. ꝙ omīs locus in quo dicitur Heleymon ·ſ· deus quia ſignificat aliq̃ pluralitatē intelligitur ipſe deus. & domus iudicii ſui & ſic expoſuerunt illud quod dicitur Oſee primo Et domui Iude miſerebor & ſaluabo eos ī dn̄o deo ſuo. ī q̄ auctoritate quia non dicitur Et domui Iude miſerebor & ſanabo eos in me apparet ꝙ ſit alius ille q miſeretur. & alius ille qui ſaluat Similiter cum dicitur. çach. ii. Ego ueniens & habitabo in medio tui. ait dn̄s & applicabūtur multe gentes ad dominū ꝛc In qua auctoritate cum dicit Ego ueniēs & habitabo in medio tui debuiſſet dicere. & applicabūtur gentes multe ad me ſed quia dicit ad dn̄m apparet ꝙ ſit alius ille deus ueniens ad habitandum in medio Iheruſalem & alius ille ad quē applicabūtur gentes & ſic uidetur eſſe pluralitas in deo & ſunt q̃plurime auctoritates iſto modo loquentes in ſacra ſcriptura. ad cuius incouenientiā tollendā expoſuerūt ꝙ deus in ſimilibus locis ſacre ſcripture intelligitur: non ſolus deus. ſed ipſe & domus iudicii ſui| & ſic intelligitur ꝙ illa pluralitas non eſt attribuenda deo ad quē pertinet ſumma unitas & ſimplicitas. ſed ad domū iudicii ſui qui ſunt ſummi āgeli beati qui ſemper aſſiſtūt deo| & iſto modo ſequēdo ueſtigia ātiquorum nr̄oꝝ poſſum reſpondere ad auctoritates per te allegatas ad oſtendendā pluralitatē in deo ·ſ· ꝙ pluralitas ī auctoritatibus illis intellecta non ē attribuēda ipſi deo ſoli | ſed deo & domui iudicii eius qui ſunt plures ut dictū eſt

## Paulus

Si bene ſcrutaris ſcripturas nullo modo poſſes ſubterfugere ab auctoritatibus per me allegatis per illā expoſitionē Si eni cum dicitur In prīcipio creauit Heloym celū & terrā ꝛc pluralitas intellecta per illā dictionem Heloym exponas domum iudicii ipſius dei. ſequeretur ꝙ deus & domus iudicii ſui mundum creauerunt & ſic non ſolus deus eſſet creator mūdi ſed deus & domus iudicii eius quod eſt hereticū etiā aput te Et ſimiliter ſi illud ꝙ dicitur. Iere. x. Ipſe ē Heloym uiui & rex ſempiternus exponas de deo & de domo iudicii eius |ſequeretur ꝙ domus iudicii ipſius dei eſt rex ſempiternus totius mūdi quod etiā ē contra fidē tuam teſtante ſcriptura Deu. iiii. ca. Scito ergo hodie & cogita in corde tuo ꝙ dn̄s ipſe eſt deus in celo ſurſum & in terra deorſū & non ſit alius. unde auctoritates per me allegate que pluralitatem deo attribuūt. non pn̄t intelligi niſi de deo tm̄ non autē de domo iudicii eius ſeu āgelis eius. ut predictū eſt. niſi forte per domū iudicii dei intelligātur perſone diuine que ſunt ipſe deus ſecundū ueritatem fidei noſtre. & ſic de eis prout ſūt unus deus proprie uerificatur. In principio creauit deus ꝛc. unde ſi ſic exponis ceſſat contentio inter me & te q̃tum ad hoc. Si autē per domū iudicii aliquid extrinſicū deo intelligis tunc nullo modo poſſet ſaluari auctoritas predicta. ut dictū eſt.

## Saulus

Scriptura ſacra ſepe loq̄tur de deo more humano. & ideo qn̄q; attribuit deo ea que proprie deo non cōpetūt. ut cum dicitur. Geñ. xi. ca. Deſcendit autē dn̄s ut uideret ciuitatē & turrī ꝛc. & Geñ. xviii. ca. Deus dicebat Abrahe Deſcēdam nunc & uidebo unum clamorē ꝛc. In quibus tamen manifeſtū ſit ꝙ deo non cōpetit deſcenſus. ſicut nec motus localis oportet hoc ītelligere ſecūdū morē humanū homines enī uolentes de aliquibus dubiis certificari condeſcendunt

VNiVERSIDAD DE SALAMANCA GREDOS.USAL.ES

ad particularitates reꝝ diſcuciendas ſeu inueſtigandas . ꝙ
deo non competit proprie ſed ſimilitudinarie tm̃ . unde in
propoſito licet deus ſolus mundũ creauit . ponitur tamẽ in
creatione mũdi hoc nomẽ Heloym . quod ſignificat plurali-
tatem in deo ut ĩtelligatur ꝙ deus creauit mundũ cum cõ-
ſilio domus iudicii eius ſicut in humanis . illa que cum cõ-
ſilio magnoꝝ fiunt creduntur ſapientius ſeu prudentius
fieri Vnde ex hac pluralitate non cõcluditur niſi illud ꝙ di-
citur prouer . iii . ca . Dñs ſapientia fundauit terram ſtabili-
uit celos prudẽtia . ſapientia illius erũpunt abiſſi ꝛc̈ . hoc eſt
dicere ꝙ creatio mũdi fuit facta cum maxima prudentia ſeu
ſapientia dei ſic ut illud quod cum magno conſilio & de-
liberatione ſic dicitur eſſe prudentiſſime factum .

## Paulus

Licet uerum eſt ꝙ qñq; ſcriptura ſacra loqtur de deo mo-
re humano hoc tñ fit ſemper ad tollendos aliquos errores
de deo in quibus multi fuerũt ſeducti . non autẽ ad dandã
occaſionẽ extendendi errores circa deum . unde quia circa
prouidẽtiã diuinã erga gubernationẽ humani generis mul-
ti errauerunt antiqui & etiam hodie errant exiſtimantes . ꝙ
deus nõ habet curã de regimĩe humãi generis ſecũdũ iuſti-
tiã prout quidã dicebãt . unde dicitur Iob xxii . Super car-
dines celi ambulat & nr̃a non conſiderat . Idcirco ad ãmo-
uendos huiuſmodi errores ſcriptura loquitur de deo ſicut
de homine qui diligenter ſollicitus eſt ad inquirendã ueri-
tatẽ alicuius facti & ideo dicit Deſcendã & uidebo & huiuſ-
modi . Similiter ut oſtendat ꝙ deo diſplicent hoĩm pecca-
ta & cum ȥelo iuſtitie procedit ad eoꝝ punitionẽ . attribuit
deo iram ſeu furorẽ metaphorice dicendo Ignis ſuccenſus ẽ
in furore meo / & ſic de ſimilibus / ſed ad hoc quia deus mũ-
dum creaſſet ſapienter & prudenter non expediebat dicere
ꝙ cum cõſilio domus iudicii extrinſici mundũ creauerunt
hoc enĩ preberet ſcandalũ erroris in cordibus audientiũ qui

ex hoc eſtimarent deum indiguiſſe alioꝝ conſilio / ſatis enĩ
ſufficiebat dicere ꝙ deus ſapientia fundauit terrã pro ut in
prouerbiis . & non attribuere deo defectum indigentie con-
ſiliarioꝝ . quia ut ait philoſophus in . iii . ethi . Conſiliamur
in magnis quaſi de nobis ipſis diffidentes ꝙ de deo aſſerere
eſſet maximum inconueniẽs . & ſic reſponſio tua non ſufficit
ad ſaluandũ pluralitatẽ attributam deo in creatione mundi
Item ad aliam auctoritatẽ allegatã Iere . x . nihil facit reſpõſio
tua . nulla enĩ bona doctrina ſequitur ex hoc ꝙ domus iudi-
cii dei ſi ſit aliquod extrinſicũ a deo dicatur Ipſe eſt dii uiui
& rex ſempiternus .

## Capitulum Quartũ in quo oſtenditur ꝙ ex auctori-
tatibus ſacris ue . te . non tm̃ pluralitas ſine alicuius numeri
determĩatiõe deo attribuitur ſed etiã oñditur ĩ deo eſſe plu-
ralitas ſub trino numero

## Saulus

Adhuc in predictis non reſpondes mihi ad illam auctori-
tatem Deu . vi . contentã . ſ . Audi Iſrahel dominus deus tu-
us unus eſt In qua auctoritate ſola unitas dei oſtẽditur . &
docetur quod eſt contra modum probationis tue ſuperius
dictum .

## Paulus

Immo in hac eadẽ auctoritate trinitas cũ unitate ĩnuitur
tria enĩ noĩa ſignificãtia deũ cũ unitate ipſius in hac aucto-
ritate continẽtur . nõ enĩ dixit . Audi Iſrahel dñs deus tuus
unus eſt . uel Audi Iſrahel deus unus ẽ quodlibet enĩ iſtoꝝ
trium modoꝝ loquẽdi poterat unitatem ſignificare magis
conformiter ad oppoſitionẽ tuã . ſed hoc non fecit . nã ter
deum nominauit cum unitate . & ſic illa auctoritas quam
allegas pro te magis facit pro me .

## Saulus

Replicatio illoꝝ trium nominũ deum ſignificantium in
predicta auctoritate intelligenda ẽ ad maiorẽ cõfirmationẽ
ſententie Sepe enĩ in ſcripturis ſacris fit unius & eiuſdem

repetitio ad maiorē firmitatem ſententie . & ideo ī hoc loco
ſic intelligi debet replicatio diuinorum nominū cum unitate
quaſi diceret firmiter & firmus & firmiſſime tene ꝙ deus eſt
unus

## Paulus

Periculū ponendi pluralitatē ī deo eſt apud te maximū
ſicut etiā apud nos aſſerere multitudinē deoꝝ nephandiſſi-
mum eſt . & ideo ſecundū te nullo modo debuiſſet ſcriptura
occaſionē dare ad attribuendā pluralitatem in deo ꝙ tñ fe-
cit ter nominādo in unitate ad confirmādū autē ſentētiam
unitatis ſuffeciſſet replicatio firmitatis ſentētie ſicut ī aliis lo-
cis & ex hoc non preberet occaſionem credendi trinitatē in
unitate quod apud te nephas ē Sed ad rei ueritatē aucto-
ritas predicta ter nominando deū tria ſuppoſita diuina de-
monſtrant & includendo unus eſt unitatem diuine eſſentie
oſtendit . quod ad propoſitū meū facit non autem pro te &
in aliis locis ſacre ſcripture ſimiliter reperies ·ſ· repetitionē
trinam ter nominādo deum . ubi ſola una nominatio ſuffe-
ciſſet & hoc ad inuendū ſancte trinitatis miſterium .

## Saulus

Declara mihi illa loca ſacre ſcripture ubi talis repetitio
trina diuini nominis reperitur ubi ſola una nominatio dei
ſuffeciſſet .

## Paulus

Obmiſſis multis cauſa breuitatis que ad hoc faciunt tria
tm̄ loca oſtendā tibi In quibus ſolemniter hec repetitio trina
diuini nominis ubi tm̄ una ſuffeciſſet primo numeri . vii . c .
Vbi deus precepit ſacerdotibus . ut ſub certa forma bene-
dicerent populum inuocādo nomen diuinum ſuper eos &
dicitur in predicto capitulo in principio illius precepti . Sic
benedicetis filiis Iſrahel . & in fine dicitur & inuocabūt ·ſ·
ſacerdotes nomen meum ſuper filios Iſrahel . ego autem
benedicam eos · Ex quo patet ꝙ illa bn̄dictio ſacerdotalis
ſolemnis conſiſtebat inuocando nomen diuinum ſuper
populum . quequidē poſitio ſeu inuocatio nominis diuini

ni in eodem capitulo declaratur . precipiebatur fieri per tri-
nā repetitionem diuini nominis ſub hac forma ·ſ· Benedicat
tibi dominus . & cuſtodiat te . oſtendat dn̄s faciem ſuā tibi
& miſereatur tui . conuertat dn̄s uultum ſuum ad te . & det
tibi pacem inuocabunt nomē meum zc̄ Circa quod attende
O Saule ꝙ in iſta benedictione ſolum ſuffeciſſet una inuo-
catio diuini nominis . dicēdo . Benedicat tibi dn̄s . & cuſto-
diat te . oſtendat faciem ſuam tibi . & miſereatur tui . con-
uertat uultum ſuum ad te & det tibi pacem . ſic enī dicendo
manifeſtum eſt . ꝙ omnes particule huius benedictionis
referuntur ad dn̄m primo nominatum & ſic uidetur ꝙ ſe-
cunda & tertia repetitio diuini nominis erat ſuperflua ꝙ
inconueniēs eſt dicere in forma tam ſolemnis benedictiōis
a deo ordinata In operibus enī nature que a deo ordinātur
nil ſuperfluum inuenitur diligenter inueſtiganti rationem
eorum multo magis in eis que a deo ordinantur immediate
Vnde trina repetitio in hoc loco referenda eſt ad trinitatem
diuinarum perſonaꝝ quarum quelibet ē deus & dn̄s & ſic
forma predicte benedictionis fuit perfecte ordinata ut no-
men diuinum perfecte inuocaretur ſuper filos Iſrahel per
trinam repetitionem ipſius nominis .

## Saulus

Trina repetitio diuini nominis in benedictione ſacerdota-
li contenta proprie referri potet ad pluralitatē benedictionū
que ibi continētur . non enī ſolū ibi eſt una benedictio ſed
plures Dicitur enī ibi Benedicat tibi dominus . & cuſtodi-
at te . oſtendat faciem ſuam tibi . & miſereatur tui zc̄ unde
quia plures benedictiones dabantur . non eſt incōueniens
ꝙ pluries nomen diuinum repeteretur .

## Paulus

Si repetitio iterata nominis diuini ī predicta benedicti-
one contēta deberet referri ad particularis ipſius bn̄dictiōis
pluralitatē tunc non ſufficeret trina repetitio diuini nominis

VNIVERSIDAD DE SALAMANCA

plures enim ſunt particule huius benedictionis q̃ tres . ut patet in lr̃a ſupra allegata Sed quia non iuxta numerum particulaꝝ benedictionis ſupradicte facta eſt repetitio nominis diuini . ſed trina tm̃ concludendo in fine ponat̃ ſeu inuocent nomẽ meum ſuper filios Iſrahel In quo oſtenditur ꝙ nomẽ diuinũ per trinã repetitionẽ exprimitur manifeſtũ ẽ ꝙ trina repetitio nõ reſpicit numeꝝ particulaꝝ bñdictionis tui numero adequatur ſed potius reſpicit pluralitatem trinã que eſt ĩ diuinis cum unitate eſſentie quam ſignificat unitas nominis . & hoc cum dicit Imponant nomen meum Non enim dicit nomina mea ut oſtendat eſſentie unitatem unum enim nomen uni rei competit .

## Saulus

Licet predicta auctoritas non eſt omnino efficax ad probandum intentum tuum tamen dic mihi ſi habes aliã ſimilem huic in qua ter diuinum nomen repetatur ubi unum tantum ſuffeciſſet .

## Paulus

Iſaye vi . Vbi de illa ſolemni uiſione Iſaye agitur cum dicitur Vidi dominum ſedentem ſuper ſolium excelſum ⁊c̃ propheta referens ꝙ ſeraphin ſtabant ſuper deum cum certo numero alaꝝ & huiuſmodi . in quibus demonſtratur illius uiſionis magna ſolemnitas de illis ſeraphin qui ſumũ gradum tenent inter agmina angeloꝝ teſtatur propheta ꝙ clamabant alter ad alteꝝ . & dicebant · Sanctus ſanctus ſanctus dominus deus ſabaoth ⁊c̃ In qua auctoritate attendenda eſt illa trina repetitio huius nominis ſanctus . quod totum deum denominat . & nihil aliud magis proprie in hac trina repetitione poteſt intelligi q̃ trinus numerus perſonaꝝ in quo nulla eſt inequalitas ſicut ĩter ſignificata unius nominis ſanctus ad aliud & tamen de omnibus tribus dicit Dominus deus ſabaoth ac ſi dicat hii tres unum tantum ſunt nec dicendum ẽ ꝙ hec trina repetitio huius dictionis ſanctus fit ad maiorem firmitatem ſententie quia ut

prius tibi dixi . ſi nulla pluralitas eſſet in deo . talis repetitio eſſet ualde periculoſa Item pſalmiſta in pſalmo Deus miſereatur nr̃i ter inuocat nomen dei ad eundem effectũ . dicit enĩ Benedicat nos deus deus noſter . & benedicat nos deus In quo loco ſuffeciſſet manifeſte una inuocatio diuini nominis repetitur tm̃ ter nomen diuinum ad predictum miſterium inuendum ſicut in aliis ſupradictis . & ſic habes tres auctoritates conformes ad hoc quaꝝ prima ſumitur ex lege Secunda uero ex prophetis Tertia ex agiographis que ſunt tres partes integrales totius ueteris teſtamenti .

## Saulus

Ex predictis auctoritatibus non ſumitur efficax argumẽtum nam ſi hec pluralitas trina in deo eſſet ponẽda ſicut tu uis . expreſſius debuiſſet hoc tradere ſcriptura ſacra . cum hoc ſit de principalioribus fundamentis fidei eo ꝙ agit de ueritati dei in ſeipſa .

## Paulus

Verum eſt ꝙ hoc miſterium ẽ de principalioribus fidei fundamentis Sed ut magni doctores tui dicunt illa que ad fundamenta fidei pertinẽt ſunt occulte tradita in ſcripturis nec erat licitum predicare ea nec etiam docere niſi tm̃ uni uel duobus ydoneis ad hoc prout habetur ĩ libro Talmud qui dicitur haguiga In capitulo quod ĩcipit eudorſim quod ſignificat non preindicabunt ⁊c̃ ꝙ colligitur a Ra . Moy . in ſuo Deut . in pri . li . ti . de fũdamẽtis legis ca . iiii . Rationem autem quare iſta non expreſſe ſed occulte fuerũt tradita . habebis deo duce ĩ ſequenti diſtinctione ubi de diuinitate Chriſti eſt agendum que etiam ſecrete & occulte ſunt tradita in ſcripturis ue . te . unde ibi habebis de utraꝗ occultatione ſufficientem rationem .

**Capitulum** Quintum ĩ quo oſtẽditur ꝙ etiã a doctoribus antiquis Hebreorum hoc miſterium traditur licet nõ ita expreſſe ſeu perfecte ſicut a noſtris doctoribus .

VNIVERSIDAD DE SALAMANCA
GREDOS USAL.ES

## Saulus

Quomodo poteſt eſſe ꝙ de tali pluralitate ſi in ſcripturis
ſacris qualitercunqȝ eſſet contenta . ꝙ nullus antiquorum
noſtrorum aliquid ſaltem de hoc ſcripſiſſet .

## Paulus

Multi doctores tuorum antiquorū de hac trinitate ſcrip/
ſerunt licet non ita perfecte & proprie ſicut noſtri qui hanc
ueritatem a mḡro Chriſto noſtro didicerunt .

## Saulus

Allega mihi aliquos eoꝝ ut uideā ſi concordāt tecum .

## Paulus

Multi fuerunt qui de hoc aliquid ſenſerunt . Sed allega/
bo tibi aliquos eorum . obmiſſis ceteris cauſa breuita/
tis . & primo mihi occurrit ꝙ ſuper illud . pſalmi . Deus
deus dominus locutus eſt & uocauit terram . in gloſa que
dicitur medras Tillim ·ſ· glo . pſalterii ſic queritur . que eſt
ratio qua pſalmiſta nomen dei ſancti & benedicti tribus
uicibus cōmemorauit dicens Deus deus dn̄s locutus eſt ⁊c̄
ad quod reſpondetur ibi ſic hoc ē ut doceret te ꝙ cum iſtis
tribus nominibus creauit deus ſeculum ſuum iuxta Tres
midoch ·i· proprietates quibus creatus eſt mundus . & iſte
ſunt . ſapientia . ſcientia . & prudentia . ſicut dictum eſt in
prouer ·ſ· iii . Dominus in ſapientia fūdauit terram . ordi/
nauit celos in prudentia . in ſcientia ſua abyſſi erumpunt &
iſto modo dicitur ī Exo ·ſ· xx . ca . Quoniam ego ſum dn̄s
deus tuus deus çelator . ecce tria nomina diuīa iuxta Tres
midoch quibus creatus ē mundus ſimiliter filii Gad & filii
Ruben dicebāt in libro Ioſue ·ſ· ca . Deus deus dn̄s ipſe
ſcit · ubi nominauerūt deum tribus uicibus . hec ī predicta
gloſa & idem habetur in Vereſith raba ·i· in glo . magna
ſuper Gen̄ . ſuper illud uerbum In principio creauit deus
celum & terrā . Ex quibus habes ꝙ doctores tui per trinam

iterationem diuini nominis que ſepe fit in ſcripturis expo/
nunt . eſt intelligenda in diuinis trinitas ſecundum Tres
midoch ·ſ· proprietates quas deo attribuunt .

## Saulus

Ex predictis & ſimilibus non habes intētum tuum cum
quia Midoch quod eſt nomen plurale iſtius nōis Midda
ſignificat menſuram in hebrayco que non conuenit trinitati
quia ſapientia prudentia & ſcientia que in deo ponūtur ſe/
cundum qua dicunt predicti doctores intelligendam eſſe
perſonaꝝ quam tu dicis eſſe in diuinis . ut de ſe patet . cū
pluralitatem in diuinis non ſunt niſi una res tm̄ realiter in/
diſtinctam . tu autem aliter aſſeris de trinitate perſonarum
quas dicis eſſe realiter diſtīctas . & ideo ex predictis aucto/
ritatibus non concludis quod intendis .

## Paulus

Ad primum ꝙ obicis contra probationem meam de iſta
dictione Midda ſeu midoch tibi ſic reſpondeo . ꝙ uerum
eſt ꝙ hec dictio ſignificat menſuram . & Midoch que ē ip/
ſius pluralis . ſignificat menſuraw in plurali . & hoc eſt
quādo hee dictiones dicuntur . de rebus corporalibus . ſed
quando de ſpiritualibus agitur tranſſumitur hec dictio
Midda ad deſignandum modum proprium rei . ſeu eius
proprietatem Ratio autem huius tranſmuptionis eſt quia
ſicut ſe habet menſura quantitatiua in corporibus inquan/
tum menſura adequatur rei menſurate . ſic ſe habet propri/
etas in ſpiritualibus in quantum proprietas adequatur rei
cuius eſt propria Vnde cū de diuinis dicitur Midda . nul
lo modo intelligendū eſt ꝙ ſignificet menſuram quantitati/
uam que in deo nullū habet locum . ſed intelligendum eſt
per Midda . proprietatem diuinam qua deus menſuratur
Licet enim deus ſit immenſus & infinitus cum quedam ita
proprie pertinent deo ꝙ nulli alteri . ut in effectibus ſimili/
ter deo pertinentibus . ut eſt creatio . unde talia dicuntur

VNIVERSIDAD
DE SALAMANCA
GREDOS.USAL.ES

propria deo. qa ipſi quodāmodo adequātur. & nulli alteri cōpetunt. & iſta dicuntur Midda ſeu midoch dei .i. ligua tua. nam ut noſci i Talmudicis ſcripturis cum de differētia diuinoꝝ ad humana agitur ſemper utantur hoc modo loquendi .ſ. non eſt Midda dei ſancti. ſicut Midda carnis & ſāguinis .ſ. hominis Ex quo patet ꝙ per hanc dictionem Midda intelligunt proprium modum ſeu proprietatē diuinam. Ad ſecundā uero obiectionē ī qua dicis. ꝙ āntiqui tui in illis tribus midoch: ſeu proprietatibus quas deo attribuebant non intelligebant deo attribuere proprietates realiter diſtinctas nam ſapientia & prudentia & ſcientia in deo non ſunt niſi una & eadem res zc̄ Ad hoc tibi reſpondeo ſic quia licet uerum eſt ꝙ ſapientia prudentia & ſcientia & huiuſmodi cum de deo dicuntur unam & eandem rem ſignificant indiſtinctam realiter: ſed ſolum ratione Ipſi tñ doctores tui diſtinctionem realem inter illam eſſe putabant Si enim predictā ſolam diſtinctionē rationis eſſe eſtimaſſet interpoſuiſſent. quibus deus creauit mundum .ſ. potentia & uolūtas non enī mundus fuiſſet creatus niſi deus eū potuiſſet creare. & etiā uoluiſſet creare eum. ſed reſtrixerunt ſe ad numerum ternarium in deo ponendum. quia trina iteratio diuini nominis eos cogit ad ponendam trinitatem diſtinctam realiter ī deo non autem in maiori numero q̄ in ternario Et circa hoc eſt attendendum ꝙ ſicut inter philoſophos qui per inquiſitionem rationis reꝝ naturas ſeu ueritates inueſtigabant. multi antiqui fuerunt ante Ariſtotilem opinantes circa principia reꝝ naturalium quedā a ueritate deuia qui tamen in ſe ueritatem aliquam continebant. ut in primo phiſicoꝝ Similiter & circa felicitatem humanā qdā antiquorum opinabantur uaria & minus uera omnia tamē quodāmodo erant conſona ueritati in quantū aliquid ueritatis continebant. ut in primo Ethi. Sic contingit ī hiis que ſūt fidei. que obſcure in ue. te. tradūtur circa que qdam de tuis expoſitoribus aliquid ueritatis ſētiebāt. licet deficiebāt a toto cognitione ueritatis Vnde in propoſito doctores tui inquantum ex trina iteratione diuini nominis in predicto uerbo pſalmi contenta. aliquam trinitatem in deo intelligebant. aliquid ſapiebant ueritatis licet inquantum trinitatē diſtinctam ſolū ratione ponebant. deficiebāt a ueritate. fuerunt tñ aliqui de doctoribus tuis qui de hoc miſterio trinitatis proprius & expreſſius uidentur loqui.

### Saulus

Allega mihi rogo doctores illos quos dicis hoc aſſeruiſſe

### Paulus

In gloſa magna ſuper Geneſi. que dicitur Vereſich raba ca. xlii. ſic habetur Rabi elirçar dicit Non eſt creatus mūdus niſi per uerbū uel cū uerbo dei ſancti & benedicti ſicut dicitur ī pſalmo Verbo dñi celi firmati ſūt Et ſeqtur ibidem Rabi Symeō dicit Inſpirauit uel ſufflauit deus ſpiritum ſanctum & creatus eſt mundus ſicut dicitur in pſalmo Spiritu oris eius omnis exercitus eorum Licet in predicta gloſa In qua manifeſte ponitur diſtinctio realis in creatore mundi qui eſt deus. manifeſtum eſt ꝙ uerbum diſtinguitur realiter a proferente & ſpiritus ab inſpirante & tñ hii tres unum ſūt. de quibus ſtatim propheta ſubdit Congregans ſicut in utrem aquas maris loquēdo in ſingulari ſūt etiam multa alia in dictis eorum que hoc miſterium iuuant que cauſa breuitatis ſunt obmittenda.

## Capitulum Sextum In quo oſtenditur ꝙ nō repūgnat naturali rationi ꝙ una & eadem res ſit trina & una.

### Saulus

Dixi tibi ſupra ꝙ nullomodo ratio naturalis tollerat ꝙ una & eadē res ſit tres res realiter diſtincte. ad quod mihi dediſti talem reſpōſionem .ſ. ꝙ hoc eſſet uerum ſi una & eadem res ſecundum idem eſſet una & trina ꝙ tñ in propoſito aſſeris non ſic eſſe. dicis enī ꝙ deus non ſecundum idem ē

UNIVERSIDAD DE SALAMANCA
GREDOS.USAL.ES

trinus & unus Nam dicis ꝙ eſt unus ſecundum eſſentiam
& trinus ſecundum perſonas ſeu ſuppoſita quequidē reſpō-
ſio modicum ualet in hoc loco Ham non credo ꝙ mihi ne-
gabis ꝙ in diuinis totū eſt idem alias oporteret te cōcedere
ꝙ eſt ibi aliquid diuerſum quod eſſet manifeſte cōtra diui-
nam ſimplicitatem & unitatem Si igitur totum eſt idem in
diuinis neceſſe eſt te concedere ꝙ deus eſt trinus & unus ſe-
cundum idem ꝙ eſt manifeſte contra totam rationem natu-
ralem ut etiam tu concedis .

## Paulus

Ex quo ego oſtendi tibi auctoritates ſacras teſtantes in deo
eſſe pluralitatem & unitatem non eſt neceſſarium ad rationes
tuas reſpōdere Hic tñ agimus de ſcrutinio ſcripturaꝝ in q-
bus multa traduntur que per rationem humanā attingi non
pñt nihilominus tibi reſpondeo ad hoc . ꝙ modo obicias . ne
forte in ſuperbiam incidas ſi nō inueniſſes reſponſum Circa
quod debes attēdere ꝙ prout ueritas noſtre fidei tradit in
pluralitate que in diuinis creditur ē deus pater generās &
deus filius genitus Similiter pater & filius ſunt unus in
ſpirator . & ſpiritus ſāctus īſpiratus quia īpoſſibile ē omnīo
ꝙ aliqua res generet ſeipſam . nec aliqua res inſpirat ſeipſā
Ideo oportet diſtinctionem eſſe realem inter patrem gene-
rantem & filium generatum . & inter inſpirantem & inſpi-
ratum Ideo in hoc ꝙ preſupponis ꝙ in diuinis totum eſt
idem addēdum eſt hoc .ſ. niſi obuiet relationis oppoſitio
ut obuiat in propoſito & ꝙ neceſſe eſt concedere ꝙ pr̄ non ē fi-
lius in diuinis . nec pater & filius eſt ſpiritus ſāctus & ideo
cum aſſumis ī ratione tua ꝙ in diuinis totum eſt idē . reſpō-
detur tibi ꝙ hoc eſt uerum modo ſupradicto . & ſic nullum
incōueniens eſt concedere ꝙ deus trinus ſecundum perſo-
nas adinuicem relatas . unus autem ſecundum eſſentiam
& hoc non eſt ſecundum rationemm naturalem quia non
ſecundum idem unitas & pluralitas de deo dicuntur Vnus
enim dicitur deus ſecundū eſſentiam quod eſt aliquid trinus
uero ſecundum relationem que eſt ad aliquid .

**Capitulum** Septimum In quo oſtēditur ꝙ generatio
ſeu paternitas & filiatio que in diuinis eſſe dicūtur non ſūt
intelligenda ſecundū modū infimarū creaturarꝝ ſed ſecū-
dum ſimilitudinē ſupernaꝝ .ſ. itellectualium a quibus etiam
ſimilitudo accepta deficitt a repñtatione perfecta diuinoꝝ

## Saulus

In hac reſponſione tua conaris tollere unum inconueniens
per aliud inconueniētius Nā ut incōuenientiā pluralitatis
ab ipſo deo ammoueas attribuis ei generationem ꝙ non
minus inconueniens eſt q̄ pluralitas Sed adhuc magis
quod patet ſic Nā generatio nihil aliud ē proprie loquendo
niſi mutatio de nō eſſe ad eſſe cui contrariatur corruptio mu-
tationis autem ſubiectum eſt materia In ſanius igitur eſt aſ-
ſerere ī deo eſſe generationem que mutationem importat &
etiam materiā preſupponit q̄ pluralitatem que licet etiā ſit ī-
conueniens deo attribuere propter eius ſūmam unitatem
non autem tot inconueniētia implicat ſibi generatio .

## Paulus

Cum deus ſit ſuper omnia que de deo dicuntur non ſunt
intelligenda ſecundum modum īfimarum creaturarum que
ſūt corpora ſed ſecundū ſimilitudinē ſupremaꝝ creaturaꝝ
que ſunt intellectuales ſubſtantie a quibus etiam ſimilitudo
accepta deficit a repreſētatiōe perfecta diuinoꝝ Vnde Iſaye
xl . ca Cui ergo ſimilem feciſtis deum ꝛc̄ Non eſt ergo ac-
cipienda proceſſio ſeu generatio in diuinis ſecūdum ꝙ eſt
incorporalibus . uel per modum localem . uel per actionē
alicuius cauſe in exteriorem effectum ut calor a calefaciē-
te in calefactum Sed ſecundum emanationem intelligibi-
lem utpute uerbi intelligibilis a dicente quod q̄dem uerbū
manet in ipſo & ſic fides catholica ponit proceſſionem ſeu

VNIVERSIDAD DE SALAMANCA
GREDOS.USAL.ES

generatione corporale que nullo modo deo competunt

**Capitulum** Octaum In quo oñditur ꝙ primo in hiis procedendũ ē. ut per ſcrutiniũ ſcripturaꝝ cognoſcamus an in diuinis ſit generatio. & deinde an hec ueritas in ſacra ſcriptura reperta poſſit per rationes humanas impũgnari quodqdem ſcrutinium cum magna diligentia & deuotione agendum eſt.

**Paulus**

Et attende O Saule que ſicut tibi dixeram hic agimus de ſcrutinino ſcripturaꝝ circa ea que in eiſdem traduntur que de deo credenda ſunt uel ab eo ammouenda Vnde prius circa hoc inſiſtendum eſt. ut ſ. cognoſcamus an per uerũ & ſanum intellectum ſacraꝝ ſcripturaꝝ in diuinis ſit paternitas & filiatio. & conſequenter procedemus ad rationes quibus ueritas reperta in ſacris ſcripturis uidetur impũgnari & iſte ordo tenendus eſt inter me & te in hoc tractatu & ſpecialiter in hoc miſterio.

**Saulus**

Placet mihi ꝙ iſte ordo teneatur & ſic oportet ꝙ primo oſtendas mihi. unde habes ex ſcripturis ſacris ꝙ ĩ diuinis ſit paternitas & filiatio ꝙ non credo poſſe in eiſdem oſtendi & deinde procedemus ad rationes per quas indubitanter credo hanc tuam aſſertionem impungnari.

**Paulus**

Ad inquirendum hoc miſterũ per teſtimonia ſcripturaꝝ oportet ſacras auctoritates que de hoc loquũtur cum magna diligentia & deuotione ſcrutari propter duo Primum qa talia miſteria in ſcripturis ſacris non ſuperficietenus tradũtur ſed in eiſdem quaſi abſconditi theſauri latent Vnde de tali pro. ii. legitur Si queſieris eam tanq̃ pecuniã. & quaſi theſauros effoderis eam tunc intelligas ⁊c̃ Secundum quia hoc miſterum ſummũ gradum tenet inter alia que in ſcripturis ſacris de deo loquentibus traduntur. agitur enim hic de deo non per reſpectũ ad creaturas ſeu ſuos effectus abxetra: ſed de proprietatibus diuinis ĩ ſe cõſideratis ſeu relatis adinuicẽ & ideo ſi in hoc contingeret aliquis error. ꝙ abſit in ſcrutinio periculoſior eſſet q̃ in aliis ſicut ſi aliquid uerum ex tali inueniretur ſcrutinio fructuoſius eſſet q̃ in aliis cum hoc principaliter dirigat ad cognitionem dei & Chriſti ſui In qua cõgnitione uita eterna conſiſtit Vnde in prologo ſeu exordio huius tractatus tactum fuit.

**Saulus**

Concedo tibi ꝙ in hoc ſcrutinio de quo agimus procedẽdũ ſit eo modo quo tu dicis Vnde allega auctoritates quas habes ut attente & diligenter eas ſcrutemur.

**Capitulum** Nonum In quo oſtenditur ꝙ in diuinis eſt filius genitus & pater generãs & hoc per auctoritatem pſalmiſte dicentis Dñs dixit ad me filius meus es tu ego hodie genui te non obſtante iudeoꝝ cauillationibus.

**Paulus**

Occurrit mihi ĩ primo auctoritas Pſalmiſte qui ĩ ſecũdo pſal. Pſalterii In quo loqtur de deo & de Chriſto ſuo cũ dicit Aſtiterunt reges terre ⁊c̃ ad uerſus dominũ & ad uerſus Chriſtum eius. Infra ĩ perſona Chriſti ſupradicti dicit Dominus dixit ad me filius meus es tu ego hodie genui te que uerba ſi diligenter ſcrutentur non pñt uerificari niſi de filio dei quem naturaliter genuit & ſic huius auctoritatis teſtimonio concedendum eſt ꝙ in indiuinis eſt filius & percõſequens pr̃. ſimiliter & generans & genitus que tñ intelligenda ſunt ſine aliquo preiuditio deitatis.

**Saulus**

Quod enim aſſeris predictam auctoritatem non poſſe uerificari niſi de filio dei quem eternaliter deus genuit. eſt manifeſte falſum. Nam hec auctoritas ſecundum quoſdam plane exponitur de Dauid q fuit Chriſtus dei Vt habetur

VNIVERSIDAD DE SALAMANCA GREDOS USAL

ſecundo Regum xxiii . A duerſus quem Reges & prīcipes
phliſtinoꝝ fremuerūt & ſurrexerūt ut habetur ſecūdo Re/
gum in multis locis De quo .ſ. Dauid uerificari poſſit fuiſ/
ſe filiū dei in q̃tum iuſtus & ſanctus non enī ſolum angeli
dicuntur filii dei . Iob i . Sed etiam iuſti uel notabiles uiri
Iuxta illud pſal . Filii excelſi omēs uos & etiā omīs Iſrabel
uocatur cōmuniter filius dei Legitur enī Exo . iiii . ca . deū
dixiſſe de Iſrabel Pharaoni Mittite filium meum ut ſeruiat
michi Secundum alios uero exponitur de Meſſia uenturo
qui purus homo fore creditur . ſecundum nos qui tñ filius
dei poſſet dici modo ſupradicto ſine hoc ꝙ de ipſo neqꝫ de
Dauid uerificetur generari eternaliter ſeu naturaliter a deo

## Paulus

Expoſitores tui qui predictam auctoritatem de aliquo pu/
ro homine expoſuerunt non diligenter ſcrutati ſunt uerba
in predicta auctoritate contenta ſed ſuperficialiter Pro cu/
ius declaratione attēdere debes . ꝙ in ſcripturis ſacris aliq
dicuntur filii eoꝝ a qbus non ſunt geniti naturaliter . ut
filii prophetaꝝ iiii .Re . ca . Quiquidem dicuntur etiā
generari ab aliquo cuius non ſunt ſicut dicitur Iob xxxviii .
ca . Quis genuit ſtillam roris . & etiā apud omnes cōmu/
niter loquentes . ipſi uermes uel pulli dicuntur ab anima/
libus generari . quoꝝ tñ non ſunt neqꝫ dicuntur eoꝝ filii
Vnde illi tm̃ filii ſimul & geniti dicuntur illius de cuius
ſubſtātia ſecundum ſimilitudinem filiationis producti ſūt
Vt cum Geñ v . de Seth & de aliis ſuccedentibus dicitur ꝙ
genuerūt filios & filias Et ideo in ſcripturis ubi filiatio cum
generatione cōiungitur ſemper talis filiatio intelligitur na/
turalis que tm̃ illa eſt que procedit de ſubſtantia patris qua
propter angeli licet a deo procedunt per creationē & ei pre
ceteris creaturis aſſimulātur per hoc ꝙ ſūt ſubſtātie ītellectu/
ales . & q̃plurima alia bona diuina participāt in tm̃ ꝙ di/
cantur filii dei non tamen dicuntur geniti a deo eo ꝙ non

procedunt ex ſubſtantia dei ſicut filii quī per generationem
a patre procedunt Idem dicendum de iuſtis & ſanctis com/
muniter Vnde ſi ſcrutatus fueris totā ſacram ſcripturā nunq̃
reperies ꝙ de aliquo angelo nec ſancto quocūqꝫ dicatur ꝙ
ſit filius dei & ab ipſo deo genitus & tñ in predicta aucto/
ritate legitur filius meus es tu ego hodie genui te Ex quo
patet ꝙ ex predicta auctoritate habemus manifeſte intentū
ſcilicet ꝙ ille de quo Pſalmiſta ibidem loquitur eſt filius ab
ipſo deo genitus ꝙ neceſſarium eſt intelligere de generatiōe
naturali ut dictum eſt & ſic neceſſe ē concedere ꝙ ī diuinis
eſt pater generans filium & filius genitus a patre Quequi/
dem generatio in deo non poſſet poni niſi eterna nihil enim
eſt in deo quod non ſit eternum .

## Saulus

Oppoſitum in ſacris eloquiis reperio eoꝝ que tu dicis
Nam de populo Iſrahelitico legitur ꝙ eſt filius dei non ſolū
in ſingulari in auctoritate per te allegata Exodi iiii . Di/
mittite filium meum ut ſeruiat michi ſed etiam ī plurali ut
Deut iiii . filii eſtis dñi dei ueſtri De illo etiā populo legitur
ꝙ eſt genitus a deo . cum dicitur Deut . xxxii . ca . Deum
qui te genuit dereliquiſti Ex qbus & ſimilibus manifeſte
habetur ꝙ etiam de puris creaturis ſcriptura conſueuit di/
cere ꝙ ſūt filii dei & ab ipſo deo geniti quod manifeſte cō/
tradicit tue aſſertioni

## Paulus

Adhuc deficis in ſcrutinio ueri proprii ſenſus predictoꝝ
uerboꝝ Circa ꝙ attendere debes . ꝙ licet in ſacra ſcriptura
pluries reperitur ꝙ deus uocat aliquos in plurali filios . ut
cum dicitur de angelis ꝙ ſunt filii dei . ut in pſal mo Afferte
dño filii dei & in aliis locis ſimiliter & de populo ſuo cultū
deputato ī ante dicitur Filius meus eſt Iſrabel . uel filii dei
eſtis . & huiuſmodi . Nuſq̃ tñ reperies in ſcripturis ꝙ ī ſin/
gulari aliquis uocetur filius dei niſi in hoc loco & ī aliis ſibi
correſpōdentibus . In qbus de filiatione dei coeterni patris

VNIVERSIDAD DE SALAMANCA
GREDOS USAL

agitur Ratio autem huius diffrentie eſt ꝙ uocando aliquã puram creaturam in ſingulari dei filium poſſet contingere error . ne forte quis exiſtimet talem perſonã eſſe filium dei ſecundum generationem que eſt de ſubſtantia patris ꝙ non cõuenit niſi ſoli filio dei prĩ coeterno . Vnde de nullo ſãctorum pr̃iarchaꝝ uel prophetaꝝ ĩ eorum uita . uel etiã poſt mortem legitur ꝙ ſit ſeu fuit filius dei . De Moyſe enĩ qui tante excellentie fuit . ut de eo diceretur poſt mortem Non ſurrexit in Iſrahel ultra propheta ſicut moyſes Deut . ultimo cum tñ deus ipſius Moyſi excellentiam narraſſet Numeri xii . de eo dicitur Seruus meus Moyſes ĩ domo mea fideliſſimus eſt & ſicut de Dauid . ut in plurimis locis ſacre ſcripture & de aliis ſãctis qui ſerui dei ab ipſo deo dicũtur qñꝗ in ſingulari qñꝗ in plurali . Nunq̃ tñ aliquis eoꝝ in ſingulari filius dei denominatur . idem etiam de angelis ut dictum eſt in hoc autem loco pſalmi predicti ĩ ſingulari dicitur Filius meus es tu . & ſuper hoc etiam additur Ego hodie genui te In quo exprimitur modus filiationis ꝙ eſt ueram generationem . & ideo auctoritates tue que in plurali uocant Iſrahelem genitum a deo uel filios dei nihil contra intentum meum faciunt .

## Saulus

Contra te reperio illud ii . Re . vii . ubi legitur Ego ero illi in patrem ipſe erit michi in filium quod cõmuniter intelligitur de Salomone & ſic habetur manifeſte ꝙ de aliqua pura creatura in ſingulari uerificatur ſecundum teſtimoniũ ſcripturaꝝ ꝙ ſit filius dei quod ẽ manifeſte contra te .

## Paulus

Verum eſt ꝙ iſta auctoritas per te allegata ĩtelligitur ad lrãm de Salomone & ideo non dicitur Ipſe erit meus filius & ego eius pater ſed dicit erit michi in filium & ego ei in patrem ꝙ manifeſte denotat filiationẽ adoptiuam adoptio enĩ eſt acceptio extranee perſone in filium ꝙ non conuenit filiationi naturali in qua filius eſt de ſubſtãtia patris . unde tua auctoritas bene intellecta potius facit pro me .

## Saulus

De dauid legitur ĩ pſalmo Ipſe inuocabit me pater meus es tu 2c̃ Ex quo ſequitur ꝙ de Dauid dicatur ꝙ ſit filius dei in ſingulari ex quo deus dicatur in ſingulari eius pater .

## Paulus

Auctoritas illa licet figuraliter poſſet de Dauid exponi proprius tñ & uerius intelligitur de Chriſto a Dauid deſcendente qui eſt uerus filius dei ſecundum eternam generationem Vnde de ipſo dicitur in eodem pſalmo Tronus eius ſicut ſol in conſpectu meo . & ſicut luna perfecta in eternum & teſtis in celo fidelis que non pñt de Dauid uere intelligi ſed intelligũtur uere de Chriſto de quo legitur uerbũ ſupradictũ ſcilicet Dñs dixit ad me filius meus es tu Vnde idem eſt iuditiũ de utroꝗ .

## Saulus

Nec generatio quam tu conaris ĩ diuinis ponere oportet ꝙ ſit eterna . non autem temporalis & hoc etiam ſupra aſſeruiſſe generatio autem contenta in predicta auctoritate demonſtratur eſſe temporalis . dicit enim Ego hodie genui te Cum igitur lii genuit ſingnificat preteritum tempus lii hodie ſignificat pñs tempus oportet igitur ꝙ generatio illa de qua loquitur pſalmus intelligatur fuiſſe preterita ſi referatur ad ſignificationem uerbi uel pñs ſi referatur ad ſignificationem aduerbii & utrũꝗ eſt temporale ut manifeſtũ eſt & per cõſequens ex predicta auctoritate non habes intẽtum tuum .

## Paulus

Conſiderare debes . ꝙ cũ de diuinis agimus nõ poſſumus loquii ta proprie ſicut in ſe ipſis exiſtũt ſed oportet nos loqui more humano prout etiam doctores tui in multis locis hoc dicunt . unde in propſito quia cõgnitio noſtra ſubiacet tẽpori Ideo cum de deo loqtur oportet nos loqui cũ uerbis

VNiVERSIDAD DE SALAMANCA
GREDOS.USAL.ES

& aduerbiis cum tempore ſignificãtibus Innuendo tamen quantum poſſibile eſt ꝙ diuina non ſubiacent tempori ſed ſunt ſupra tempus ꝙ etiam pſalmiſta in hoc loco notabiliter īſinuat poſuit enī uerbū preteriti temporis . & hoc cum dicit Genui . ad denotandum ꝙ generatio filii in diuinis intelligenda eſt eſſe perfecta . hoc enī uerbum genui preteriti perfecti ſed ut inſinuaret . ꝙ generatio illa licet perfecta non tamen tranſiit in preteritum Ideo appoſuit aduerbium preſentis temporis In eternitate enim nihil tranſiit in preteritum nec ſpectatur futuꝝ . ſed totum eſt ut preſens & ideo ad deſignandum generationem eternam quantum fragilitas noſtre cognitionis & locutionis permittit conueniẽte fuit hic appoſitum aduerbiū preſentis temporis uerbo preteriti perfecti & ſic ſi bene conſideras ꝙ tu obicis in hoc loco magis facit pro me .

## Capitulum Decimum In quo oſtenditur ꝙ generatio in diuinis credenda eſt eterna ex auctoritate pſalmiſte dicẽtis de filio dei Erit nomen eius in ſecula & ante ſolem ymnõ nomen eius non obſtante hebreorum cauillationibus .

### Saulus

Ad deſignandum eternitatem generationis ſeu filiationis quam tu conaris ponere ī diuinis proprius īſinuaretur per aliquas dictiones ſignificantes . ꝙ hec genenera tio eſt ante tempus ſeu ſupra tempus ꝗ̃ per uerba uel aduerbia cum tempore ſignificantia Vnde reſponſio tua ſupradicta i hoc oco manifeſte non ſufficit .

### Paulus

Eſt alia auctoritas Pſalmiſte In qua filiatio ī diuinis oſtẽditur eſſe ante omne tempus . ſicut tu petis Vnde ī pſalmo qui incipit Deus Iuditium tuum regi da . ubi manifeſte agitur de filio dei . de eodem filio dicitur . Erit nomen eius in ſecula & ante ſolem permanet nomen eius Ex quo patet

ꝙ filius dei fuit ante tempus Luminaria enī celeſtia quoꝝ precipuum eſt ſol facta fuerunt ī ſigna tempoꝝ dierum & annoꝝ Vt habetur Gen̄ . primo . & ideo ad deſignandum ꝙ generatio filii dei eſt ſupra temporum cõmenſurationem proprie dixit pſalmiſta Ante ſolem eſt nomen quaſi diceret abſq̧ temporum cõmenſuratione .

### Saulus

Ad hoc ꝙ auctoritas quam nūc allegas aliquid faciat pro te . oportet te prius probare ꝙ pſalmus iſte intelligatur de filio dei in diuinis cuius oppoſitum eſt manifeſtum Exponitur enim cõmuniter iſte pſalmus apud expoſitores nr̄os de Salomone qui fuit in toto iſrabel primus Rex . & filius regis ſimul Saul enī qui primo regnauit in Iſrahel licet fuit rex non tñ fuit filius regis Similiter nec Dauid Alii uero reges qui poſt Salomonem fuerunt nunq̃ regnauerunt in toto populo Iſrabel . ut patet ex decurſu libri regū & ideo cum in pſalmo uerſu huius pſalmi dicitur Deus iuditium tuum regi da : & iuſtitiam tuam filio regis . hoc proprie de Salomone haber intelligi ratione predicta Confirmatur etiã hec expoſitio ex duobus Primo quia de Salomone legitur tertio Re . iii . ca . ꝙ deo dicẽte ſibi Poſtula quid uis ut dem tibi Salomon . reſpondit . dabis ergo ſeruo tuo cor docile ut poſſet iudicare populum tuum ꝛc̄ quod preuidens Dauid in ſpiritu fecit hunc pſalmū pro filio ſuo Salomone in quo prophetice pro eo orat illud quod deus daturus erat ſibi .ſ. Iuſtitiam & iuditium ad iudicandum populum & idem in ſecundo uerſu dicit iudicabit populum tuum in iuſtitia & pauperes tuos ī iuditio ꝙ proprie correſpõdet ſupradictis Secundo quia in titulo huius pſalmi nihil preponitur niſi hec dictio Salomon . uel pro Salomone prout in tranſlatiõe tui Ieronimi ponitur ꝙ manifeſte demõſtrat iſtum pſalmū cõpoſituꝫ fuiſſe pro Salomone Tituli enim pſalmoꝝ cõmuniter deſignãt materiã de qua principaliter tractatur in

VNiVERSIDAD DE SALAMANCA
GREDOS.USAL.ES

pſalmis ut patet diſcurrenti titulos pſalmoꝝ & materias
de quibus tractāt **Paulus**

Expoſitores tui qͥ hūc pſalmū exponūt de Salomone manifeſte deuiāt a ueritate lr̃e ſicut in q̄plurimis aliis locis ſacre ſcripture facere conſueuerūt preſertī ubi aliquod teſtimoniū catholice ueritatis inſurgit ſicut in hoc pſalmo . falſitas autē expoſitionis tuoꝝ in hoc loco ſatis patet cū quia ī multis paſſibus huius pſalmi teſtatur lr̃a ꝙ ille rex & filius regis de quo agitur & bona que per ipſum pertinēt ſunt ante quodlibet tempus quia ſolū pertinet ad eterna ſeu perpetua Dicitur enī ibi permanebit cū ſole ante lunā in generatione & generationē Conſtat autē ut dictū eſt ꝙ talia ſunt ſupra tempus ſeu ante tempus . ſimiliter de bonis que per ipſum regem & filium regis debebant oriri dicit Orietur ī diebus eius iuſtitia & habundantia pacis donec auferatur luna ꝙ ſignificat perpetuitatē durationis pacis ſaltē a parte poſt per ipſū filium regis oriunde Conſtat autem ꝙ nihil iſtoꝝ cōpetit Salomoni . cuius permanētia nec habundātia pacis nullo mō fuit ante lunā nec . poſt eius ortū fuit perpetua ſed ſtatim poſt mortem ſuam pax in regno ſuo ceſſauit . ut habetur iii . Re. cum ex ipſis filiis regis dominio de quo multa dicit que nullomodo Salomoni cōpetūt . cum dicitur adorabunt eum omēs reges . omēs gētes ſeruiēt ei . ꝙ nullo modo cōpetit Salomoni qui non fuit monarchus ut patet in eius hyſtoria . ad hoc autē ꝙ allegas de titulo huius pſalmi conſiderare debes ꝙ hoc nomen Salomon interpretatur pacificus . & per hoc nomen ſepe ī ſcripturis intelligitur etiā ad lr̃am ipſe deus qui proprie eſt rex pacis Unde doctores tui expreſſi dicunt ꝙ ubicunqꝫ dicitur Salomon in cantico canticoꝝ ſemper intelligendum eſt rex ſūmus pacis qui eſt ipſe deus & ideo prout Ra . Moy . dicit in ſuo deut . ſicut ille qui delet nomen dei thetragramaton in quacunqꝫ loco ſacre ſcripture cōtentum eſt reus pene propter reuerentiam diuini nominis . pari ratione qui delet nomen Salomonis in predictis locis . reus eſt pene tanq̄ delens nomen diuinū hec ille . & ideo in hoc loco titulus huius pſalmi in quo dicitur Salomon ſeu pro ſalomone intelligendū eſt de ipſo deo quia conſonat ueritati mee expoſitionis .

**Saulus**

Et ſi plura contenta in hoc pſalmo non pn̄t cōpetere Salomoni rationibus per te dictis pn̄t tn̄ bene adaptari meſſie per nos ſpectato per quem ſpectamus habundantiā pacis perpetuā . & ꝙ illū omēs gētes adorabunt & ei omēs gētes ſeruient . prout multe prophecie teſtantur . uerificatur etiā de illo titulus pſalmi . ſ. Salomon qui interpretatur pacificus De ipſo enī prophetatur Iſa. ca . ꝙ ē princeps pacis & ſecundū iſtam expoſitionē . Pſalmus iſte non agit de filio dei ī diuinis prout tu uis . ſed de filio dei puro homine q excellētior erit ceteris filiis ut ſupra fuit etiā per te deducti

**Paulus**

Preambula tua in hoc loco ueriſſima ſunt . ſ. ꝙ pſalmus iſte de uero meſſia loqtur cui omnia & ſingula in hoc pſalmo contenta proprie adaptantur . ſed etiam ī hoc ꝙ poſtea uis inferre . ſ. ꝙ pſalmus iſte non agit de filio dei in diuinis ſed de filio dei puro homīe manifeſte erras . ſicut alias tibi dixerā uerus meſſias promiſſus in prophetis . non ē purus homo . ſed homo deus prout in diſtinctione immediate ſequenti deo duce largius oſtendetur quequidam ueritas in hoc pſalmo ſatis oñditur **Saulus**

Oſtende michi quomodo in hoc pſalmo oñditur ꝙ meſſias ille promiſſus non ſit purus homo . ſed ſit filius dei in diuinis .

**Paulus**

Ad hoc ꝙ filius regis de quo in hoc pſalmo agitur ſit filius dei eternus ī diuinis obmiſſis quibuſdam aliis in hoc pſalmo contentis que ad hoc faciunt . unum uerbum tantū

UNIVERSIDAD DE SALAMANCA
GREDOS.USAL.ES

tibi allegabo . cuius uerbi ueram ſignificationem ſi recte
fueris ſcrutatus hoc plane reperies .

### Saulus

Aſſigna michi illud uerbū cū ſua clara & uera expoſitione

### Paulus

In hoc pſalmo de filio Regis ſupradicto dicitur uerſus
finem Erit nomen eius in ſeculū & ante ſolem ynnon nomē
eius . quia ubi tranſlatio nr̄a habet permanet . in hebreo ut
noſti habetur ynnon Quodquidē uerbū non habet ſimile
in toto ue . teſ . in forma uerbi . & expoſitores tui qui inter
ceteros peciores fuerunt in gramatica hebraice locutionis
dixerunt ꝙ ynnon eſt uerbū deriuatū ab hac dictione nin
quequidē dictio ſignificat filiū & nullā aliā habet ſignifica/
tionē in ſacra ſcriptura . & ſic ynnon ſignificat aliquid ſeu
aliquā rem filiatā . & ſic eſt ſenſus . ꝙ ante ſolē .i. an̄ tēpus
nomē huius regis qui eſt filius regis eſt filiatū hoc a filiati/
one deriuatū . & ſic uides manifeſte ꝙ filiatio de qua hic
loquitur pſalmiſta eſt eterna quia ante tempus .

### Saulus

Uerum ē ꝙ ubi in tranſlatione tua dicitur permanet in
hebraica ueritate habetur ynnon ſed hec dictio ynnon quia
non habet ſimilē ī nr̄is libris Canoīcis unde poſſet ſciri eius
uera ſignificatio . idcirco multi ex nr̄is dicunt ꝙ ynnon eſt
nomen propriū quo nomine meſſias debet uocari tanq̄ no/
mine proprio . hoc autē quod tu aſſeris . ꝙ ynnon ē uerbū
deriuatiuū a filiatiōe nō me recolo uidiſſe per aliquos docto/
res nr̄os unde tu q hoc allegas debes probare ea que dicis

### Paulus

Uerum ē ꝙ quidam de doctoribus tuis dicūt ꝙ meſſ/
ſias uocabitur ynnon . ut habetur in gloſa Vereſich Rabba
ſupra illud Gen̄ xvi . Et uocabis nomē eius Iſmabel . ubi
predicta gloſa dicit . ꝙ aliqui fuerūt uocati noībus propriis

antequā naſcerētur ſicut Iſmabel & Iſaac & alii inter quos
numerāt meſſiā cuius nomen fuit uocatū anteq̄ naſceretur
ad quod probandū inducūt illud . ante ſolē ynnon nomen
eius Et ibidē queritur quare meſſias uocabitur hoc nomen
Ad quod reſpondetur ibidē . quia futuꝝ ē ut ipſe filiet uel
naſci faciat dormiētes de humo uel de puluere terre . hec ī
gloſa predicta Ex qua gloſa doctoꝝ tuoꝝ habes manifeſte
quatuor quoꝝ unū eſt ꝙ pſalmus iſte loquitur ad lr̄am de
meſſia Secundū eſt ꝙ hoc nomen ynnon eſt nomen meſſie
Tertiū ꝙ hoc nomen competit ei eo ꝙ filiet uel naſci faciat
dormientes de humo uel puluere terre quod pertinet ad re/
ſurrectionē futurā que non niſi a deo ſpectāda eſt . alii uero
doctores tui magis moderni exponūt hāc dictionē ynnon
prout pertinet ad propoſitū meū . hec ille Rabbi Abraham
Abenhaçara qui totā bibliam expoſuit declarando ſigni/
ficata & deriuationes dictionū in expoſitione huius pſalmi
ſuper hūc uerſū ſic dicit . hec dictio ynnon eſt uerbū paſſiuū
ꝙ deriuatur ab hoc nomine nin quod proprie ſignificat fi/
lium . hec ille . Item Rabbai Dauid qui fecit librū illum
qui dicitur Saraphin In quo dictiones hebraicas & eoꝝ ſig/
nificata & deriuationes ordīe alphabetico expoſuit exponē/
do hāc dictionē Nin . ſic dicit . Nin ſignificat idem ꝙ hec
dictio Ven . que ſignificat proprie filiū . & participiū deri/
uatum ab eo eſt Innon . ut dicitur ī pſalmo Ante ſolē Innō
nomē eius .ſ. filiatus . hec ille Et ſic habes a doctoribus tuis
quod tibi in hoc propoſueram .

### Saulus

In hiis allegationibus tuis preſupponis unū quod non
probas .ſ. ꝙ ex hoc ꝙ dicitur . Ante ſolem intelligitur ante
tēpus omne & per conſequens eternū ſeu eternaliter ꝙ non
uidetur neceſſariū . ſol enī creatum fuit in quarta die . & ſic
creationē ſolis preceſſerunt tres dies in exordio mūdi & per
conſequens poſſibile eſt ꝙ aliquid eſſet formatum in illis

VNiVERSIDAD DE SALAMANCA
GREDOS USAL.ES

tribus diebus primis & ſic illud eſſet ante ſolem non autẽ ante onme tempus. **Paulus**

Luminaria fuerunt creata ut eſſet in ſigna & tempora & dies & annos. Geñ i. Inter que ſol & luna ſũt precipui ut habetur ibidem Ex qbus duobus luminaribus ſol eſt pricipalius per cuius motũ dies & anni & alie tempoꝝ diffrẽtie cõmenſurantur. Et ideo ĩ ſcripturis ſacris ubi de duratione alicuius rei temporalis agitur de ſole fit mentio tanq̃ de primo & precipuo ſigno temporis. Et ideo ſepe ĩ Eccleſiaſtes ĩuenitur talis modus loquẽdi. ut cum dicitur Eccleſiaſtes. i. ꝙ ãplius habet homo de uniuerſo labore ſuo quo laborat ſub ſole ꝙ intelligitur de uniuerſa mundi duratione temporali Similiter ibidem cũ dicitur Vidi cũcta que fiũt ſub ſole Et ecce uniuerſa uanitas. & ſic de multis aliis ibidẽ cõtentis. & ideo doctores tui q aſſerunt ꝙ aliqua fuerũt ãte creationem totius mundi ut habetur in gloſa que dicitur Medras Tillini ſuper illud uerbũ Parata ſedes tua extunc quoꝝ unum aſſerunt eſſe nomẽ meſſie. hoc probant ex iſto uerbo .ſ. ante ſolẽ ynnon eſt nomen eius In quo manifeſte preſupponunt. ꝙ dicendo ante ſolem intelligitur ante creationẽ mũdi Et per conſequẽs ante omne tempus Vel ĩ hoc pſalmo. pſalmiſta utitur iſto modo loquendi ad deſignãdam eternitatẽ iſtius regis. & filii regis de quo agit & hoc a parte ante Vnde cũ dicitur Ante ſolem ynnon nomen eius & ante lunã ĩ generatione & generationẽ & a parte poſt Vt cum dicitur Et habundantiã pacis donec auferatur luna & a parte media inter utrunq̃. cum dicitur. permanebit cum ſole. & hoc ad deſignandũ ꝙ eternitas aſiſtit o ñi tempoꝝ diffrentie. & ſic ex predicta auctoritate pſalmiſte habes ꝙ in diuinis eſt filius eternus. & per conſequens coeternus patri In aliis etiam locis teſtatur ſacra ſcriptura ꝙ deus qui creauit ſeu formauit uniuerſa habet filium ꝙ eſt cõforme ſupradictis.

**Capitulum** Vndecimum In quo oſtẽditur ꝙ deus q creauit ſeu formauit uniuerſa habet filiũ ex auctoritate prouer. xxx. ca. ubi dicitur. quod ẽ nomen eius. & ꝙ nomen filii eius ſi noſti Non obſtantibus cauillationibus iudeoꝝ

**Saulus**

Allega michi auctoritatẽ hoc dicentẽ. ꝙ deus qui creauit ſeu formauit uniuerſa habet filium.

**Paulus**

Prouerbioꝝ xxx. ubi de quodã dicitur. & noui ſãctorum ſcientiã Sequitur ſtatim Quis aſcẽdit in celũ atq̃ deſcendit. quis continuit ſpiritũ in manibus ſuis. quis colligauit aquas quaſi in ueſtimento. quis ſuſcitauit omnes terminos terre quod nomen eſt eius & nomen filii eius ſi noſti Ex iſta auctoritate habes ꝙ deus habet filiũ. de nullo enĩ niſi de deo uerificantur illa que in hac auctoritate dicũtur.

**Saulus**

Ex iſta auctoritate nõ habes intentum tota enim exponitura doctoribus nr̃is de Moyſe Moyſes enim aſcendit in celum ſidereum ad deum & inde deſcendit ad populũ. ut habetur Exodi xix. ca. ubi dicitur Moyſes autem aſcendit ad deũ Moyſes autẽ cineres ardentes de camino accepit in manibus eius Exo. xix ca. meritum etiã ipſius Moyſi fecit. ut aque maris rubri eſſet filiis Iſrahel pro muro a dextris & a ſiniſtris Exo xiiii. & ſic colligauit aquas quaſi in ueſtimento Moyſes etiã in erectionem tabernaculi ĩmiſit terrorem in omnibus finibus terre promiſſionis. ut Deu. ii. dicitur hodie incipiam mittere terrorem & formidinem tuã ĩ populis ꝛc̃. & qa nullus propheta fuit ſimilis moyſi in predictis ideo dicit Quod eſt nomen eius q. d. ſi dicatur ꝙ alius a Moyſe fecit iſta. dicatur enĩ ꝙ eſt nomẽ eius. q. d. quis fuit ille & ꝙ eſt nomẽ filii eius .i. que generatio remanſit ab eo Ex qua poſſit haberi notitia aliqua de

VNIVERSIDAD DE SALAMANCA
GREDOS.USAL.ES

ipſo ꝙ tñ nõ remanet . ſeqtur ꝙ nõ fuit aliquis ſibi in pre/
dictus ſimilis . unde ex hac auctoritate nihil aliud habes niſi
ꝙ non fuit alius propheta ſimilis Moyſi ĩ ſupradictis . nõ
enim predicta auctoritas loquitur de deo ſed de Moyſe ut
dictum eſt .

### Paulus

Si bñ cõſideras predicta auctoritas dẽ deo loqtur nõ de
Moyſe de moyſe enĩ nunq̃ legitur . ꝙ ad celũ aſcẽdiſſet Cũ
enĩ dicitur Moyſes aſcendit ad deum Exo . xix . ibidẽ oñ/
ditur . ꝙ ſua aſcenſio erat uſq̃ ad mõtem Synai . ubi gloria
dei reputabatur per oſtenſionẽ ſuoꝝ miraculoꝝ & nõ ultra
Vnde ſtatim ſubdit ibidẽ . Vocauit eum dñs de monte ubi
deus erat modo predicto Vnde ſatis plane patet ĩtuenti pre/
dictum capitulum Similiter quod dicitur Quis continuit
ſpiritum in manibus eius non poteſt ĩtelligi de acceptione
cineꝝ ĩ camino de quo agitur Exo . ix . prout tu dicis cum
q̲a cineres nõ ſunt ſpiritus tum q̲a etiã Aaron accepit cine/
res ſicut Moyſes ut habetur ibidẽ . & ſic nõ poſſet de moy/
ſe ſigulariter dici q̲s cõtinuit ſpiritũ Similiter quod dici/
tur Quis colligauit aquas quaſi in ueſtimẽto . nõ poteſt ĩtel/
ligi de Moyſe in mari rubro tum quia illud miraculũ ſoli
deo attribuit Vnde Exo . xv . de hoc dicitur Spiritu oris
tui congregate ſunt aque . quia aque in mari rubro nõ ſte/
terunt quaſi colligate . ſed cum eſſent fluentes . prout habẽt
ex natura ſua uirtute tñ diuina ſteterunt ideo dicitur Stetit
unda fluens Similiter quod dicitur Quis ſuſcitauit omẽs
terminos terre . non poſſet ĩtelligi de erectione tabernaculi
per Moyſen facta In illa enĩ erectione non fuerunt ſuſcitati
omnes termini terre Vt patet de ſe . ꝙ autem dicis ꝙ in
erectione tabernaculi ĩmiſit terrorẽ ĩ omnibus finibus terre
promiſſionis ẽ manifeſte falſum Tabernaculum enim fuit
erectum ĩ prima die menſis ſecundi anni ab exitu de Egypto
Vt habetur Exo . xl . Deus autẽ incepit mittere terrorem &
formidinem in populis propter populum Iſrabeliticum ꝙ

fuit poſt xxxviii . annũ a predicto exitũ . ut patet intuenti
Secundũ capitulum Deut . quod tu allegas unde ĩ erectio/
nem tabernaculi que ante per magnũ tempus fuit facta ut
dictum ẽ nichil legitur de ĩmiſſione terroris ſeu formidinis
nec de alio miraculo quod ibi fuiſſet factũ . unde predicta
auctoritas non ponit de moyſe nec de aliquo alio niſi ſolum
de deo cui omnia illa proprie adaptãtur uerificari & ſic de
illo tm̃ intelligi debet illud quod ſequitur ·ſ· quod eſt nomẽ
eius . & quod nomen filii eius ſi noſti . ut iã tibi propoſuerã

### Saulus

Dic ergo quomodo de deo illa uerificari pñt que in pre/
dicta auctoritate continentur preſertim illud primũ ubi di/
citur Quis aſcendit ĩ celũ & deſcendit cum ſit manifeſtum
ꝙ deo non cõpetit aſcendere nec deſcendere ſicut nec aliquo
modo moueri .

### Paulus

Tu ſcis ꝙ doctores tui frequenter dicũt ꝙ ſcriptura loqtur
de diuinis more humano In quo ueꝝ dicunt & concordant
cum ueris catholicis doctoribus Nam ſicut cognitio noſtra
accipitur a ſenſibilibus ſic & nr̃a locutio ex hiis cõſurgit ſic
enĩ loquimur de rebus prout ſũt ĩ noſtra cognitione . Vn/
de ad intelligendũ aliq̄d de deo oportet nos uti locutioĩbus
corporeis . q̃uis ipſe deus ſit ſũme ſimplex & ĩcorporeus
Dicitur ergo deũ aſcendere in celum Vt ĩtelligatur ꝙ potẽ/
tia diuina ſuperat poteſtates celoꝝ Vnde Deut . penultĩo
dicitur de deo ꝙ eſt aſcenſor celi in adiutoriũ populi ſui
Similiter ut oſtendatur ꝙ prouidentia diuina attingit uſq̃
ad ĩfima . & ea cognoſcit & iudicat dicitur Geñ xi . Deſcẽ/
dit deus ut uideret ciuitatẽ & turrĩ 2c̃ & ſic de multis ſimi/
libus . & ideo ille doctor tuus magnus Ra . Moy . Egyp/
tius in ſuo libro de directione perplexoꝝ prout prima ca .
ix . declarans iſta uerba ·ſ· aſcendere & deſcendere dixit ꝙ
ſunt equiuoca a conſilio & ꝙ qñq̃ intelligũtur de aſcenſu
& deſcenſu corporali quod ſine motu locali fieri nõ poſſũt

VNIVERSIDAD
DE SALAMANCA
GREDOS.USAL.ES

quandoqꝫ uero de aſcenſu & deſcenſu ſpirituali que ſine
motu poſſūt fieri pro ut large in predicto capitulo tractat
& ibidē cōcludit quomodo de deo pn̄t uerificari iſta uerba
aſcendit & deſcendit uide ibi ſi uis Ad propoſitum autē cū
dicitur Quis aſcendit ī celum & deſcendit Intelligendum ē
de deo qui celos celoꝝ aſcendit . tranſcendēs eoꝝ poteſta-
tem & in terram deſcendit omniū inferiorum cognitionem
habens . & omnia tā inferiora q̃ ſuperiora diſponens & ſic
nullomodo eſt inconueniens talia attribuere deo ut cum de
īmēſitate & infinitate ſue ſapientie & potētie . aliquid ſaltē
poſſumus intelligere . ſemper tn̄ preſupponendo ueritatem
de īmobilitate ſua . teſtatur ſcriptura Malach . iii . ca . ego
enim dominus & non mutor .

## Saulus

Vellem ſcire quomodo exponis iſtam auctoritatē pro-
qter . continuando ea que in ea cōtinentur ad illud uerbū
puod allegas .ſ. Quod eſt nomen eius . & quod nomen
filii eius quia ut ſupra dicebas & uerum eſt intelligētia ue-
borū ex cauſis ē ſumenda dicendi & ſic uidebitur ſi expo-
ſitio tua conſonat cum hoc quod intendis .

## Paulus

Placet michi exponere tibi hanc auctoritatē incipiendo
a primo uerbo a quo incipit in lr̃a . continuando uſqꝫ ad
finē ubi tota ſentētia huius auctoritatis finitur . & licet hoc
erit aliqualiter prolixū . tn̄ tollerāda ē prolixitas ut ueritas
magis eluceſcat Incipit enī hec auctoritas ī libro prouerbi-
orum . ca . ſupradicto ſic Verba congregantes filii uomētis
uiſio quam locutus ēſt cū quo ē deus & qui deo ſecū morā-
te confortatus ait Stultiſſimus ſum uirorum ꝛc̈ Ad cuius
declarationem ſciendum ꝙ Salomnon in hoc loco intendit
uilipendere ſcientiam humanam que per inquiſitionem hu
mane rationis procedit in reſpectu ad ſcientiam diuinā que
per ſacram ſcripturam uel per dei reuelationē acquiritur &

quia ipſe Salomon utranqꝫ ſcientiam habuit .ſ. infuſam . ut
habetur iii . Re . iii . Similiter & ſcientiam acquiſitā ut ha-
betur Eccle . i . ubi dicitur Ego eccleſiaſtes fui rex Iſrahel ī
Iheruſalem & propoſui in animo meo querere & īueſtigare
ſapienter de omnibus que fiunt ſub ſole Ideo ī hoc loco uult
oſtendere ꝙ ſciētia acquiſita per humanam inquiſitionē pre-
cipue de diuinis quaſi abiecta eſt reſpectu ſcientie a deo
īfuſe ſeu reuelate Vnde dicit . uerba congregātis .i. Salomō
qui cōgregauit ſcientiam per acquiſitionem humanam que
eſt quedam cōgregatio . eo ꝙ particulariter acquiritur & ſe-
quitur filii uomentis .i. Salomonis qui predictam ſcientiā
ſic congregatam tanq̃ abiectam uomuit ſicut homines ſolēt
faſtidioſa & inutilia uomere Vnde Eccleſiaſtes . i . ubi ſu-
pra cum dixiſſet Et propoſui ī animo meo querere & īueſti-
gare ſapienter ꝛc̈ ſtatim ſubdit . hāc occupationem peſſimā
dedit deus filiis hominū . ut occupentur in ea Ex quo ha-
betur ꝙ occupationem quam habuit in huiuſmodi ſcientie
acquiſitione reputabat peſſimā . & ſic merito erat uomen-
da & ideo reſpectu huius dicitur filii uomētis poſtq̃ obiecti-
onem ſcientie humanitus per congregationē acquiſite ſpe-
cialiter quantū ad diuina Conſequēter ſubdit que ē illa ſciē-
tia ſecundū quā ipſe loqtur de diuinis . de quo dicit . uiſio
quam locutus eſt & qui deo ſecum morante cōfortatus ait
ꝛc̈ quaſi diceret Non loquor auctoritate congregate ſcientie
quam iam euomui . ſed loquor auctoritate diuine reuelatio-
nis Ideo dicit uiſio quem locutus eſt cū quo ē deus . & qa
ille bene loquitur de diuinis cum quo deus eſt . non ſolum
intellectum ſed etiam in affectu ideo poſtq̃ dixit Cum quo ē
deus .ſ. in intellectu ſubdit & qui deo ſecū morante cōforta-
tus quod intelligitur de illo qui non ſolum ſecundum intel-
lectum . ſed etiā ſecundū affectū habet deum morantem per
gratiam ſecundum quam homo cōfortatur in bonis Seqtur
in lr̃a Stultiſſimus ſum uiroꝝ . & ſapientia hominū non eſt
mecū quod ītelligitur de Salomone poſtq̃ euomuit ſapientiā

VNIVERSIDAD DE SALAMANCA
GREDOS USAL

mundanā . q . d . Nichil remanſit ī me de ſapientia illa quā
a me eieci modo predicto . & ideo remāſi tanq̄ ſtultiſſimus
uiroꝝ ꝛc̄ & ſequitur Et non dediſti ſcientiā . hic dicit quia
Salomon non habuit ſcientiā acquiſitam humanitus a diſ/
cendo ab alio ſed potius per ſe īueſtigando Vt habetur ex
auctoritate eccleſiaſtes ſupra dicta quia tn̄ per reuelationem
habuit de diuinis ſcientiā altiorem & ulteriori modo habi/
tam Ideo ſubddit Et noui ſciētiam ſanctoꝝ . ſanctoꝝ enim
ſcientia de diuinis perfectior eſt q̄ humana Primo quia al/
tiorem notitiam de deo habet Secundo quia habet eā altiori
modo ·ſ· per diuinam reuelationem De primo autem con/
ſequenter dicit ſic Quis aſcendit ī celū & deſcēdit q . d . per
ſcientiā humanā non cognoſcitur ꝙ de deo poſſit dici . ꝙ
aſcendat uel deſcendat cum ſolū de deo cognoſcit̄ ꝙ ſit im/
mobilis . per reuelationē tn̄ diuinā cognoſcitur ꝙ deus aſ/
cendit ad celū . & deſcēdit per diuinā prouidentiā que ſe ex
cendit. non ſolum ad cognoſcendas & regendas res ſūmas
Sed etiā ad cognoſcendum & regendū res infimas uſq; ad
minima . & ideo in multis locis ſacre ſcripture de deo dici/
tur ꝙ aſcēdit & deſcendit Conſequēter dicit Quis continuit
ſpiritum ·i· uentum in manibus ſuis Philoſophi enī per hu/
manam ſcientiā tm̄ de naturalibus loquentes imperfecti lo/
cuti ſūt de uentoꝝ flatu Vt patet ī ii . metha . Vbi de cau/
ſis uentoꝝ agitur Sed per reuelationem diuinā que ī ſacra
ſcriptura traditur . habetur ꝙ deus retinet eos & faciet eos
fluere ſecundū uolūtatis ſue beneplacitū Iuxta illud pſalmi
Producit uentos de theſauris ſuis Conſequenter quia per
ſcientiā philoſophicā ſecundū quam elementum aque tanq̄
minus graue q̄ terra deberet eam undiq; circūdare nō cōg/
noſcitur qua ratione aliqua pars terre ſit diſcooperta Ideo
dicit Quis colligauit aquas quaſi in ueſtimento hoc enī fit
diuina uirtute ſolum . ut habetur Geneſi i . Dixit deus
congregentur aque ꝛc̄ Et quia ex iſta colligatione ſeu con/
gregatione aquarum ſecutum eſt ꝙ termini terre fuerunt a

habitationū animalium ſuper eminētes q̄ aque Ideo ſubdit
Quis ſuſcitauit omnes terminos terre.q.d.hoc non poteſt
cognoſci per humanam inquiſitionē niſi per reuelationē di/
uinam De qua dicitur Geniſi . i. Et appareat arida . & quia
actor omniū predictorū eſt deus cuius noticiā philoſophi
non habēt niſi ex creaturis que īinfinitū diſtāt a perfectio/
ne diuina Ideo dicit Quod ē nomen eius.philoſophi enim
non poſſunt bene nominare deū Vnde dicitur in libro de
cauſis ꝙ cauſa prima eſt ſuper omne nomen quod nomina/
tur de ipſa Et ideo dicit Quod ē nomē eius ·i· o philoſophe
quomodo poſſes nominare deum ſecundū tuā ſcientiā.per
reuelationem tn̄ diuinā deus nominatur Vt patet Exo . iii.
ubi Moyſi interrogāti de nomine diuino fuit reſponſum a
deo diuinū nomen deo propriū·ſ· Thetragramathon quod
eſt īcōmunicabile creaturis . prout etiā doctores tui tenent
Et quia per reuelationē diuinam non ſolum cognoſcitur
nomen dei eſſentiale ut ī capitulo allegato Exo. iii.ſed etiam
diſtīctio patris & filii ī diuinis que nullo modo per huma/
nam ſapientiam cognoſci poſſet Ideo ſubdit.quod nomen
filii eius ſi noſti . q.d.hoc nullomodo cognoſcitur per hu/
manā ſapiētiā niſi ſolū per reuelationē diuinā & quia diui/
na reuelantur per ſacram ſcripturam a deo traditam Ideo
ſubdit Omnis ſermo dei ignitus ·i· ſacra ſcriptura que ex
ſermone dei habetur ē ita purificata ab omni falſitate ſicut
metalla que ī igne purificātur Vnde pſalmiſta Eloquia do/
mini igne examinata . & ſequitur Clipeus eſt ſperātibus in
ſe quia licet cōtra ueritatē fidei multe pugnationes īſurgūt
tam ex parte interiori & hoc cum homines difficultātur in
credendo ea que ſupra rationem ſunt naturalem q̄ ex parte
exteriori·ſ·a rationibus hereticorū & tyrannorū perſecutio/
nibus tamen ſperātibus in deum per ueram fidem carita/
te formatam deus eſt defenſor & ideo dicitur Clipeus ꝛc̄ &
ſequitur Ne addas quicq̄ uerbis illius ·ſ· de his que di/
uinis uerbis contrariantur ſeu contradicunt & arguaris

VNiVERSiDAD
DE SALAMANCA

inueniariſcꝫ mendax . quia quicquid contradicit diuinis
auctoritatibus que ab ipſa ſūma ueritate que deus eſt reue/
lantur mēdoſum ē ſeu falſum uſcꝫ huc predicta auctoritas
per quam ſic expoſita recte cōtinuātur uerba eius adinuicē
& intentū meū circa intellectū huius dicti Quod eſt nomē
eius & quod nomen filii eius comprobantur.

## Capitulum Duodecimū in quo oſtēditur ꝙ ſpiritus ſanctus ē alia perſona ī diuinis preterq̄ perſona pr̄is & filii ex auctoritate pſalmiſte dicētis Verbo dn̄i celi facti ſunt nō obſtantibus Hebreorum cauillationibus .

### Saulus

Habeo mentē tuā circa filiationē quā īdiuinis aſſeris Sed
adhuc uideo ꝙ addis aliū deū quē ſpiritū ſanctū uocas In
quo manifeſte tranſgrederis preceptū ſapiētis per te ſupra
allegati In quo dicit Ne addas quicq̄ uerbis illius ne inue/
niaris mēdax Conſtat enī per predictā auctoritatē per te al/
legatā prout tu eā expoſuiſti , ꝙ īdiuinis ē pr̄ & filius & nō
alius deus.dicit enim Quod eſt nomē eius & quod nomē
filii eius Nō aūt dicit.quod eſt nomē ſpiritus eius Ex quo
patet ꝙ tu addēdo aliā perſonā ī diuinis quā dicis eſſe deū
manifeſte addis uerbis illius & ſic inuenieris mendax.

### Paulus

In hoc ꝙ dicitur Ne addas quicq̄ uerbis illius . ītelligun/
tur prohiberi illa que diuinis uerbis cōtrariantur ſeu con/
tradicunt prout tibi dixi exponēdo illud uerbum Ne addas
quicq̄ ⁊c̄ Non autē prohibentur illa que diuinis uerbis nō
contradicūt nec contrariātur alias enī omnia alia eſſent pro/
hibita que nō eſſent cōtēta ī predicta auctoritate quod ē fal/
ſum quia in ſacris ſcripturis multa continentur preter illa
que in predicta auctoritate explicātur Vnde inpropoſito q̄a
in uerbis ſupradictis non excluditur quin ſit in diuinis
alia perſona preter perſonā patris & perſonā filii que ibi

exprimūtur & q̄a per ſcrutiniū ſcripturaꝝ nō ſolū neceſſa/
rium eſt concedere ī diuinis eſſe patrem & filiū ſed etiā ſpi
ritū ſanctum Idcirco hoc aſſerēdo nō ē addere quicq̄ uerbis
diuinis eis contrariādo . ſed potius ē cōfiteri ea que ī ſacris
eloquiis aduntur .

### Saulus

Allega michi ſi habes aliquā auctoritatē per quā neceſſa/
rium ſit concedere ꝙ in diuinis eſt ſpiritus ſanctus alius a
patre & filio pout tu aſſeris .

### Paulus

Quod in diuinis ſit ſpiritus q ē deus alia perſona a per/
ſona pr̄is & filii ſatis habetur ex auctoritate pſalmiſte per
me ſupra allegata In qua dicitur Verbo dn̄i celi facti ſūt &
ſpiritus oris eius omīs uirtus eoꝝ Cōſtat enī ꝙ pſalmiſta
in hoc loco loquitur de creatione mundi que fuit a deo ſolo
facta nullo interueniēte adiūcto ſeu inſtrumento extrinſico
hoc enī eſt unū de fundamentis fidei non ſolū aput nos . ſed
etiā aput tuos . tuus enī magr̄ Ra . Moyſi egyptius ī ſuo
Deut . In ti . pri . libri primi capit . i . hoc dicit eſſe primū
fundamentū omniū fundamētoꝝ moſayce legis & hoc eſt
cōmune aput tuos . ubicūcꝫ de hac materia loquūtur ·ſ· ꝙ
deus ſolus celū creauit & terrā & omīa que in eis ſūt nullo
exteriori adiuncto cooperante ·ſ· alicuius creature Vnde &
Talmudici tui dicūt ꝙ deus non creauit angelos in prima
die ne forte crederetur ꝙ angeli fuiſſēt cooperatores ſeu co/
adiutores dei in creatione mundi . ſed pſalmiſta ī predicta
auctoritate teſtatur ꝙ uerbo dei celi facti ſūt ubi enī trāſla/
tio nr̄a dicit . firmati ſūt . hebraica lr̄a dicit . facti ſunt . &
ſic ſeqtur ꝙ deus per uerbū celos fecit Similiter & teſtatur
ꝙ deus per ſpiritum oris ſui fecit ſeu creauit omēs uirtutes
ſeu excercitus celoꝝ Ex quo ſequitur . ꝙ deus per ſpiritum
ſuū hoc fecit . cū autē de ratione uerbi eſt . ꝙ diſtīguatur
a dicente ſeu proferente Similiter de ratione ſpiritus oris ē
ut diſtinguatur ab inſpirante Sequitur ꝙ ſpiritus per quē

VNIVERSIDAD DE SALAMANCA
GREDOS USAL

uirtutes celoꝝ facte fuerũt eſt deus alius ab inſpirante . &
ſic in hac auctoritate trinitas quã predicamus exprimitur .
que ẽ unus deus creator mũdi . In quaqdem trinitate ſpi-
ritus eſt tertius in ordine triũ perſonaꝝ . & ſic habes ꝙ in
aſſerendo ſpiritum ſanctum eſſe deũ alium a patre & filio
non fit aliqua additio que contrariatur ſeu contradicat elo-
quiis diuinis ymmo eis manifeſte conformatur .

## Saulus

Nimis ſtricte intelligis hoc dictum Verbo domini
Similiter . & ſpiritu oris eius Intelligis enĩ uerbũ Similiter
& ſpiritũ · ut aliquid exiſtẽs in deo & a deo realiter diſtinctũ
cum tñ non ſit neceſſarium ſic iſta intelligere . per uerbum
enĩ dei & ſpiritum eius que in hoc loco continentur ſufficit
intelligere mandatũ dei ſeu eius preceptum . prout ipſemet
pſalmiſta ĩ hoc eodẽ pſalmo declarat dicens in hac propria
materia ·ſ· creationis mundi . ipſe dixit & facta ſũt manda-
uit & creata ſunt Vnde non aliud intelligendũ eſt de hoc ꝙ
dicitur Verbo dñi celi facti ſunt ꝛc̃ niſi ꝙ creature fuerunt
facte per mandatũ dei uel eius imperiũ ſeu eius uoluntatẽ ·

## Paulus

Circa hoc quod dicitur . uerbo dñi quod ſecundũ ueritatẽ
ſignificat filiũ non eſt ad pñs inſiſtendũ . quia iam de hoc
ꝙ ſit in diuinis filius ſupra eſt oſtenſũ . ſed manifeſtũ eſt ꝙ
in hoc ꝙ dicitur Et ſpiritu oris eius Intelligitur aliquid in-
trinſecũ deo . & ab eo procederet ꝙ nõ poteſt eſſe niſi deus
& a deo procedẽs . ſuffeciſſet enĩ dicere Et ſpiritu eius omĩs
exercitus eoꝝ . ad denotandum ꝙ de mãdato dei facti fue-
runt celi & huiuſmodi . ſed apponendo Spiritus oris eius
manifeſte oſtenditur ꝙ ſpiritus de quo loquitur eſt intrinſe-
cus deo & a deo inſpirante diſtinctus . & ſic intellexerunt
Rabbini tui iſtam auctoritatem .

## Saulus

Vbi quero inueniſti Rabbinos nr̃os ſic expoſuiſſe .

## Paulus

Supra in Capitulo v . huius diſtinctionis allegaui tibi
quandam auctoritatem que in gloſa magna ſuper Geñ que
dicitur Vereſich Rabba ca . xlii habetur . ubi ſic Rabba
Symeon dicit Inſpirauit ſeu ſufflauit deus ſpiritum ſuum &
creatus eſt mũdus Sicut ĩ pſalmo dicitur Spiritu oris eius
omĩs excercitus eoꝝ . hec in gloſa predicta . Ex quo patet
ꝙ dicitur Spiritu oris eius Intelligendũ per modũ ĩſpirati-
tionis ſeu ſufflationis que in rebus creatis a quibus cum lo-
quimur de diuinis neceſſe eſt accipere aliquã ſimilitudinem
non niſi ab intrinſico proceditur · & ſic oportet ꝙ illa res
inſpirata ſit deus . cum nihil eſt in deo quin ſit deus Simi-
liter neceſſe eſt ꝙ ſit alius ab inſpirante ex neceſſitate oppo-
ſitionis relatiue Et hoc manifeſte conſonat expoſitioni tue .

## Saulus

Licet Rabbi Symeon quẽ allegas fuit de magnis & an-
tiquis doctoribus noſtris . eſt tamẽ unus ſingularis cuius
dictum non ſufficit ad concludendum in tanta materia &
ideo ſi alias auctoritates habes ad probandum ꝙ ſpiritus
ſanctus ſit deus allega .

## Capitulum Tredecimum in quo oſtẽditur ꝙ in diuinis eſt tertia persona ·ſ· ſpiritus ſãctus ex auctoritate Iſaye xlviii . ubi dicitur Et nunc dominus miſit me & ſpiritus eius . quibuſdam hebreoꝝ caullationibus nõ obſtãtibus

## Paulus

Licet ueꝝ eſt ꝙ Rabbi Symeon ille quem tibi allegaui ẽ
tm̃ unus doctor . tñ dicta ſua habent anctoritatẽ a ceteris
doctoribus tuis inquantũ ſua expoſitio in hoc loco nõ fuit
reprobata ſeu condẽpnata nec etiã legitur cõtradicta eſſe ab
aliis . ſed collocata fuit in illo libro antiquo ſupra allegato
tanq̃ uera . & non repũgnans fidei ueritati . nihilominus tñ
ex quo uis aliã anctoritatẽ . allegabo · tibi unã que tibi debet

VNIVERSIDAD DE SALAMANCA
GREDOS.USAL.ES

ſufficere Quequidam auctoritas eſt illius prophete euange-
lici Iſaye qui de miſteriis fidei nr̃e q̃plurima & magna pro-
phetauit Dicit enĩ in capit. xlviii. Sic accedite ad me audi-
te hec non a principio ĩ abſcondito locutus ſum ex tèmpore
quo facta fuit Ibi eram & nunc dñs deus miſit me & ſpiri-
tus eius. hec ille Ex qua auctoritate habes ꝙ ille qui a prin-
cipio non in abſcondito locutus fuit ·ſ· ipſe deus qui a prĩ-
cipio cum populum Iſrahelem ad ſe applicaſſet eis dando
legẽ in Synai. nõ ĩ abſcõdito locutus ẽ Sed palã & publice
cunctis audientibus legẽ dedit. ut habetur Exo. xx. qui-
quidem deus in eodem tempore ·ſ· dationis legis Ibi erat.
& quia ipſe deus qui locutus eſt palã ĩ datione legis poſtea
fuit miſſus in mundũ per aſſũptionẽ carnis ad redimẽdum
genus humanũ De qua aſſũptione in di· ſe. deo duce eſt
agendũ Ideo dicit Et nunc deus miſit me & ſpiritus eius
In qua auctoritate manifeſte exprimũtur tres perſone diui-
ne de quoꝝ quelibet neceſſe eſt dicere ꝙ ẽ deus. exprimi-
tur enĩ ibi deus miſſus qui ſtatim de ſe ãte predixerat. nõ
a principo in abſcõdito locutus ſum ꝛc Similiter exprimi-
tur ibi deus mittens. cũ dicit Dñs miſit me. Similiter ex-
primitur Ibi ſpiritus dei mittens cũ ſubdit Et ſpiritus eius
ſcilicet miſit me. deus enĩ nullomodo intelligi debet miſſus
niſi a deo. & ſic ex iſta auctoritate plane & ſane ĩtellecta ha-
betur diſtĩctio triũ perſonaꝝ in diuinis. quaꝝ tertia per-
ſona eſt ſpiritus ſanctus qui eſt uerus deus inquantũ dici-
citur ꝙ ſpiritus dei deũ mittit. eſt tñ diſtĩctus a deo miſſio
De quo dicitur Dñs miſit me quia inter mittentem & miſ-
ſum neceſſaria eſt diſtinctio perſonalis.

## Saulus

Duo preſupponis in expoſitione huius auctoritatis Iſaye
que non probas. nec etiã ſunt conſona littere & ideo ex illa
auctoritate non habes intentum Primo enĩ preſupponis ꝙ
ille de quo dicitur ꝙ fuit miſſus a deo ẽ uerus deus qui legẽ
dedit genti nr̃e Iſrahelitice quod non eſt uerum Magiſtri
enim nr̃i cõmuniter exponũt illud quod hic dicitur. & nũc
dñs miſit me de Iſaya q fuit a deo miſſus. ut habetur Iſa. vi.
Vbi cum dicitur a deo quẽ mittam aut quis ibit pro nobis
Reſpondit Iſayas Ecce ego mitto me / cui deus dixit Vade
& dic populo huic ꝛc Vnde de iſta miſſione ĩ hoc loco loq-
tur. propheta non ualet contra hoc dicere ꝙ iſte miſſus a
deo dicit de ſe ſtatim ſupra a tempore quo fuerãt ibi eram
quod intelligitur a tempore dationis legis In quo tempore
Iſayas non dum erat natus ut eſt manifeſtum. hoc enĩ non
obſtat predicte expoſitioni. quia ut mgr̃i nr̃i dicunt Sicut
in monte Synai Moyſes recepit legẽ a deo. ſic eodẽ tem-
pore & loco omẽs prophete fuerunt ibi quantũ ad animas
& ibidem recepit unuſquiſq̧ propheciam ſuã. quã poſtea
quilibet eoꝝ tẽpore ſuo prophetauit. & hãc ſententiã tenẽt
omnes mgr̃i antiqui nr̃i fere qui hunc paſſum expoſuerũt
Vnde de hac auctoritate ſecundũ hãc ſuã ueram expoſitio-
nem nõ concluditur niſi eſſe unus deus qui Iſayam miſit.
Spiritus enĩ dei de quo hic dicitur ꝙ miſit Iſayam non eſt
uerus deus: ſed eſt ſpiritus propheticus creatus quẽ habuit
Iſayas a deo. & quẽ Iſayas prophetauit Vnde ſi recte hanc
auctoritatẽ intelligis nihil facit pro te ratio predicta Secũ-
do preſupponis in tua expoſitione ꝙ uerus deus fuit miſ-
ſus a deo per aſſũptionem carnis quod nõ probas nec pro-
bare ualebis Item ſũt quedam in lr̃a precedentia & ſequẽtia
hãc auctoritatem que nullo modo conſonat tue expoſitioni
ſed quia dicta ſuffitiunt pro nunc ad tuam e xpoſtionem
euacuandam Ideo illa omitto.

## Paulus

Expoſitio magiſtroꝝ tuoꝝ In qua dicunt ꝙ Iſayas ẽ ille
de quo hic dicitur Nũc autem miſit me ꝛc eſt manifeſte fal-
ſa tanq̃ fundata in fundamento falſo & erroneo funda-
datur enĩ in hoc ꝙ anima Iſaye & anime aliorum propheta

rum fuerunt in monte Synai tempore dationis legis anteq̃
ibi naſcerētur . & Ibidē receperunt prophecias ſuas prout
& uerū eſt ꝙ tui mgr̃i hoc aſſerunt in predicta expoſitione
ſed hoc eſt manifeſte falſum . nam ſecundū naturalis ratio-
nis dictamē anima rationalis tunc incipit eſſe cum in cor-
pore humano ſibi coaptata infunditur anima enim ſecūdū
ueram ſui diffinitionem a prophetis traditam eſt perfectio
corporis phiſici & organici ut habetur ī ii . de anima Cōſtat
autem ꝙ illud quod non eſt perfectio alicuius nō habet eſſe
ante formationem illius . & ſic patet ꝙ predictū fundamē-
tum eſt falſum ꝙ autem ſit erroneum patet Nam hoc eſt cō-
tra ſacre ſcripture teſtimonium . legitur enī çach . xii . Ego
dn̄s formās ſpiritum hominis in medio eius . quod uerbū
exponitur a Rabbi cahadia & a Ra . quinhi cōformiter ad
predictam diffinitionē anime . dicunt enī ꝙ per hoc ꝙ di-
citur formans ſpiritum hominis in medio eius Intelligitur
ꝙ creator creat animam cū perfectione figure corporis hu-
mani . & eſt cōmunis expoſitio predicti uerbi . hoc etiā cō-
ſonat huic ꝙ dicitur Gen̄ . ii . Formauit igitur deus homi-
nem de limo terre & inſpirauit in fatiē eius ſpiraculū uite
& factus eſt homo in animam uiuentem Ex quo patet
ꝙ anima creatur & infunditur in corpore humano forma-
to . & ſic patet ꝙ nullomodo de Iſaac poteſt intelligi illud
quod dicitur A tempore quo fuerant ibi eram . quod intel-
ligitur a tēpore dationis legis ſecundū omnes . nec etiā ꝙ
ibi legitur īmediate ante ·ſ· non a prīcipio in abſcondito lo-
cutus ſum . poteſt de Iſaya intelligi . nec de aliquo homine
puro niſi ſolum de deo legis datore Doctores enī tui ī libro
qui dicitur Mequilea Exo . xix . Venerūt in deſerto Synai
& caſtrametati ſunt ī deſerto . & expreſſe dicūt ꝙ hoc quod
dicitur per Iſayam Non a principio in abſcondito locutus
ſum Intelligitur de datione legis que publice fuit data &
eſt ſentētia cōmunis omnium expoſitorum tuorum Ex quo
ſequitur manifeſte ꝙ illud quod inmediate ī eodē contextu

dicitur ·ſ· Nunc dn̄s miſit me & ſpiritus eius Intelligatur
de illo qui non a principio in abſcōdito locutus eſt 2c quod
non niſi de uero deo intelligi poteſt Ad hoc autē ꝙ dicis
me preſupponere ꝙ nō probo ·ſ· quod uerus deus miſſus ē
per aſſūptionē carnis 2c uerū dicis ꝙ hoc non tibi probaui
uſqꝫ nunc ſed hoc per dei gratiā probaturus ſum in ſequē-
ti di . ubi de diuinitate Chriſti eſt agendum Ad tertium
uero quod dicis ꝙ ſūt quedam ī predicta auctoritate pre-
cedentia & ſequentia que nullo modo conſonāt mee expo-
ſitioni . exprime illa & deo duce ſufficienter reſpōdebo tibi

## Saulus

Anteq̃ de aliis precedentibus & ſequentibus cōtra te obi-
ciam uolo tibi oſtendere . ꝙ hec uerba que allegas ſecun-
dum te expoſita faciunt manifeſte contra te Vis enim
ex iſtis uerbis ·ſ· Nunc dominus deus miſit me & ſpiritus
eius inferre . ꝙ in diuinis ſunt tres perſone diſtīcte ·ſ· deus
mittens . & ſpiritus ſanctus mittens . & filius dei miſſus
Sed ſi bene attendis ex hiis uerbis ſequeretur ꝙ quatuor
ſunt perſone in diuinis quod ut credo tu etiam non admit-
teres Primū aſſumptum patet nam in predictis uerbis bis
primo nominatur deus non enī dixit Et nunc dominus
miſit me . Sed & nunc dominus deus miſit me Ecce duo
dicis etiam ꝙ ille miſſus eſt deus & ſic ſunt tres perſone di-
cis etiam ꝙ in hoc quod ſequitur Et ſpiritus eius Exprimi-
tur alia perſona diuīa mittens quā etiā aſſeris deū mittentē
& ſic ſecundum te ſunt quatuor perſone diuine quod tu ut
credo nullomodo admitteres .

## Paulus

Dixi tibi ꝙ cum de hoc miſterio ſancte trinitatis age-
retur oporteret diligenter ſcrutari ſacra eloquia . non autē
ſuperficietenus Vnde in propoſito debes attendere formā
In qua illa duo nomina ponuntur ·ſ· illa pro quibus in
tranſlatione noſtra habetur Dominus deus . primū enim

VNiVERSiDAD
DE SALAMANCA

nomen quod ponitur ibi eſt Adonay ſcriptum cum hiis
litteris a. d. n. y. Cuius quidem nominis propria ſigni/
ficatio eſt dominus deus Secundum nomen quod ibi po/
nitur eſt nomen domini Thetragramaton quod eſt nomē
dei proprium. incōmunicabile creaturis quodquidem no/
men ſcribitur cum aliis litteris a predictis .ſ. y. h. n. h.
Vnde ſi proprie tranſferantur hec nomina ſecundum ueri/
tatem hebraice ligue dicentur ſic Et nunc dominus meus
y. h. n. h. miſit me. & ſic illa duo nomina quorum unū
eſt proprium diuinum. & aliud ē nomen adiectiuum nul/
lo modo ſignificant duo ſuppoſita. ſed tantum unū & ideo
racio tua non facit contra me ex illis duobus nominibus
primis habemus unum ſuppoſitum .ſ. perſonam patris in
hoc quod dicitur Miſit me habemus ſecundum ſuppoſi/
tū .ſ. perſonā filii miſſi In hoc quod dicitur Et ſpiritus eius
habemus tertium ſuppoſitum .ſ. peſonam ſpiritus ſancti
Vnde in hac auctoritate non ſolum tres perſone diuinne ex/
primuntur diſtincte ſed etiam ordo earum oſtenditur &
ideo ſi habes alias obiectiones litterales contra meam ex/
poſitionem propone eas ut uideamus cuius ualoris ſint.

## Capitulum Decimumquartum In quo exponitur auctoritas Iſaye ſupradicta extente. ut ex illa ſane intellecta intentum probetur ſupradictum.

### Saulus

Si bene ſcrutentur precedentia & ſequentia hanc auctori
tatem quam allegas manifeſte patet ꝙ propheta non loqui/
tur hic de meſſia ſeu Chriſto uenturo ſed de Ciro qui po/
pulum Iſrabel redemit de babilonica captiuitate Legitur
enim ſtatim ante predicta uerba que allegas Dominus
dilexit eum faciet uoluntatem ſuam in babilonē & brachi/
um ſuum in Caldeis Ego locutus ſum & uocaui eum ad/
duxi eum & directa eſt uia eius Quequidem uerba ſecun/
dum omēs expoſitores tā catholicos ꝗ hebreos exponūtur

de Ciro quem deus dilexit ad faciendum uoluntatem ſuā
in babilonem educendo populum ſuum de illa captiuitate
ad quod uocatus fuit a deo. habetur Iſaye xlv. capitulo
& proſperatus in uia ut habetur Eſdre. i. & ſequitur ſtatī
Accedite ad me ꝛc que eſt auctoritas per te allegata Poſt
autem dictam auctoritatē cum quibuſdam que ſequuntur
ad illam pertinentibus. ſequitur in littera Egredimini de
Babilone. fugite a caldeis in uoce exultationis annūtiate
auditum facite hec offerte illud ad extremum terre & dici/
te redemit dn̄s populum ſuū Iacob Que quidem uerba ab
omnibus exponūtur ad litteram de redēptione a Babilo/
nica captiuitate non autem de redēptinoe per meſſiā ſpecta/
ta Vnde inconſonum eſt ueritati littere ꝙ auctoritas tua
que inter precedentia & ſequentia ponitur. exponatur de
Meſſia & de redemptione ſua prout tu bene intendis. ſed
magis couenienter exponenda eſt de eadem redemptione
Babilonica. ad quam annuntiandam Iſayas Ibidem dici/
tur miſſus a deo cum dicitur Dominus miſit me ꝛc Que/
quidem annuntiatio fiebat a propheta per ſpiritum pro/
pheticū dei de quo dicit & ſpiritus eius & ſic patet ꝙ hec
expoſitio eſt magis conſona littere cum conuenientius con/
tinuatur cum precedentibus & ſequētibus modo predicto
ꝗ expoſitio tua.

### Paulus

Vt ueritas expoſitionis mee magis eluceſcat uolo tibi
exponere predictam auctoritatem per me allegatam cum
precedentibus & ſequentibus ſerioſe ad litteram Ad cuius
declarationem premittendum eſt ꝙ in ſacris eloquiis
preſertim propheticis ſepe fit tranſitus ſeu tranſlatio
de una materia ad aliam ſibi ſimilem. & ſpecialiter cum
una ſit figura alterius. uel habet cum eo aliquā correſpon/
dentiam ſicut menbra ad caput & econtra Vnde Iſaye de/
cimoquarto cum propheta loqueretur de pricipe Babilonis

VNIVERSIDAD DE SALAMANCA

qui in tirannica & ſuperba poteſtate & caſu horribili quod
āmodo aſſimulatur Lucifero ·ſ· primo angelo de celo cadēti
intantum ꝙ cenſendus erat menbrum eius & ipſius figura
Idcirco in eodem contextu propheta de uno tranſit ad ali-
um . ut patet in capitulo ſupradicto Vnde in propoſito
Iſayas prophetando de redēptione populi Iſrabelitici a cap-
tiuitate babilonica per Cirum ab ipſo deo ad hoc uocatum
tranſit ad prophetandum de alia redeptioni longe digniori
& remociori in tempore que tunc fiende erāt per meſſiam
ſeu Chriſtum Quequidem due redemptiones licet in hoc
conueniebant ꝙ utraqꝫ fienda erat per dei potentiam que
hoſtes populi ſui opprimebat Similiter per dei miſericor-
diam qua populo ſuo miſerebatur propter que de una
tranſit propheta ad aliam In multis tamen hee redemptio-
nēs inter ſe differebant & ſpecialiter in hoc ſcilicet ꝙ redēp-
tio Babiloīca facta fuit uirtute diuina per Cirum ſuum mi-
niſtrum abſqꝫ miraculorum operatione Sed mundo ſuo
curſu naturali incedente Redemptio uero ſecunda que per
Chriſtum erat fienda in miraculis a deo ſupernaturaliter
factis implenda erat per totum Quibus premiſſis littera
ſic uidetur exponenda ab illo loco in quo dicitur Audi me
Iacob ꝛc Ibi enim eſt quedam diſtinctio capitularis in
hebreo Vbi propheta locuturus de predictis duobus re-
demptionibus que in aliquo conueniunt & tamen in mul-
to magis differunt premittit Audi me Iacob ꝛc ut attenti-
onem exerceet . audientes . & Sequitur . Ego ipſe . ubi in
hebreo habetur Ego ſum ad denotandum ꝙ ipſius dei eſ-
ſe ſeu eſſentia per ſe conſiſtit & nullo modo ab alia depen-
det . & ſequitur Ego primus & ego nouiſſimus ad deno-
tandum ipſius eternitatem que omnem durationem tē-
poris excedit Et ſequitur Manus quoniam mea fundauit
terram Et dextera mea menſa eſt celos ad oſtendendū ꝙ
mundus ē creatus ab ipſo deo & a nullo alio & mundi par-
tes adinuicem ab ipſo deo ſunt proporcionate & ſequitur

Ego uocabo eos In hebreo habetur Ego uoco eos & ſtabūt
ſimul . ad denotandum ꝙ gubernatio mundi per ipſum
deum creata eſt ab ipſo deo creatore ſuo Quequidem om-
nia ſupradicta propheta premittit ad hoc ut oſtendat ꝙ li-
beratio populi dei a Babilonica captiuitate . de qua ſtatim
erat locuturus futura erat ſecundum diuinam ordinationē
qua ipſe deus creauit mundum & eum gubernat nullo in-
teruenieníte miraculo ſupernaturaliter facto ꝙ autem iſta
liberatiuo ſit a deo pre ordinata probat ſeu perſuadet per
hoc ꝙ deus liberationem per Cirum futuram ante per pro-
phetam predixit & nullus alius Ex quo patet ꝙ ſicut il-
la liberatio in ſola dei preſentia exiſtebat ſicut in ſola
eius potentia Vnde ſubdit Congregamini omēs uos ·i·gē-
tes omnes que diuerſis ydolorum cultibus ſubiacebant &
ſequitur Audite quis de eis annunciauit hec quaſi di-
ceret hoc nullus annunciauit anteq̄ fieret niſi ſolus deus
cuius potētia & ordinatione factum fuit & ſequitur Domi-
nus dilexit eum ſcilicet Cirum quem ad dignitatem mo-
narchiam promouit . ut populum ſuū liberaret a captiuitate
Caldaica Vnde ſequitur Faciet uoluntatem ſuam ſcilicet in
Babilone puniendo Caldeos & Iudeos in deliberando . &
ſequitur Ego locutus ſum & uocaui eum . & aduxi eum .
directa eſt uia eius Ad oſtendendum ꝙ tota proprietas
Ciri fuit a deo prouiſa & intenta . ut liberationem populi
per ipſum iuxta diuinam ordinationem impleret . & hoc
contra ydolatras qui huiuſmodi proſperitatem attribuerūt
ydolis ſuis Vnde dicitur ſupra eodem capitulo Anteq̄
ueniret iudicaui tibi ne forte diceres ydola mea fecerunt
hec . ſculptilia mea & conflatilia mandauerunt iſta que
audiſti . ſequitur Accedite ad me ꝛc Circa quod attenden-
dū ē ꝙ poſtquā propheta annuntiauit liberationem populi
a Caldeis per Cirū diuina uirtute fienda . ſine miraculorum
operatione nunc abea tranſit ad liberationē que tunc futu-
ra erat per Chriſtū uerum deum & hominem Quequidē

VNiVERSIDAD
DE SALAMANCA
GREDOS USAL

liberatio ſcilicet ſecunda facta fuit per ipſum deum redēp-
torem per maxima miracula a deo facta ſupernaturaliter
Et ideo ſicut Iſayas locuturus de prima redemptione que
non ſupra curſū naturalem facta eſt premiſit magnalia que
deus fecit in mundi creatione & gubernatione que non ſu-
pernaturaliter . ſed curſu naturali per potentiā dei infini-
tam facta fuerunt Sic propheta locuturus de ſecunda re
demptione que per miracula ſupernaturaliter facta effecta
eſt premittit de illis que a deo ſupernaturaliter facta fuerūt
& ſpecialiter circa gubernationem populi dei . de quorum
miraculorum numero datio legis in Synai in qua deus eſt
locutus tante multitudini publice & palam in maximū
reputatur miraculum Vnde Deutronomii iiii . de hac ma-
teria ſic legitur Interroga de diebus antiquis qui fuerunt
ante te ex die quo creauit deus hominem ſuper terrā a ſū-
mo celi uſq; ad ſummum eius Si facta eſt aliquando hu-
uſcemodi res aut unq̃ congnitum eſt . ut audiret popu-
lus uocē domini loquentis de medio ignis ſicut tu audiſti
Et de hoc dicit propheta Accedite ad me audite hec qua
ſi diceret Ea que locutus ſum maxima a deo ſupernatura-
liter facta ſunt Vnde requirunt maiorem attentionem ſi-
cut illa que homo audit a propinquo attentius intelligit
Non aprincipio in abſcondito locutus ſum quod commu-
niter exponitur tam a doctoribus noſtris quam tuis de
datione legis in monte Synai In qua totus populus audi-
ebat uocem domini loquentis Vt habetur Exodi xx . & di-
citur hec datio legis fieri a principio . quia in illa incepit
populus Iſraheliticus deo applicari in peculiarem populū
recipiendo obedienter mandata ſua Vt habetur Exodi xix
Quequidem uerba non poſſunt uerificari de Iſaya nec de
aliquo puro homine ſed de ipſo deo qui legem dedit & ſic
intelliguut etiam doctores tui & ſequitur Ex tempore an-
teq̃ fierent ibi eram Vbi in hebreo habetur a tempore quo
fiebat ego ſum quod intelligitur de ipſo deo qui loquēdo

populo modo predicto ibi erat ꝙ nō poteſt intelligi de Iſaya
qui nondum erat natus nec anima eius creata Vt iam oſtē-
ſum eſt Et ſequitur in eodem contextu & uerſu nulla
differentia interpoſita Et nunc miſit me dominus & ſpi-
ritus eius quod non poteſt intelligi plane niſi de quo con-
tinue & immediate propheta loquitur ſcilicet de deo Et ſic
habetur ꝙ deus qui legem dedit in Synai loquendo po-
pulo non in abſcondito Poſtea miſſus eſt a deo & ſpiritu
eius quod erat intentum . & ut magis oſtendat propheta
ꝙ uerba predicta ſūt uerba dei a deo miſſi Immediate ſub-
dit Hec dicit dominus redemptor tuus ſcilicet deus ille qui
miſſus eſt a deo & ſpiritu eius ad tuam redēptionem &
ſanctificationem De quo dicit ſanctus Iſrahel Ego domi-
nus deus tuus docens te utilia quod intelligitur ſic . Nam
redemptor noſter non ſolum dedit precepta que ſunt ne-
ceſſaria ad querendum beatitudinem . ſed etiam conſilia
que ad hoc non ſunt neceſſaria . ſed tantum utilia inquan-
tum per ea melius & expeditius homo poſſit conſequi pre-
dictam beatitudinem . gubernans te . in hebreo habetur
Ducens te in uia qua ambulas .quia geſta ipſius redemp-
toris ducatum preſtant huiuſmodi . ad hoc Vt in hac
uita que uia eſt dirigatur ad terminum beatitudinis . &
ſequitur Vtinam attendiſſes mandata mea & facta fuiſſet
ſicut flumen pax tua quod intelligitur dupliciter Vnomo-
do refendo hec uerba ad quod dixerat ſtatim ante Doceam
te utilia quaſi diceret . & ſi docui te utilia ſcilicet cōſilia que
non importat neceſſitatem . ſed utiliatem in conſequendo
expeditius beatitudinem tamen utinam attendiſſes man-
data mea ſcilicet precepta que neceſſitatem important quia
hoc ſuffeciſſet tibi ad salutem per quam pax perhennis ha-
betur atq; perpetua de qua dicit Facta fuiſſet ſicut flumen
pax tua ꝛc̈ Aliomodo poſſunt exponi predicta uerba ſci-
licet Vtinam attēdiſſes mandata mea referendo ea ſpecia-
lius ad phariſeos quibus Chriſtus dedit duo mādata que

VNIVERSIDAD DE SALAMANCA
GREDOS USAL

ſi ſeruaſſent habuiſſent pacem temporalem & etiam ſpiri-
tualem Chriſtus enim interrogatus a phariſeis ſeu herodi-
anis Si licet tributum dare ceſari Reſpondit . non conſu-
lendo . ſed potius precipiendo Que ſunt ceſaris date ceſari
Et que ſunt dei date deo Quequidem mandata non ſerua-
uerunt ſed utrunqꝫ tranſgreſſi ſunt . rebellauerũt enim ro-
mano imperio & ſic nõ dederunt que erant ceſaris ceſari
per quod amiſerunt pacem temporalem . quia uenerunt
Romani & deſtruxerunt locum & gẽtem Vt patet ĩ hyſto-
ria Ioſephi de deſtructione Iheruſalem & populi Iudaici per
Titum & Veſpaſianum fuerunt etiam tranſgreſſi ſecundum
mandatũ ſcilicet Que ſunt dei date deo . recedẽdo a Chriſto
tam in credendis q̃ in agendis & ſic amiſerunt pacem in
terram & ſupernam Vnde de prima pace ſubdit Facta fu-
iſſet ſicut flumen pax tua quia pax temporalis eſt tranſito-
ria ſicut flumen De ſecunda autem dicit Et iuſtitia tua ſicut
gurgites maris Iuſtitia enim que ẽ per fidem Chriſti ẽ iuſti-
tia ſuperhabundans ſicut gurgites maris & etiam perpe-
tua ſicut gurgites maris non deficiũt . habes igitur ex pre-
dictis expoſitionem litteralem predicte auctoritatis quam
tibi allegaui ſcilicet Dominus miſit me ꝛc̃ In qua trinitas
in diuinis exprimitur cum expreſſione tertie perſone ſcilicet
Spiritus ſancti Quequidem expoſitio conſona eſt precedẽ-
tibus & ſequentibus ut dictum eſt .

## Saulus

Audio expoſitionem tuam circa predictam auctoritatem
Iſaye ſed uideo ꝙ expoſitio tua facit contra te Dicis enim
ꝙ lex noſtra que data fuit in Synai fuit data a filio dei quẽ
tu deum uocas Vnde dicis . ꝙ de illo ſolo uericatur non a
principio in abſcondito locutus ſum Ex quo ſequitur ꝙ
non fuit illa lex data a tota triuitate quam tu aſſeris eſſe in
diuinis & perconſequens non fuit data a deo qui creauit
celum & terram & qui eduxit Iſrahelem de Egypto . non
enim dubito te concedere ꝙ tota trinitas creauit mundum
Et eduxit Iſrahelem de Egypto . & ſic ſi bene conſideras
expoſitio tua tibi ipſi contradicat .

## Paulus

Indubie cõcedo tibi ꝙ ſancta trinitas que eſt unus deus
creauit mundum Similiter & eduxit Iſrahel de Egypto &
etiam legem dedit Moyſi Nam ſecundum ueram fidem
Catholicam opera ſancte trinitatis indiuiſa ſunt ab extra
Diſtinctio enim perſonarum in diuinis ſolum eſt ſecundũ
relationes origenales que ab intra tantummodo ſunt cum
hoc tamen ſtat ꝙ in ſacra ſcriptura opera diuina apropri-
antur certis perſonis ſicut illa que pertinent ad potentiam
apropriantur deo patri Et illa que ad ſapientiam apropri-
antur filio Similiter que ad bonitatem apropriantur ſpiri-
tui ſancto & quia datio legis pertinet ad ſapientiam Ideo
apropriatur filio Non intelligendo ꝙ ſit proprium filii
Sic ꝙ non ſit commune toti trinitati Diffrentia enim eſt in
hac materia inter apropriationem & proprium . ſed de iſtis
ad preſens non eſt curandum circa te donec aliqualiter ſis
illuuminatus in fide

## Capitulum Decimumquĩtum In quo oſtenditur per aliquas auctoritates ꝙ ſpiritus ſanctus eſt deus contra he- breos qui ſpiritum ſanctum in ſcripturis contentum di- cunt eſſe creaturam & ſpiritualiter exponitur illud uerbum ibi Geneſi i. ſpiritus domini ferebatur ſuper aquas .

## Saulus

Adhuc non plene probas michi ꝙ ſpiritus ſanctus ſit
deus Nos enim bene credimus ſpiritum ſanctum eſſe ali-
quid a deo creatum quod eſt quid ſanctiſſimum De quo
Pſalmiſta Spiritum ſanctum tuum ne auferas a me Qui-
quidem ſpiritus ſanctus loquitur in prophetis Iuxta illud
ii . regum xxiiii . capitulo ſpiritus dei locutus eſt in me ſed

VNIVERSIDAD DE SALAMANCA
CREDOS USAL.ES

quia ille Spiritus ſanctus ſit uerus deus minime credimus
Nec auctoritates per te allegate hoc plene oſtendunt .

### Paulus

Exquo ſpiritum ſanctum credis eſſe quem etiam credis fuiſſe locutum in prophetis prout auctoritates per te alle/gate teſtantur ex conſequenti debuiſſes ipſum credere deum uerum eſſe uel aliqua ſubſtantia intellectualis creatura cor/pore ſeperata ſed non eſt dicendum ꝙ ſit aliqua ſubſtantia intellectualis creata ſeparata a corpore . quia ſic eſſet ãgelus uel anima alicuius beati ſeparata Sed non primum . quia ſecundum philoſophoꝝ inquiſitionem nec etiam ſecũdum teſtimonia ſacrarum ſcripturaꝝ habetur ꝙ ſit aliqua ſub/ſtantia intellectualis creata ſeparata a corpore niſi ſolum an/geli Nec ſecundũ etiam tu cõcederes & ſic remanet ꝙ ſpiri/tus ſanctus de quo ſcriptura loquitur ſit deus prout etiam auctoritates predicte per me allegate ſatis oſtendunt ſed ad maiorem habundantiam adhuc oſtendam tibi auctoritates quibus concedere cogeris . ꝙ ſpiritus ſanctus eſt deus per quas auctoritates plane ad litteram ſpiritui ſancto attribui/tur illud quod ſolius dei eſt . manifeſtum eſt enim apud doctores noſtros & etiam tuos ꝙ ſolius dei eſt eſſe ubiqꝫ per eſſentiam . preſentiam & potentiam Nam hoc pertinet ad infinitatem eſſentie & potentie diuine que nulli creature competit . quelibet creatura ſit finita Pſalmiſta tamen eſſe ubiqꝫ attribuit Spiritui dei qui eſt ſpiritus ſanctus Vnde in pſalmo qui incipit Domine probaſti me & cognouiſti me ꝛc dicitur Quo ibo a ſpiritu tuo . & a facie tua quo fu/giam Si aſcendero in celum ibi es ꝛc Exquo patet ꝙ ſpiri/ritus dei eſt ubiqꝫ tanquam ipſe deus Similiter Iob Trice/ſimo tertio legitur Spiritus dei fecit me & ſpiraculum omnipotentis uiuificauit me Conſtat autem ꝙ facere ho/minem & uiuificare eum ſolius dei eſt Doctores etiã tui an/tiqui de ſpiritu ſancto quandoqꝫ loquentes & attribuunt ea que ad ſolum deum pertinent .

### Saulus

Allega illos doctores noſtros hoc dicentes .

### Paulus

In illo libro qui dicitur Veriſich Rabba que eſt gloſa magna ſuper Geniſi illud uerbum Spiritus domini fere/batur ſuper aquas Queritur quid eſt ille ſpiritus dei de quo dicitur Et ſpiritus ferebatur ſuper aquas . & reſpondetur Hic eſt ſpiritus meſſie De quo . in Iſaya legitur Et requi/eſcet ſuper eum ſpiritus domini ſpiritus ſapientie & in/tellectus ꝛc Iſaye Vndecimo Hec in gloſa predicta tam maiori quam minori Item in predicta gloſa Geneſi Qua/drageſimoſecundo legitur Rabbi Symeon dicit Quid eſt illud quod legitur in pſalmo Spiritu oris eius omnis uir/tus eorum hoc eſt inſpirauit deus ſanctus & benedictus ſpiritum oris ſui & creatus eſt mundus Ex quibus & mul/tis ſimilibus patet propoſitum .

### Saulus

Illa gloſa quam allegas ſuper illud uerbum Spiritus do/mini ferebatur ſuper aquas modicum facit pro te poſſum enim reſpondere ꝙ ſpiritus meſſie eſt anima eius Sepe enĩ in ſcripturis anima humana dicitur ſpiritus Vnde çachee Decimoquarto capitulo Ego dominus formans ſpiritum hominis in medio eius quod intelligitur de anima Conſtat autem ꝙ etiam ſecundum te anima Chriſti ſeu meſſie non eſt deus . nec etiam illud quod dicitur Spiritus domini fe/rebatur ſuper aquas Intelligendum eſt de ipſo deo . tamen quia cum deus ſit omnino immobilis non poteſt uerificari de ipſo ꝙ ferebatur . quia hoc importat motum tamen quia ſi per hoc quod dicitur Hic ſpiritus dei intelligitur ipſe deus quem dicis eſſe tertiam perſonam in diuinis In/conueniens enim eſſet ꝙ in creatione mũdi fieret mentio de

VNIVERSIDAD DE SALAMANCA
GREDOS.USAL.ES

filio dei quem dicis eſſe ſecundam perſonā Ad auctoritatē ſecundā quam allegas ipſius Rabbi Symeon . nichil aliud occurrit dicendum niſi illud quod ſupra contra eam dixi ad quod per te fuit reſponſum .

## Paulus

Concedo tibi ꝙ anima Christi non eſt deus : ſed eſt anima humana que creata fuit in eodem inſtanti quo infuſa fuit in corpore Christi humano.ſicut dictum eſt & oſtenſum ſupra de aliis animabus humanis Et non antea.& ideo de ipſa non poteſt dici ꝙ ferebatur ſuper aquas in exordio creationis mundi cum pro tunc nondum fuiſſet in eſſe producta Ad aliud uero quod obicis.dicens ꝙ hoc dictū ferebatur non poteſt dici de deo ad quem nullomodo pertinet moueri Poſſem tibi reſpondere Vnomodo ꝙ licet uerum eſt ꝙ deus ſit omnino immobilis tamen ſepe in ſcripturis de deo dicuntur aliqua uerba quorum propria ſignificata non poſſunt eſſe ſine motu Vt cum dicitur Deſcendit deus ſuper montem Synai Exodi Decimonono Et in pſalmo Aſcendit deus in iubilo Et in multis aliis Quequidem uerba ſcilicet aſcendere & deſcendere.cum de deo dicuntur intelligūtur nō proprie Sed methaphorice dicta Vnde in propoſito cum dicitur Spiritus dei ferebatur Nō debet ītelligi ꝙ ferebatur per motū localē.ſed methaphorice.ſ.ꝙ ſpiritus dei.i.ſpūs ſāctus cui bonitas & amor appropriatur afficiebatur ad perficiendam perfectionē aquarum ſcilicet omniū entium productorum aque enim Iuxta ſeriem littere illius capituli omnia entia corporalia ī primordio producta continebant Et licet predictorum uerborum ſententia hoc modo poſſet haberi tamen aliter & magis proprie iuxta ueritatē hebraycā exponi poſſum Circa quod attendendū ꝙ ubi nr̄a trāſlatio dicit ſpiritus dn̄i ferebatur

In hebreo habetur quedam dictio que ſonat meraphephet / quod in lingua nr̄a idē ſignat ꝙ incubare in ſimilitudinem uolucris oua ſuo colore animātur Idē enim uerbū ponitur Deutro. penul. ubi dicitur . Sicut aquila prouocās ad uolandum pullos ſuos & ſuper eos uolitans . ibi in hebraico habetur / ſuper eos yeraheff .i. incubans Vnde in propoſito quia ſpiritus ſanctus uiuificator omniū a principio dicitur de quo in pſalmo . Emitte ſpiritū tuū & creabūtur / Idcirco in reꝝ exordio / ſicut deo patri attribuitur uiuificatio reꝝ / quequidē uiuificatio poteſt intelligi ſecundū motum primi mobilis . Nam motus ſecundū philoſophū in phiſicoꝝ eſt uita reꝝ naturaliū / motus autē primi mobilis eſt primus & precipuus .i. quo om̄es motus regulantur & menſurantur tāquā a prima omniū motuū mēſura / quiquidē motus reꝝ uiuificatiuus naturaliū eſt a deo tanquā a primo mouente prīcipaliter creatus Vnde ī premordio creationis reꝝ naturalium de hoc primo motu tāquā de uita reꝝ naturaliū fi mēcio attribuēdo ipſum motū deo ī perſona ſpiritus ſancti cui appropriatū ē uiuificare ut dictū ē . & ex iſta expoſitiōe tollitur quedā admiratio quę animū nō modicum pulſat .ſ. quomodo inter primo creata fit mencio de tempore Cum dicitur / Factum eſt ueſpere & mane dies unus / & de motu nulla uidetur fieri mencio / motus tamen eſt prior tempore naturaliter / quequidem admiratio tollitur per predictā expoſitionem / nam ſecundum eam prius fit mencio de motu quam de tempore ut dictum eſt . Ad tercium uero quod obicitur contra expoſitionem ſuper illud uerbum / Spiritus domini ferebatur / dicens / ꝙ inconueniens eſſet dicere ꝙ in creatione mundi fieret mentio de ſpiritu ſancto qui eſt tercia perſona . Ad hoc tibi reſpondeo / ꝙ uerum dicis in hoc .ſ. ꝙ conueniens eſt ut in creatione mundi qui eſt primus & principalis effectus diuinitatis ſufficiens mencio fiat tacita uel expreſſa de diſtinctione perſonarum diuinarum / ſed ſi recte ſcrutatus fueris ſenſum predictorum uerborum .ſ.

VNIVERSIDAD DE SALAMANCA

In principio creauit deus 2c uſqꝫ ibi Spiritus domini ferebatur ſuper aquas inuenies ꝙ fit mencio ſufficiens de tribus perſonis diuinis ipſas īnuendo ſaltē ſacras ſcripturas recte & diligenter ſcrutanti Ad cuius declarationem preſupponere debes ꝙ ſecūdum ueritatem fidei nō ſolum noſtre ſed etiam tue deus eſt cauſa omniū rerum creatarum per ſuum intellectum & uoluntatem ſicut artifex eſt cauſa artificiatoꝝ inuentorum per ipſum Dicit enim ſcriptura Omnia quecunqꝫ uoluit deus fecit uelle autem preſupponit cognoſcere Stat autem ꝙ artifex per artem quam habet in ſuo ītellectu conceptam & per amorem ſue uoluntatis relatum ſeu applicatum ad ſuum opus producendum operatur Ex quo ulterius conſiderandū eſt ꝙ deus pr̄ operatus ē deinde creaturā per ſuum uerbum ſeu ſapientiam conceptam quod eſt filius & per ſuum amorem ꝙ eſt ſpiritus ſanctus ita tamen ꝙ nō intelligatur ꝙ creare ſit proprium alicuius perſone de me tm̄ Omnia enim opera trinitatis ab extra ſūt indiuiſa ut ſupra dictum eſt ſed ſic intelligendo ꝙ cauſalitas creationis attribuitur perſone patris per modum efficientis & perſone filii attribuitur per modum cauſe exemplaris ſpiritui ſancto niſi huiuſmodi cauſalitas attribuitur per modum amoris ſeu effectus ad res creatas producendas & ideo ſacra ſcriptura recte innuit perſonam patris cui cauſalitas creationis attribuitur per modum efficiētis cum dicitur Creauit deus celū & terrā Innuit etiam perſonam filii cui cauſalitas creationis attribuitur per modum exemplaris cum dicitur In prīcipio quod idem ē ac ſi dicat in uerbo ſeu in ſapientia prout alibi in ſacra ſcriptura īuenitur & etiā quidam de magnis doctoribus tuis ſentiunt Innuit etiam in ſacra ſcriptura perſonā ſpiritus ſancti cui attribuitur cauſalitas creationis per modum amoris ſeu uoluntatis per hoc quod dicitur Spiritus dn̄i ferebatur ſuper aquas ut ſupra expoſitum ē Ex quibus recte conſideratis reperies ꝙ proceſſiones perſonaꝝ ī diuinis ſuper rationes productorias rerum creataꝝ inquantum

includunt eſſencialia attributa diuina .ſ. potenciā que appropriatur patri ſcientiam que appropriatur filio & uoluntatē que appropriatur ſpiritui ſancto ut per doctores nr̄os iſta plenius elucidantur .

## Capitulum . xvi . In quo oſtenditur ꝙ per hoc quod dicitur In principio creauit deus intelligendum eſt in ſapientia a deo concepta per quam deus mundum creauit .

### Saulus

Oſtende michi unde habes ex ſacra ſcriptura uel a doctoribus noſtris ꝙ in hoc ꝙ dicitur In principio creauit deus intelligatur in filio uel uerbo ſeu in ſapientia a deo concepta mirabile enim eſt in oculis meis ſi hoc poſſes reperire .

### Paulus

Hoc quod queris habes expreſſe in gloſa Ra . Moy . gerundenſis q inter ceteros expoſitores tuos dicitur inter uos eſſe magis eruditus in ſecretis diuine legis quiquidem Ra . Moy . ſuper illud uerbum In principio creauit deus celū diſcipulo ſeu auditori ſuo ſic alloqtur ſi merueris intelligere ſecretum huius dictionis uereſith .ſ. in principio cognoſces ꝙ ſecundū uiam ueritatis ſcriptura loquens de inferioribus innuit ī ſublimibus dictio enim uereſith .i. in principio innuit ī ſapientia que eſt principium principiorum & ideo in tranſlatiōe ieroſolomitana ī loco ubi dicitur uereſith ſeu in prīcipio habetur ī ſapiētia hec ille ex qua auctoritate habes intentū meū ſupradictū .

### Saulus

Adhuc ex illa gloſa Ra . Moy . nō habetur ꝙ illa ſapiētia que ſignatur cum dicitur uereſith ſeu in principio ſit a deo concepta ſicut diſtinguatur realiter ab ipſo deo concipiente hoc enim requiritur ad hoc ꝙ talis ſapientia dicatur uerbū cōceptū ſeu filius genitus prout tu oſtendere preſumis .

### Paulus

Ille ſapiētiſſimus Salomon uolens de ſapientia a deo genita

aliquid loqui ad excitandam audientium de tanta re atten-
tionem in perſona ipſius ſapientie ſic premittit i . viii . pro-
uer . Audite qa de rebus magnis locutura ſum quaſi diceret
iſta que dictura ſum maxima ſunt & auditu digna ad Ro .
. iiii . Fides enī ē ex auditu| doctores enī tui cū loquūtur de
aliqua re que a deo fuit eis uel pr̄ibus reuelata ſemper cō-
ſueuerunt dicere hoc habetur ex auditu ſeu ex ore auditus
unde & ſapiens proprie dicebat audite q̄ſi diceret ex auditu
iſta habentur nō ex inquiſitione & ſeqtur de rebus magnis
locutura ſum & ſecundum aliam tranſlationē dicitur audite
quia prīcipalia loquar prīcipia enī cuiuſlibet ſciēcie que ſūt
prīcipalia in ipſa preſupponuntur tanq̄ uera ex traditione
ſeu ex auditu altioris ſciētie ut philoſophus ī poſterioribus
dicit & ideo principia ſeu prīcipalia doctrine de me oportet
ꝙ preſupponantur tanq̄ uera & probata ex auditu altioris
ſciencie que quidē ſcientia eſt ſciēcia diuina per cuius reue-
lationem talia principia habentur cōſequenter infra eodem
ca . ſapientia predicta quibuſdam interponitur que pertinēt
ad cōmēdationē ipſius docet que| & talia ſunt hec prīcipalia
ſeu magne res de quibus locutura erat ſic dicens Deus poſ-
ſedit me in reſith .i. in inicio uiarum ſuarum antequā quicq̄
faceret a prīcipio ab eterno ordinata ſum & ex antiquis an-
teq̄ terra fieret non dum erant abyſſi & ego iam cōcepta erā
necdum fontes aquarum eruperant necdum montes mol-
le graui conſtiterant ante colles ego perturiebar adhuc terrā
non fecerat & flumina & cardines orbis terre quando pre-
parabat celos aderam quando certa lege & giro uallabat
abiſſos zc̄ uſq̄ ibi cum illo eram cuncta componens ex qui-
bus diligenter conſideratis habes manifeſte ꝙ aliqua ſapi-
entia erat cum deo ante mundi conſtitutionem quequidem
ſapientia erat concepta a deo non creara ſeu facta & erat cū
deo cuncta componens .ſ. omnia que in primordio rerum
fuerunt a deo creata que omnia fere in predicta auctoritate
tanguntur quequidem ſapientia ante mundi cōſtitutionem

erat ſemper cum deo & a deo concepta & per quam deus
fuit cuncta cōponens non poteſt eſſe niſi deus alioquin ſe-
queretur ꝙ nō ſolus deus eſſet creator mūdi ſed deus & illa
ſapientia per quā mundū creauit & ſic eſſent duo creatores
mundi quod nephas eſt apud te ſicut & apud nos .

## Saulus

Antequā aliquid dicam contra hoc ꝙ aſſeris de ſapientia
a deo cōcepta uolo tibi oſtēdere ꝙ trāſlator tuus uere trāſtu-
lit quandā dictionē ī predicta auctoritate cōtentā ī quaqui-
dem dictione magna uis tue rationis conſiſtit ubi enī dicit
tranſlator tuus Cū illo eram cuncta componens| in ueritate
hebraica dicitur Cū illo ſeu apud illū eram amon| hec autē
dictio amon licet habet multas īterpretationes in nulla enī
ſignat cuncta componens| unde ex ueritate lr̄e nō habes ex
predicta auctoritate ꝙ ſapientia illa quā dicis a deo eſſe cō-
ceptā ſit cū deo uel apud deū cuncta cōponens & ſic dicēdū
ꝙ illa ſapiētia de qua ſapiens loquitur nō eſt deus| quod tn̄
tu ex hac auctoritate principaliter probare preſumebas .

## Paulus

Verū dicis ꝙ iſta dictio amon ī hebraico multas habet
interpretatiōes ſed doctores tui ī hoc loco iſtā dictionē īter-
pretati ſūt cōformiter ad trāſlationē nr̄am| unde ī glo . ſuper
gen . que dicitur uereſith Rabba ſuper illud uerbū In prīci-
pio creauit deus uolentes exponere iſtā dictionē ī prīcipio
quod in hebraico dicitur in reſith cōcordantes iſtā dictionē
reſith cū illa alia dictione om̄ino ſimili que ponitur cū pre-
dicta auctoritate prouer . per me allegata ubi dicitur Dn̄s
poſſedit me in reſith .i. in prīcipio uiarū ſuaꝝ| in eodē loco
allegāt uerbū ſupradictū .ſ. erā apud eū amon| & ibidē iſtā
dictionē amon multipliciter īterpretātes| finaliter ſic dicunt:
amon ē artifex| lex enī dei dicebat ego fui inſtrumētū artis
dei ſancti & benedicti ī uia ſecula Rex enī carnalis edificās
palatia nō edificat ea niſi habeat exēplaria & deſcriptiones

VNIVERSIDAD DE SALAMANCA
GREDOS.USAL.ES

ut ſciat quomodo facturus eſt cameras & cubicula ſeu cel/
laria ſic etiam deus ſanctus & benedictus recipiens in lege
creauit ſeculũ unde & lex dicit uereſith .i. in pricipio creauit
deus | nõ eſt autẽ reſith .ſ. pricipiũ niſi lex ut dictũ ẽ prouer.
viii. dñs poſſedit me reſith .i. pricipiũ uie ſue | hec in glo. ex
qua habes manifeſte ꝙ amon ſignificat artifex ſeu artificiũ
uel artẽ & hoc manifeſte cõcordat cũ trãſlatiõe nr̃a que dicit
Cũ illo erã cuncta cõponẽs | per artẽ enĩ artifex cuncta cõ/
ponit | hoc etiã explicauerũt per exẽplũ de rege edificãte ut
in ſua expoſitione predicta cõtinetur & ſic ẽ manifeſtũ ꝙ ſe/
cundũ doctores tuos ſapientia predicta a deo cõcepta ante
mũdi cõſtitutionẽ ẽ illa per quã mundũ deus creauit | ſicut
per artem artifex ſuum artificum producit.

## Saulus

Verũ ẽ ꝙ ſic nr̃i doctores exponũt | ſed hãc ſapientiam
dicunt eſſe legem dei quod debet itelligi de lege moſaica nõ
autem de ſapientia quam tu dicis eſſe deum.

## Paulus

In diſputationibus dyalecticis ſeu ĩ iudiciis cõtẽctoſis alter
diſputantum ſeu cõtendentium poteſt accipere ex dictis ſui
aduerſarii illud quod pro ſe facit relicto alio quod non facit
pro ſe preſertim cũ illud relictũ ſit manifeſte falſum | unde ĩ
propoſito ex predicta auctoritate tibi oſtendo ꝙ ſecundum
doctores tuos ueꝝ eſt ꝙ amon in hoc loco ſignificat artem
ſeu artificium quod facit pro me & pro tranſlatione noſtra |
ſed ꝙ ulterius dicunt ꝙ illa ars ſeu artificium eſt lex .ſ. mo/
ſayca ut tu aſſeris hoc eſt non ſolum falſum ſed ridiculoſum
& forte abſurdum dicere tamen quia lex moſayca nunꝗ le/
gitur eſſe antequã fuiſſet data in monte ſynai nec etiã tẽpore
patriarcharum tamen quia ſuperfluum etiam eſſet illa eſſe
ante mundi conſtitutionem quando nullus homo erat qui
eum intelligeret ſeu obſeruaret. De pluuia enim legitur gen.
ii. nõ enĩ pluerat dominus deus ſuper terram eo ꝙ homo

non erat qui operaretur terram | unde a ſimili ſeu a fortiori
nullomodo eſt credendũ ꝙ lex fuiſſet producta quãdo ho/
mo nondum erat in mundo tamen quia ſi lex illa per quam
deus fecit mundum fuiſſet aliquid extra deum exiſtens | ſe/
quiretur ꝙ deus minus perfecte produceret mũdum ꝗ ali/
quis artifex producit ſuum artificiatum quod eſt non ſolũ
falſum ſed abſurdum conſequentia patet ex hoc quia artifex
producit ſuum artificiatum per artem ſibi itrinſecam | deus
uero ſecundum tuam poſitionem produxiſſet mundum per
artem ſibi extrinſecam quod derogat perfectioni creationis
rerum a deo facte quia deus ſecundum hoc indiguiſſet ad/
iutorio exteriori ad creationem mundi.

**Capitulum**. xvii. In quo ponũtur quedam obiecti/
ones iudeorum contra ueritatem generationis quam fides
catholica profitetur eſſe in diuinis | quequidem obiectiones
ſoluuntur In cuius fine declaratur ꝙ ĩ preſenti tractatu ubi
ſolũ agitur de ſcrutinio ſcripturaꝝ nõ ẽ tractandũ de omi/
bus difficultatibus que ad hoc miſterium pertinent.

## Saulus

Expoſitio tua circa predictam auctoritatem prouer. nul/
lomodo cõſonat rationi ꝙ enĩ ſapientia diuina per quã deus
fecit mundum ſit a deo genita ſic ut a deo generante realiter
diſtinguatur nullomodo poteſt a ratione tollerari ꝗuis enĩ
prout tu ſupra dixiſti in. vii. ca. ea que de deo dicũtur nõ
ſunt intelligenda ſecundũ modum infimarum creaturarum
que ſunt corpora ſed ſecundum ſimilitudinem creaturarum
que ſunt intellectuales ſubſtantie & ſic quod generatio ĩ di/
uinis intelligenda eſt ſecundum emanationem ĩtelligibilem
prout uerbum intelligibile a proferẽte ſeu a dicẽte diſtĩgui/
tur | quequidem emanatio nõ tranſit in exteriorem materiã
ſed intra manet adhuc ſecundum iſtam tuam declarationẽ
nullomodo dicendũ ẽ ꝙ in diuinis ſit generatio nec percõ/
ſequens generans & genitum ſeu pater & filius In homine

VNIVERSIDAD DE SALAMANCA
GREDOS.USAL.ES

enim & in angelo in q̲bus eſt aliqua emanatio intelligibilis
ſecundum quam eſt in eis intelligens & intellectum nō ta-
men ī homine ſeu in angelo dicatur eſſe generatio ſic ut ītel-
ligens pater dicatur & illud quod ītelligitur filius ergo nec
in diuinis ratione predicte emanationis intelligendum eſt
eſſe generationem ſecūdum quam ibi dicatur pater & filius
Item de ratiōe geniti ē ut accipiat eſſe a generāte & ſic opor-
tet ꝙ genitū habeat eſſe receptū & percōſequēs ꝙ nō ſit per
ſe ſubſiſtēs ꝙ repugnat perfectioni diuine cuius eſſe ē per ſe
ſubſiſtēs Ex quibus ſeq̲tur ꝙ nullius geniti eſſe ſit deus.

## Paulus

Verū eſt prout tibi dixi ꝙ generatio in diuinis non eſt
intelligēda ſecūdū ſimilitudinē generationis rerū corporaliū
ſed ſecundū ſimilitudinē emanationis ītellectualiū reꝝ | ſed
circa hoc attēdere debes ꝙ nulla res creata tātū deo aſſimu-
latur quantū īter talem rem & deū ſit maior ſimilitudo quā
ſit illa ſimilitudo accepta a rebus Iuxta illud yſa. xl. ca. cui
ergo ſimilem feciſtis deū ꝛc̄ cuius ratio eſt | nam perfectio
diuina ē infinita | perfectio autē creature cuiuſcūq̄ finita eſt
Inter finitū autem & infinitū non ē danda proportio | unde
cū ex perfectiōe alicuius creature quequidē perfectio finita
ē ſimilitudinē accepimus ad diuinā perfectionē que ē īfini-
ta oportet ꝙ ſemper remaneat maior diſſimilitudo | ex quo
ulterius ſequitur ꝙ ex quacūq̄ ſimilitudine a rebus creatis
in deo accepta oportet āmouere a deo oēs īperfectiōes que
in huiuſmodi perfectione rei create ītelligūtur ſeu īcludūtur
uerbi gratia | dicimus in deo eſſe ſciētiā ſeu ſapiētiam quam
nullomodo ītelligeremus niſi per aliquā ſimilitudinē ſapiē-
tie create cū cognitio noſtra a ſēſibilibus ſeu a rebus creatis
ſit accepta ſed cōſtat ꝙ ſapiētia creata āgelica ſeu humana eſt
quoddā accidens in ipſo ſapiente quod nullomodo deo cō-
petit cui nullū accidens ineſſe ſeu cōpetere poteſt | quicquid
enī eſt in deo deus ē | & ideo cum attribuimus deo ſapiētiā
uel dicimus ꝙ in deo ē ſapientia oportet ꝙ intelligamus eā

eſſe non eo modo quo in creaturis in quibus ē per modum
accidētis ſed eo modo quo cōpetit ·ſ· ſapiētia per ſe ſubſiſtēs
Vnde ī propoſito licet ī diuinis dicamus eſſe uerbū ſeu ſa-
pientiā que procedit a dicēte uerbi ītelligibilis que ī nobis
procedit ſecūdū ītelligibilē operationē nō tñ hec ſimilitudo
ē oīmoda | deficit enī a perfectiōe emanationis uerbi diui-
ni ī multis & ſpecialiter ī hoc ꝙ uerbum ī nobis procedēs
ſecūdū ītelligibilē operationē nō ē eiuſdē nature cū eo a quo
procedit & ideo id quod ītelligitur ī nobis ſeu a nobis non
dicitur filius | de ratiōe enī filii eſt ꝙ ſit eiuſdē nature cū p̄re
Intelligere autē diuinū ē ipſa ſubſtātia ītelligētis quod non
dubito te cōcedere | unde uerbū ī diuinis procedēs procedit
ut ſubſiſtēs eiuſdē nature cū illo a quo procedit qua ratione
proprie dicitur genitū & filius | unde in auctoritate allegata
de diuina ſapiētia ſcriptura utitur dictiōibus que ad gene-
rationē uiuētiū pertinēt ·ſ· cōceptione ut cū dicit Et ego cō-
cepta erā ſimiliter & partu | ut cū dicit Ego perturiebar | in
ītellectu autē nr̄o utimur nomine cōceptionis ſecundū ꝙ in
nr̄o ītellectu īuenitur aliquid de nouo apprehēſum nō autē
utimur nomine filiationis cū non ſit ibi idēptitas nature ·ſ·
intelligētis & ītellecti Ad ſecūdū uero ꝙ obicis dico ꝙ ſi in
deo eſſet aliquid genitū illud eſſet receptū | tibi reſpōdeo ꝙ
nō oīe acceptū ē receptū ī aliquo ſubiecto tota enī ſubſtā-
cia rei create accepit eſſe a deo | nō tñ habet aliquod ſubiectū
receptiuū | unde genitus ī diuinis accipit eſſe a generāte nō
tñ illud ē receptū in aliqua materia ſeu ſubiecto hoc enī re-
pugnaret ſubſiſtētie eſſe diuini | ūde filius ī diuinis īquātū
procedit ab alio habet eſſe diuinū nō q̄ſi aliud ab eſſe diui-
no exiſtens In ipſa enī perfectione diuina cōtinetur ꝙ ſit &
uerbū ītelligibiliter procedēs & prīcipiū uerbi ſicut quecūq̄
ad eius perfectionē pertinēt Et attēde ꝙ ſecūdū intētionem
huius tractatus prīcipaliter intēdere debemus circa ſcruti-
niū ſcripturaꝝ prout ī prologo dictū fuit de quo iam circa
hoc miniſteriū ſatis habuimus | nō autem debemus ſcrutari

VNiVERSIDAD DE SALAMANCA
GREDOS USAL

maieſtatē & ideo ſuperſedeamus ab argumētationibus que in hac materia ſunt ſeu fieri poſſunt de q̄bus doctores nr̄i multa alta ſeu profunda tractāt tā circa relationes originis que in diuinis dicūtur q̄ circa perſonas proprietates & notiões & huiuſmodi ad āmouēdas quaſcūq̧ hereticas īpugnationes que in hiis cōſueuerūt fieri/ de iſtis enī cū īcepit te ſūmus illuminator cordiū lumine fidei aliqualiter illuminare poteris de iſtis ad tui informationem ulterius procedere. Nunc autem ad noſtrum ſcrutinium .ſ. ſcripturarum circa alia que reſtant procedendum eſt.

**Diſtinctio** Decima de ſcrutinio ſcripturaꝝ circa miſterium diuinitatis Chriſti Et continet Nouem capitula.

In capitulo primo proponitur q̧ ex hoc q̧ fides catholica profitetur Chriſtum eſſe uerum deum & uerum hominem non derogatur diuine perfectioni.

In capitulo ſecundo oſtēditur per auctoritatem Pſalmiſte in pſalmo Quare fremuerūt ꝛc̄ q̧ Chriſtus ē deus & homo.

In tertio capitulo oſtenditur idem per auctoritatem Pſalmiſte in pſalmo Deus iudicium tuum regi da.

In capitulo quarto oſtenditur idē per auctoritatē Pſalmiſte in pſalmo Eructauit cor meum uerbum bonum.

In capitulo quinto oſtenditur idem per auctoritatem yſaie in nono capitulo.

In capitulo ſexto oſtenditur idem per auctoritatem Ieremie. xxiii.

In capitulo ſeptimo idem oſtenditur per uiſionem factā Ezechieli in primo capitulo ſue prophecie & per uiſionem factam Danieli in capitulo ſeptimo.

In capitulo octauo oſtēditur idē per auctoritates prophetaꝝ Mich. quinto capitulo & zacha. duodecimo.

In capitulo nono oſtenditur idem per dicta antiquorum talmudiſtarum & in eodem imponitur prime parti huius tractatus finis.

**Capitulum** Primū In quo proponitur q̧ ex hoc q̧ fides catholica profitetur Chriſtum eſſe uerum deum & uerū hominem non derogatur diuine perfectioni.

## Saulus

Quicquid ſit de premiſſis adhuc uideo q̧ Chriſtus tuus manifeſte fuit locutus cōtra excelſum / docuit enī per ſe uel per ſuos diſcipulos cōtra diuinā ſimplicitatē & quaſi cōtra omnē diuinā perfectionē & ideo proprie de ipſo debet itelligi illud Danielis ſeptimo ca. de cornu paruulo q̄ locuturus erat contra excelſum prout tibi ſupra dixi.

## Paulus

Dic michi obſecro ubi inueniſti q̧ magiſter meus Chriſtus uel ipſius diſcipuli talia contra deum excelſum fuiſſent locuti non enim credo q̧ talia poſſes reperire in doctrina ſua uel ſuorum.

## Saulus

Manifeſtū ē nec tu ut credo negabis q̧ magiſter tuus uel eius diſcipuli ipſius nomine docuerūt & publice atq̧ continue predicāt q̧ ipſe tuus meſſias ē uerus deus & uerus homo & cōſequēter de ipſo deo etiā aſſerunt q̧ fuit tēporaliter natus ex muliere cū tamē deus eſſe nunq̄ īcepit teſtāte pſal. A ſeculo uſq̧ in ſeculū tu es deus / & ī multis aliis locis aſſerunt etiā ipſum deum fuiſſe crucifixū mortuū & ſepultū & huiuſmodi quid ergo magis cōtra deū excelſum dici poſſet quā q̧ ſit uel fuit paſſibilis cū tn̄ deus ſit om̄ino īmobilis & īmutabilis dicēte ſcriptura Ego nō mutor Malach. iii. ca. quomodo enī pati poſſet qui mutari non poſſet/ quid enim abſurdius contra deū excelſum dici poſſet quā q̧ fuit mortuus de quo ſcriptura dicit Viuo ego ineternum / certe & ſi ſcripture de hiis tacuiſſent ipſi philoſophi pagani maxime contra hoc inſurgerent qui ex ſolo rationis dictamine probant uerum deū quem cognoſcunt eſſe primā cauſam mūdi om̄ino eſſe incorporeū & immutabilem ſed ſumme ſimplicē

VNIVERSIDAD DE SALAMANCA
GREDOS.USAL.ES

ſecundum quos om̄ino predicta per te & tuos aſſerta ludibria reputarent ſeu deliramenta.

## Paulus

Cōcedo tibi ꝙ ſecundū ueritatē fidei nr̄e Chriſtus in prophetis promiſſus de quo hic agimus ē uerus deus & uerus homo quā ueritatem ex teſtimoniis ſacre ſcripture coguntur cōcedere Similiter ſecundū eādē ueritaeē cōceditur ꝙ Chriſtus fuit natus de muliere paſſus mortuus & ſepultus que quidem om̄ia de deo cōcedimus fuiſſe uera nō tn̄ īquātum deus ſeu ſecundū naturā diuinā ſed ſecundū naturā aſſūptā .ſ. humanam ſic tamen predicta de deo dicuntur ſecundum ueram fidem ut in nullo derogatur dicte perfectioni apud eū q ſacra teſtimonia recte ſcrutatur & ſanā habet rationē.

## Saulus

Duo hic dicis que nullomodo poſſes probare quoꝝ primū eſt ꝙ Chriſtus in prophetis promiſſus eſt ſeu debet eſſe uerus deus cuius oppoſitum ſacra ſcriptura teſtatur que in multis locis aſſerit eū futuꝝ eſſe de genere Dauid quod nō credo te negare ſecundum ꝙ de deo poſſet uerificari ꝙ fuit natus de muliere paſſus mortuus & ſepultus ꝛc ſine hoc ꝙ derogetur diuine perfectioni hoc enī manifeſte uidetur implicare contradictionem ut ſupra dixi / dicere enim ꝙ deus eternus & īmutabilis fuit natus temporaliter & mortuus ꝛc huius manifeſte īplicāt cōtradictionē nō obſtātibus cauillationibus per te allegatis .ſ. cū dicit ꝙ hoc ē ſecūdū naturā humanā nō autē ſecūdū naturā diuinā talis enī cauillatio nō uidetur ualere cū deus nullā habet naturā niſi ſolā diuinā / ſed quia dixiſti ꝙ ex teſtimoniis ſacre ſcripture cogeris cōcedere ꝙ Chriſtus ī prophetis promiſſus futurus / erat uerus deus & uerus homo / rogo ut doceas me ubi habes talia teſtimonia & deīde procedemus ad diſcutiēdum de ſecundo.

**Capitulum** Secundum In quo oſtenditur per auctoritatem pſalmiſte ī pſalmo Quare fremuerūt ꝛc ꝙ Chriſtus eſt deus & homo.

## Paulus

Placet michi recurrere ad teſtimonia ſacre ſcripture qbus manifeſte habetur ꝙ Chriſtus ī prophetis promiſſus futurus erat uerus deus & homo / ad quod primo ī teſtē adduco ipſum egregiū Pſalmiſtā Iſrahel .ſ. Dauid qui proprie poſſet dici cithareda Chriſti Ipſe enī in ſecūdo pſalmo ſui pſalterii qui primus pſalmus eſt ſecundū quoſdā ubi loqtur de deo & de Chriſto ſuo ad lr̄am cū dicit Aſtiterūt reges terre aduerſus dn̄m & aduerſus Chriſtum eius Infra in perſona Chriſti ſupradicti dicit Dn̄s dixit ad me filius meus es tu ego hodie genui te / quequidē uerba diligenter fuerūt altricata īter me & te ī nono capitulo precedentis diſtictionis & ibidē oſtēſū ē ꝙ uerba predicta nō poſſet proprie uerificari niſi de filio dei quē deus eternaliter genuit / & ſic patet manifeſte ꝙ Chriſtus ī predicto pſalmo prophetatur filius dei a deo eternaliter genitus & perconſequens deo generalis & coeternus / nichil enī ē in deo qui ſit eternū & eiuſdē nature cū ipſo deo / quāquidē auctoritatē tibi induxi ī predicto ca. probandū generationē naturalē & eternā eſſe in diuinis pro quo multipliciter arguiſti ibidē tā cōtradicēdo mee expoſitioni quā etiā introducēdo alias doctoꝝ tuorū expoſitiones ad que om̄ia fuit tibi ī predicto ca. ſufficiēter reſpōſū & ſic non oportet ut hic replicemus ea que ibi dicta fuerunt talis enī iteratio eſſet faſtidioſa potius ꝗ fructuoſa unde remitto te ad illud capitulum ubi ex teſtimonio Pſalmiſte habetur Chriſtū eſſe filiū dei eternū & ſic uerus deus / ꝙ autē ipſe ſit uerus homo non credo te negare & ideo ex iſta auctoritate nūc per me allegata & ſupra ī predicto ca. per me proprie & uere expoſita una cum cōceſſione de humanitate Chriſti habeo intentum.

## Saulus

Bene recolo ꝙ iſta auctoritas pſalmiſte fuit per te allegata in precedentibus ubi etiā circa eius expoſitionē fuit inter me & te alteratum / ſed adhuc ex iſta non habes propoſitum

VNIVERSIDAD DE SALAMANCA
GREDOS.USAL.ES

tuum | nam licet uerum eſt ꝙ ego concedo Chriſtum fore
hominem nullo tñ modo concederem ꝙ eſſet deus & homo
In predicta autē auctoritate ſolū conaris probare ꝙ ē deus
ſeu filius dei erernus non autem ꝙ ſit homo .

### Paulus

In predicto pſalmo deus alloquens ipſi Chriſto filio ſuo
ſic dicit Poſtula a me & dabo tibi gētes hereditatem tuā ꝛc̈
Cōſtat autē ꝙ ſi Chriſtus de quo ibidem agitur eſſet purus
deus & nō homo nullomodo cōueniret ei poſtulare aliquid
a deo cū ſecundū hoc ē om̄ino equalis pr̄i habens ipſā eādē
potentiā que eſt ipſa dei eſſencia | unde neceſſe ē ꝙ iſta uerba
.ſ. Poſtula a me ꝛc̈ intelliguntur ſecundum naturā humanā
ſecundum quam ipſe Chriſtus eſt uerus homo cui compe/
tit quandoqꝫ a deo petere aliquid quod nō habet & ſic ex
predicta auctoritate habeo intentum .

**Capitulum** Tercium In quo oſtēditur idē per aucto/
ritatem Pſalmiſte in pſalmo Deus iudiciū tuū regi da ꝛc̈.

### Saulus

Video ꝙ ſentis circa predictam auctoritatē ſed uolo ꝙ
oſtendas michi ſi aliam habes auctoritatem ad propoſitum
tuum fundandum .

### Paulus

Habeo aliā auctoritatē eiuſdē Pſalmiſte ī pſalmo q īcipit
Deus iudiciū tuū regi da | ubi manifeſte agitur de Chriſto
qui ibidem denūtiatur ſaluator populi preſertim humilium
& pauperꝝ | de quo dicit Saluos faciet filios pauperum ꝛc̈
& animas pauperꝝ ſaluas faciet & huiuſmodi | de quoquidē
Chriſto ſaluatore ibidē dicitur Sit nomen eius in ſecula &
ante ſolem permanet nomen eius | quam auctoritatem tibi
ſupra allegaui in decimo capitulo predicte diſtinctionis ad
probandum generationē eternam eſſe ī diuinis | circa quod
large altercauimus & finaliter in predicto capitulo fuit tibi
oſtenſum ꝙ ex predicta auctoritate preſertim ſecundum he/
braicam ueritatem ſumpta oſtenditur manifeſte ꝙ filius dei

de quo ī illo pſalmo agitur fuit āte ſecula & manet ineternū
nō obſtantibus multiplicibus tuis cauillationidus ibidem
cōtentis | & ſic ex eodem pſalmo habetur ꝙ ſaluator ille pro/
miſſus de quo ibi agit qui uerus homo & filius hominis ē
Eſt uerus deus & filius dei eternus quod eſt intentum | nec
hic oportet replicare illa que fuerunt inter nos altercata cir/
ca expoſitionem illius pſalmi ī predicto capitulo decimo ne
fiat repetitio unius & eiuſdem que faſtedioſa eſt & ideo re/
mitto te ibi ubi predicta plene inuenies .

### Saulus

Habeo mentem tuam circa expoſitionem predicti pſalmi
circa quā nolo amplius replicare quia ſatis fuit in predicto
capitulo inter nos diſcuſſum | ſed ſi aliam habes auctorita/
tem indica michi .

**Capitulum** Quartū In quo oſtenditur idē per aucto/
ritatem pſalmiſte in pſalmo Eructauit cor meum .

### Paulus

In pſalmo qui incipit Eructauit cor meum uerbum bonū
Pſalmiſta loqtur ad lr̄am de Chriſto q inter ceteros unctos
a deo qui ratione unctionis Chriſti uocari poſſunt excellen/
tior eſt | & ideo de ipſo dicit Vnxit te deus deus tuus oleo
leticie precōſortibus tuis | ubi pſalmiſta paulo ante alloquēs
ipſi Chriſto ſic dicit Sedes tua deus in ſeculum ſeculi uirga
directionis uirga regni tui | quequidem uerba de nullo ue/
rificari poſſunt niſi de uero deo ut eſt manifeſtum | nullus
enim habet ſedem diuinam in ſeculum ſeculi niſi ipſe deus |
& ſic per iſta uerba pſalmiſta teſtatur ꝙ ille Chriſtus cui al/
loquitur eſt uerus deus | cui etiam dicit Sedes tua in ſeculū
ſeculi | ubi ex hac auctoritate habes ueritatē a me intentam .

### Saulus

Iſte pſalmus exponitur a doctoribus noſtris multipliciter
.ſ. de diuerſis regibus ſub quoꝝ quolibet filii Iſrahel fuerūt

VNiVERSIDAD DE SALAMANCA
GREDOS.USAL.ES

in proſpero ſtatu | unde cum fuerunt ſub Salomone ualde
proſpere uiuentes ut habetur . iii . regum uel de Aſuero in
cuius tempore Mardocheus & alii iudei fuerunt honorati
uel etiam de Rege Dauid in cuius tempore Dauid debel/
lauit multas gentes conuicinas terre promiſſionis | ut ha/
betur ī ſecundo regum unde ipſi proprie dicebat pſalmiſta
accingere gladium tuum ſuper femur potentiſſime inten/
de proſpere procede & regna | & ideo pſalmus non neceſ/
ſario exponitur de Chriſto de quo agimus de quolibet enī
predictorum regum poteſt | & ideo in primo uerſu dicitur
Dico ego opera mea regi | indiffinite loquendo ·ſ· non ap/
propriādo alicui predictorum regum uel forte alicui alioꝝ
qui proſpere gerunt .

## Paulus

Licet in primo uerſu Pſalmiſta loquitur indiffinite cum
dicit Dico ego opera mea regi | intelligendum eſt anthono/
matice ·ſ· per excellentiam reſpectu ceteroꝝ regum ꝙ patet
ex hoc ꝙ ſubdit uerba que de nullo ceteroꝝ regum nec de
aliquo alio puro homine dici poſſunt | unde tibi predixi eidē
enim regi de quo loquitur dicit Sedes tua deus in ſeculum
ſeculi | quod nullomodo poſſet uerificari de Dauid nec de
Salomone nec de Aſuero nec de aliquo alio puro homine
unde uirtute iſtorum uerborum oportet reſtrīgere materiā
principalē iſtius pſalmi ad Chriſtum qui uerus deus eſt ha/
bens ſedē dei in ſeculum ſeculi & uerus homo quia unctus
oleo leticie preconſortibus unde dictum eſt Item tranſlatio
caldaica ·ſ· Ionathe que apud uos equiualet textui illud uer/
bū pſalmiſte Specioſus forma pre filiis hominū ſic trāſtulit
Pulchritudo tua Rex meſſia maior quā filioꝝ hominis | &
ſic patet ꝙ pſalmus iſte de meſſia loquitur de quo teſtatur ꝙ
eſt uerus deus & uerus homo modo predicto .

## Saulus

Quedam cōtinentur in hoc pſalmo que non poſſunt ap/
plicari meſſie tuo | dicit enī ibi Aſtitit regina a dextris tuis

Similiter Audi filia & uide & inclina aurem tuam ꝛc̃ & in
fine pſalmi cōcludit Pro patribus tuis nati ſunt tibi filii cō/
ſtitues eos principes ſuper omnem terram | cōſtat autem ꝙ
nichil horū poteſt uerificari de meſſia tuo quia nullam ha/
buit reginam ad dextram ſuam aſſiſtentē | ſimiliter nec filiā
diſciplinā audientem | nec etiā habuit filios quos principes
cōſtituiſſet Vnde expoſitio tua nullomodo tolleratur a lr̄a .

## Paulus

Tu noſti ꝙ doctores tui communiter tenent ꝙ ſynagoga
Iſrahelis dicitur eſſe dei ſponſa Vnde liber cāticorum apud
eos exponitur de deo ſponſo & ſynagoga ſponſa | & de ea
exponunt illud canticorum quarto capitulo Tota pulcra es
amica mea & macula non eſt in te | quod licet de ſynagoga
patrum antiquorum aliquid contineat ueritatis | de ecclesia
tamen Chriſti que una eſt unitate fidei potius hoc uerifica/
tur | & quia iſta eccleſia uera ſponſa Chriſti eſt & ei con/
iuncta & cum eo regnans ſeu regnatura ineternum Ideo
poteſt dici Regina & de illa uerificari illud Aſtitit Regina
a dextris tuis | quia in bonis potioribus aſtitit Chriſto ·ſ·
in preſenti in bonis gracie & in futuro in bonis glorie | &
quia ſicut iſta eccleſia eo ꝙ eſt coniuncta Chriſto ſicut ſpōſa
ſponſo dicitur regina | ſic eo ꝙ recepit eius legem ſeu diſci/
plinam euangelicam dicitur eſſe filia & ideo de ea dicitur
Audi filia & uide & inclina aurem tuam | & quia iſta ec/
cleſia ſuccedit ſynagoge antique in fide quia eadem eſt fides
patrum & fides diſcipulorum Chriſti licet in credendo de
preterito uel de futuro quādoqꝫ uarietur In cerimonialibus
autem legis antique que iam ceſſant poſt Chriſtum omni/
no ſunt diuerſe ut ſupra dictum eſt Ideo dicit Obliuiſcere
populum tuum ·ſ· iudaicum & domum patris tui ·ſ· tem/
plum antiquū in quo ſacrificia offerebantur que poſt Chri/
ſtum ceſſauerunt ut dictum eſt | & ſequitur Et concupiſcet
Rex ſpeciem tuam ſeu decorem tuum | quia cultus eccleſie

VNiVERSiDAD
DE SALAMANCA
GREDOS USAL

pulchrior eſt & delectabilior Chriſto cultu ſynagoge | hoc autem ꝙ dicitur in fine pſalmi Pro patribus tuis nati ſunt tibi filii | ſimiliter intelligendum eſt de Chriſto cui loco patrum ſuorum ſecundum humanam naturam ·ſ· patriarcharum & prophetarum nati ſunt filii ſpirituales ·ſ· apoſtoli & alii diſcipuli qui patriarchis & prophetis ſucceſſerunt qui conſtituti ſunt principes ſuper omnem terram in ſpiritualibus quiquidem filii Chriſti principes conſtituti reduxerunt ad memoriam facta Regis Chriſti in generationibus ſibi ſuccedētibus uſqꝫ in finem mundi| ideo ſubditur Memores erunt nominis tui domine in generatione & generationem | propterea populi confitebuntur tibi ineternum ꝛc Propterea populi ·ſ· fidelium confitebuntur tibi ineternum in ſeculum ſeculi | iſta enim laus que procedit ex memoria ſeu cognitione Chriſti non ceſſabit in hoc ſeculo nec in futuro ubi potior erit| unde omnia contenta in hoc pſalmo non diſcrepant a propoſito meo ſed potius adaptantur & iſte tres auctoritates predicte debent tibi ſufficere quo ad pſalterium licet ibi ſint multa alia .

## Capitulum Quintum In quo oſtenditur idem per auctoritatem yſaie in nono capitulo .

### Saulus

Habeo mentem tuam circa auctoritates per te allegatas de pſalterio ſumptas Sed allega michi auctoritatem alterius prophete ſi habes ad intentum tuum probandum .

### Paulus

Ille propheta euangelicus ·ſ· yſaias miſterium humanitatis & diuinitatis Chriſti non pretermiſit | ſed ipſum clare prophetauit Unde yſaie nono capitulo agens de meſſia ſeu de Chriſto ſic dicit de eo Puer natus eſt nobis & filius datus eſt nobis cuius imperium ſuper humerum eius & uocabitur nomen eius admirabilis conſiliarius deus fortis pater futuri ſeculi ſeu ſempiternus princeps pacis Ex qua auctoritate manifeſte habes ꝙ Chriſtus de quo loqtur ē uerus homo tēporaliter natus & hoc cum dicit Puer natus eſt nobis | habes etiā ex eadem auctoritate ꝙ ſit uerus deus & hoc cum dicit Deus fortis pater futuri ſeculi ſeu ſempiternus & princeps pacis | predicta enim nomina non poſſunt uerificari niſi de uero deo & ſic per iſtam auctoritatem oſtenditur meum propoſitum .

### Saulus

Hec auctoritas per te allegata exponitur proprie a doctoribus noſtris de Ezechia Rege In cuius tempore dedit deus pacem in Iheruſalem & iudea deuicto Senicherib unde habetur quarto regum| qua ratione uocatur a deo princeps pacis eo ꝙ fuit princeps In cuius tempore pax miraculoſe uiguit Unde ſecundum iſtam ueram expoſitionem doctorum noſtrorum nomina que ponuntur in hac auctoritate ad ſolum deum pertinentia non ſunt nomina ipſius pueri nati ſed dei uocantis ipſum puerum principem pacis ſic enim exponenda eſt littera predicte auctoritatis Puer natus eſt nobis & filius datus eſt nobis ·ſ· Ezechias cuius imperium ſuper humerum eius inquantum fuit Rex imperans quemquidem puerum deus admirabilis & fortis & pater futuri ſeculi ſempiternus uocauit principem pacis & ſic nomina ad deitatem ſolum pertinentia que in hac auctoritate ponuntur referenda ſunt ad deum uocantem Iſtud ſolum ꝙ dicitur Principem pacis | eſt nomen pueri nati ·ſ· Ezechie & hic eſt ſenſus planus huius auctoritatis ſecundum quem nichil facit ad propoſitum tuum .

### Paulus

Bene ſcio ꝙ hec expoſitio tua eſt Ra . Sa . & quorundam modernorum expoſitorum tuorum qui ſemper intendunt obfuſcare ſacras ſcripturas que de Chriſto uera teſtimonia tradunt Unde ſi bene ſcrutatus fueris ſententiam huius

UNIVERSIDAD DE SALAMANCA
GREDOS.USAL.ES

auctoritatis manifeſte reperies ꝙ hec tua expoſitio eſt omnino inualida / tum quia irrationabilis tum quia incõſona littere tum quia contra mentem antiquorum tuorum qui fuerunt maioris auctoritatis q̃ ipſe Ra. Sa. quẽ tu allegas Primum patet nam nulla ratio ẽ qua deus tot nominibus uocaretur in uocatiõe huius pueri nati / fuerunt enim multi alii qui ante ſuam natiuitatem fuerunt uocati ſuis propriis nominibus a deo ſeu ab angelo ut yſmahel & yſaac & Ioſias Nunq̃ tamen in eorum uocatione deus uocatur pluribus & uariis nominibus ſuffeciſſet enĩ dicere uocauit eũ dominus prĩcipem pacis / unde nulla apparet ratio quare alia nomina ad deum pertinentia ibi adiungerentur.

**Saulus**

Hec ratio tua ſimiliter facit contra tuam expoſitionem / nõ enim uidetur eſſe aliqua ratio qua tot nominibus ille puer natus uocaretur ſuffeciſſet enim dicere ſecũdum tuum propoſitum Puer natus eſt nobis & uocabitur nomen eius deus Vnde multiplicatio nominum illius pueri nati ſuperflua uidetur etiam ſecundum tuam expoſitionem.

**Paulus**

Secundum meam expoſitionem quodlibet nomen illius pueri ſignificat aliquod notabile in ipſo In hoc enim ꝙ dicitur Puer natus ẽ nobis / deſignatur ipſius magna humilitas in natura humana ſicut paruulus humilior eſt q̃ ceteri maioris etatis In hoc autem ꝙ dicitur Et filius datus ẽ nobis / deſignatur in ipſo puero nato eſſe aliam naturam ſecũdum quam non fuit natus temporalis ſed datus nobis In hoc autẽ ꝙ ſequitur Et factus eſt prĩcipatus ſuper humeꝝ eius oſtenditur ꝙ ille puer natus accepit ſupra ſe iugũ legis obſeruande licet non eſſet ad hoc obligatus / unde in tranſlatione caldaica iſta uerba Et factus eſt principatus ſuper humeꝝ eius trãſferũtur ſic Et recepit ſupra ſe legẽ obſeruã dam In hoc ꝙ ſeqtur Et uocabitur nomen eius admirabilis deſignatur ꝙ ſua natiuitas de qua predixerat Puer natus eſt nobis / fuit maxime miraculoſa quia de uirgine ſine ſemine uirili In hoc autẽ ꝙ dicitur Et cõſiliarius / deſignatur ꝙ ipſe puer natus erat daturus conſilia ſalutifera ſuperaddita preceptis decalogi In hoc autẽ ꝙ dicitur deus exprimitur eius deitas In hoc autẽ ꝙ dicitur fortis declaratur eius fortitudo que in ſua paſſione fuit abſcondita In hoc autẽ ꝙ dicitur Pater futuri ſeculi / deſignatur ꝙ ipſe habebat inducere oĩs electos ad celeſtem gloriã que ẽ in futuro ſeculo In hoc autẽ ꝙ dicit Princeps pacis / deſignatur ꝙ ipſe daturus erat ſuis uerã pacẽ .ſ. eternam que non poſſet eſſe cũ peccato mortali Iuxta illud pſalmiſte Nõ eſt pax oſſibus meis a facie peccatoꝝ meoꝝ Similiter & pacem ſupernã que ſuperat omnẽ ſenſum & ſic uides ꝙ omnia que in hac uocatione cõtinẽtur ſunt propria & notabilia & nõ ſuperflua in uocatione illius pueri nati quedam enim pertinent ei proprie ex duplici ſui natura quedam uero ex effectibus eius & aliis que pertinẽt ad redemptionem noſtram per ipſum factam / unde multiplex nominatio predicta propria & notabilis eſt in puero nato de quo agitur & ſic patet irrationabilitas tue expoſitionis Quod autem expoſitio tua ſit inconſona littere patet ex hoc / nam poſt predicta uerba preallegata ſequitur ſtatim in littera Multiplicabitur eius imperiũ & pacis non erit finis que uerba nullomodo poſſunt uerificari de Ezechia cuius pax habuit finem in breui tempore ut patet in ſua hyſtoria quarto regum & ſecũdo peralip. Similiter ꝙ ſequitur ſtatĩ Super ſolium Dauid & ſuper regnum eius ſedebit ut confirmet illud & corroboret uſqꝫ in ſeculum / ridiculum eſt hoc exponere de Ezechia cuius imperiũ & regnum & pax fuit breuiſſimum ut notum eſt De Chriſto autem modo omnia iſta uerificantur cuius eccleſia in qua ſedet & regnat non ſolum celeſtis ſed etiam terrena confirmata eſt a Chriſto uſqꝫ ineternum.

**Saulus**

Habeo mentẽ tuam circa hoc / ſed quia dixiſti ꝙ doctores

VNiVERSIDAD DE SALAMANCA
GREDOS.USAL.ES

nr̄i antiqui predicta uerba yſaie nō exponebant de Ezechia ſed de meſſia | uolo ut michi oſtendas qui ſunt illi doctores .

### Paulus

Trāſlatio caldaica .ſ. Ionathe que fuit ordinata ex ore Rabbi Heliezar & Ra . Ioſue qui fuerunt per magnum tempus ante deſtructionem templi predictam auctoritatem expreſſe tranſtulit de meſſia | tranſlatio uero . Lxx . interpretum ſimiliter intelligit predicta uerba dicta de meſſia | ſed loco iſtarum dictionum Admirabilis conſiliarius deus fortis pater futuri ſeculi princeps pacis | hoc ſolum poſuerunt Magni conſilii angelus .

### Saulus

Tranſlatio . Lxx . interpretum facit contra te | pretermiſit enim nominationes exprimentes diuinitatem | & ſic de mente ſua patet ꝙ licet illa uerba intelligantur de meſſia non tamen debet credi ꝙ ipſe ſit deus .

### Paulus

Ratio quare . Lxx . ſubtraxerunt nominationes exprimentes deitatem Chriſti in hac auctoritate talis eſt | nam ipſi tranſtulerunt ſacram ſcripturā ueteris teſtamenti Ptholomeo Regi qui erat gentilis | & licet unum deum credebat ſicut ueri philoſophi nōdum credebat miſteria Chriſti ſicut nec illi | & ideo ubicunqꝫ fiebat mencio de diuinitate Chriſti ſicut in hoc paſſu pretermiſerunt & quādoqꝫ aliter trāſtulerunt ne forte Ptholomeus crederet eos dicere ꝙ Chriſtus ſecundum ꝙ homo eſſet deus & ut ſecreta fidei nō aperirēt gentili qui nondum erat lumine fidei illuminatus Et ſcias quia Ra . Moy . egipcius qui fuit maximus inter doctores tuos modernos conſiderans ſeriem littere & etiam Ionathe tranſlationem ſupradictam que equiualet textui apud uos in quadam epiſtola ſua ad iudeos affricanos commendans meſſiam ab eis ſpectatum allegat predictam auctoritatem yſaie | ubi dicitur Et uocabitur nomen eius admirabilis

conſiliarius ꝛc̄ dicit hec ſex nomina pueri nati | hec ille | & ſic habes propoſitum meum ex doctoribus tuis magis autenticis .

## Capitulum Sextum In quo oſtenditur idem per auctoritatem Ieremie uiceſimotercio .

### Saulus

Habeo mentem tuam circa predictam auctoritatem yſaie ſed ſi habes aliquam auctoritatem alterius prophete oſtendentē diuinitatem meſſie prout tu oppinaris indica michi .

### Paulus

Habeo auctoritatem Ieremie qui meſſiam tunc uentuꝝ fore teſtatur uerum deum Ieremie enim uiceſimotercio ubi ad litteram agitur de meſſia ſic legitur Ecce dies uenient dicit dominus & ſuſcitabo Dauid germen iuſtum & regnabit Rex & ſapiens erit & faciet iudicium & iuſticiam in terra in diebus eius ſaluabitur Iuda & Iſrahel habitabit confidenter & hoc eſt nomen quod uocabunt eum dominus iuſtus noſter | hec ille Circa quod attendere debes ꝙ ubi nos habemus in hac auctoritate Dominus iuſtus noſter | in hebraica littera habetur nomen quatuor litterarum .ſ. Thetragramaton quodquidem nomen ut noſti in tanta reuerentia habetur apud hebreos ꝙ non eſt licitum ut ore proferatur per eaſdem litteras quibus ſcribitur ſed loco talis nominis proferatur aliud nomen compoſitum ex aliis litteris a quatuor predictis que conſonant Adonay .ſ. dominus & ideo ſoli ſacerdotes ſacrificia in templo miniſtrantes illud nomen proferebant prout iacet in littera & hoc tempore ſacrificiorum & in templo & non alibi Vnde hii honores & reuerentie illi nomini debebantur eo ꝙ inter nomina diuina ſolum iſtud ſignificat infinitatem ſui eſſe ſeu ſue eſſentie abſqꝫ aliquo reſpectu ad aliquam creaturam ſeu aliquem effectum Vnde communiter tenetur ꝙ illud nomen incommunicabile eſt alicui creature & ideo antiqui

VNIVERSIDAD DE SALAMANCA
GREDOS.USAL.ES

tui ſuper illud uerbum Exodi tercio Hoc eſt nomen meum ineternum | dicunt hoc eſt nomen meum .ſ. michi ſoli proprium & nulli alteri attribuendum | de cuius nominis maxima ſolemnitate & indiuiduitate & incommunicabilitate Ra. Moy. in libro de dilectione alias directione prout patet capitulo. Lxi. &. Lxii. large tractat Ex quibus ſequitur ꝙ cum meſſias teſte Ieremia uocandus erat huiuſmodi nomine Thetragramaton conſequens eſt ꝙ ipſe meſſias eſſet uerus deus cum illud nomen nulli creature pure ſit communicabile ut dictum eſt.

## Saulus

Licet uerum eſt ꝙ dicis de ſolemnitate predicti nominis eo ꝙ eſt nomen proprium ſolius dei ex hoc tamen non tollitur quin approprietur quandoqꝫ aliquibus puris creaturis Legitur enim Geneſis uiceſimoſecundo ꝙ Abraham uocauit nomen loci illius .ſ. in quo ymmolare intendebat yſaac filium ſuum Dominus uidet uel dominus uidebit | & ubi tranſlatio tua habet in hoc loco dominus | in hebreo habetur nomen dei Thetragramaton Item Exodi decimoſeptimo Edificauit Moyſes altare & uocauit nomen eius dominus ſignum meum In quo loco ubi dicitur dominus In hebreo habetur nomen ſupradictum Item iudicum ſexto Et edificauit ibi Gedeon altare domino & uocauit eum Adonay | pax Ibi etiam ponitur predictum nomen Item Ecechie. ultimo capitulo de ciuitate Iheruſalem legitur Nomen ciuitatis | ex illa die dominus ibidem in quo loco ponitur nomen ſupradictum Ex quibus manifeſte habes ꝙ predictum nomen licet ſanctiſſimum & ſolius dei propriũ tamen quandoqꝫ quaſi per modũ appropriationis de puris creaturis dicitur ut patet in quatuor paſſibus ſupradictis.

## Paulus

Ex iſtis allegationibus tuis non habes ꝙ aliqua creatura pura uocetur proprio nomine diuino .ſ. Thetragramaton licet in predictis nominationibus includatur illud nomen Circa ꝙ attendere debes ꝙ a nomine proprio alicuius rei quãdoqꝫ denominãtur alie res que nõ ſunt euiſdem nature cũ re a cuius nomine acceperũt denominatiões ſed referũtur ad eam certo modo uerbi gracia ſanitas corporis animalis proprie dicitur habitus ſeu diſpoſitio per quẽ opera corporis animalis procedũt ſalubriter | ſed ex hoc nomine dicitur aliquid ſanũ ꝙ cõſeruat uel efficit ſanitatẽ predictã | & cum dicitur cibus ſanus uel medicina ſana | ſimiliter dicitur aliquid ſanũ ꝙ ſignificat predictã ſanitatẽ ut cũ dicitur color ſanus uel urina ſana | cõſtat autẽ ꝙ cibus neqꝫ medicina uel color & huiuſmodi nõ ſunt ſanitates ſed referũtur ad ſanitatẽ predictis modis | unde in propoſito ex hoc ꝙ ille locus fuit uocatus ab Abraham Gen. xxii. Dominus uidet uel uidebit | nõ ſeqtur ꝙ ille locus ſit dñs ſed ꝙ in illo loco deus uideret meritũ ipſius Abrahe in ymmolatiõe filii ut cõmuniter tui expoſitores dicunt Similiter cũ dicitur Ecech. ultimo ꝙ nomẽ ciuitatis eſt dñs ibidẽ | nõ ex hoc ſeqtur ꝙ nomẽ ciuitatis ſit dñs ſed ꝙ deus habitaret ibi ut in ſuo tẽplo Similiter ex hoc ꝙ dicitur Exo. xvii. de altari edificato a Moyſe Et uocauit nomẽ eius dñs ſignũ meũ | nõ ſeqtur ꝙ illud altare eſſet dñs ſeu uocaretur dñs ſed ꝙ illud altare eſſet ĩ memoria illius ſigni quod deus fecerat ĩ uictoria amalechitaꝝ Similiter ex hoc ꝙ dicitur Iudicũ. vi. ꝙ Gedeon uocauit nomẽ illius altaris | dñs pax | nõ ſeqtur ꝙ illud altare eſſet in memoria ꝙ deus dederat ſibi pacẽ ab hoſtibus Poſſunt etiã aliter intelligi iſta duo proxime predicta ſecũdum tranſlatiõnẽ caldaicã que apud te eſt autẽtica | trãſtulit enim anquelon illud uerbũ Exo. xvii. Et uocauit eũ dñs ſignũ meũ | ſic & coluit ibi dñm q fecerat ſignũ Similiter trãſtulit illud Iudic. vi. Et uocauit eũ dñs pax | ſic & coluit ibi dominũ q dederat ei pacẽ & ſic patet ꝙ ſecundũ iſtã trãſlatiõnẽ illa nomiua diuina non ſunt nomina altarium predictorum ſed ſunt ipſius dei qui in illis colebatur Ex quibus patet ꝙ

VNIVERSIDAD DE SALAMANCA
GREDOS.USAL.ES

ex predictis allegatiōibus tuis nō habes aliquid cōtra me.

### Saulus

Sicut tu exponis auctoritates per me allegatas ſic ut illeres nō nominātur nomine diuino ſic ego poſſum exponere auctoritatē per te allegatā taliter ut meſſias non nominetur diuino prout tu intēdis / ūde illud quod dicitur Iere. xxiii. de meſſia Hoc ē nomē quo uocabūt eū dominus iuſtus nr̄ / exponatur ſic ꝙ dominus ipſe uocauit meſſiā iuſtus nr̄ eo ꝙ erit iuſtus per excellentiā uel quia per eū dominus nos iuſtificabit / non enim eſt aliqua ratio quare auctoritates per me allegate ad alium ſenſum preter illum quem prima littera ſonat ꝗ auctoritas tua.

### Paulus

Licet poſſent aſſignari ratiōes uere quibus auctoritas per me allegata nō ē exponibilis ſic ut meſſias nominetur proprio nomine diuino ſicut tu uis / obmiſſis tamē huiuſmodi rationibus cauſa breuitatis per tuos doctores poſſū tibi reſpōdere / ꝙ ex iſta auctoritate Iere. cōcluſerūt ꝙ meſſias uocādus erat proprio nomīe diuino .ſ. Thetragramaton ſine alia expoſitione ſeu interpretatione ꝙ tibi debet ſufficere ad intentum meum concludendum.

### Saulus

Oſtende michi rogo ſi eſt aliquis de noſtris qui hoc ꝙ tu uis ſentiat.

### Paulus

In gloſa ſuper librum Tren. capitulo primo queritur quo nomīe uocandus eſſet meſſias ubi aliqui dicunt ꝙ uocādus eſſet cōſolator ſeu paraclitus ad quod allegant dictū Tren. primo capitulo Quia elongauit a me manahen .i. conſolatorem uel paraclitum qui conuertit animam meam & ſequitur ibidem Rabbi Abba dicit Adonay eſt nomen eius exprimendo ubi dicitur Adonay nomen domini

Thetragramaton cū ſuis quatuor propriis litteris ad quod allegat predictus doctor tuus illud Iere. & hoc ē nomē quo uocabūt eū dn̄s iuſtus nr̄ Ex quo patet manifeſte ꝙ āīq tui ītellexerūt auctoritatē per me allegatā eo modo quo ſupra tibi dixerā / auctoritates uero per te allegate exponūtur a tuis prout tibi dixi ut patet ex dictis.

### Saulus

Licet ille doctor Rabbi Alba quem tu allegas uidetur intelligere illam auctoritatē Ieremie ſicut tu / non tamē omnes in hoc cōcordant / quia ī eodē loco ponūtur alia nomīa ipſi meſſie ut manahen uel paraclitum ſeu ynnon per illud Ante ſolem ynnon eius & huiuſmodi Vnde ex illo doctore ſingulari non habes intentum.

### Paulus

Verum eſt ꝙ diuerſa nomina imponuntur per tuos doctores ipſi meſſie ſi bene aduertis illa nomina non ſunt incompatibilia ſeu ſibi inuicem contraria ſeu contradicentia Nam ſicut de deo multa nomina dicuntur in ſcripturis ut cum dicitur dominus creator pius miſericors & huiuſmodi / ſic etiam meſſias multis nominibus denominatur diuerſis reſpectibus Vnde ex hoc ꝙ ille alius doctor dixit Manahen eſt nomen eius .i. conſolator / non tollitur quin ſit uerus deus cum uera conſolatio non niſi per deum fit Iuxta illud yſa. Li. Egoipſe conſolabor uos / ſimiliter ex hoc ꝙ dicitur ynnon eſt nomen eius .i. filius uel filiatio ut ſupra tibi oſtendi nō tollitur quin ſit uerus deus ipſe enim meſſias uerus eſt deus & uerus filius dei / unde ibidem oſtenſum fuit / & ideo ex diuerſitate nominū meſſie per tuos doctores inuenta ſeu allegata nō tollitur ꝙ auctoritas Iere. ſupradicta exponatur eo modo quo Rabbi Alba ſupradictus expoſuit ſecūdū quā expoſitionē habetur ꝙ meſſias uocādus eſt nomine diuino .ſ. Thetragramaton ꝙ nulli creature pure conuenit ut ſupra dictum eſt.

VNIVERSIDAD DE SALAMANCA
GREDOS.USAL.ES

## Capitulum Septimum Idem oſtenditur per uiſionem factam Eçechieli in primo capitulo ſue prophecie & per ui/ ſionem factam Danieli in capitulo ſeptimo .

### Saulus

Nunquid habes auctoritatem alterius prophete ad tu/
um propoſitum fundandum .

### Paulus

Eçechielis in primo capitulo ſue prophecie ubi ponitur
illa reuelatio magna de rotis & de animalibus & de trono
dei ſuperſedentis | quodquidem capitulum prout commu/
niter tradunt doctores tui continet magna ſeu maxima de
miſteriis diuinis intantum ꝙ erat illicitum apud eos ex/
ponere illud capitulum in publicum ſeu pluribus homini/
bus ſed tantum uni diſcipulo intelligenti & diſcreto prout
habetur in illo libro talmudico qui dicitur Haguiga primo
capitulo ꝙ Ra . Moyſes egipcius large tractat in ſuo libro
de directione prout patet capitulo

In cuius capituli expoſitiõe uarii uaria ſenſerunt ſpecialiter
circa animalia & rotas | quidam enim expoſuerunt illa ſe/
cundum monarchias principales mundi de quibus ſacra
ſcriptura facit mentionem .ſ. caldeorum medorum grecoꝝ
& romanorum Alii uero & melius expoſuerunt predictam
uiſionem correſpõdent ad miniſteria Chriſti ſeu meſſie qui
tunc erat futurus | ſed quicquid ſit de uarietate iſtarum ex/
poſitionum de qua ad preſens non eſt tractandum | tamen
ſecundũ omnes | illud quod dicit propheta in fine uiſionis
ꝙ ſuper capita animalium uiderat ſimilitudinem troni ſa/
phirini & ſuper ſimilitudinem troni quaſi aſpectum homi/
nis deſuper | per iſtum hominem omnes intelligunt deum
preſidentem toti creature Ex quo patet ꝙ ille ad cuius nu/
tum animalia illa mouebantur & quieſcebant ibant & re/
uertebãtur quod nõ niſi de deo poteſt uerificari | apparebat
tamen propheta in forma hominis In quo deſignatur ꝙ

deus ſummus qui toti creature preſidet erat humandus ſeu
in forma humana uidendus in quo propoſitũ meum com/
probatur .

### Saulus

Ex illa uiſiõe Eçechielis quã allegas nõ habes propoſitũ
tuũ propter multa Primum quia ut dicis & uerum eſt | illa
reuelatio eſt tã occulta & miſterioſa ꝙ nulli licuit eã expo/
nere publice ſeu palã ſed eius expoſitio tradebatur a ſapiẽ/
tibus antiquis ſingulariter .ſ. ab uno magiſtro ad unũ tñ
diſcipulũ ydoneũ & ad intelligendũ diuina bñ diſpoſitum
& in hoc cõcordant omnes doctores noſtri tam antiqui ꝗ̃
moderni Cõſtat igitur ꝙ ex tali uiſiõe tu nõ poſſes ſumere
argumentũ ad tuũ propoſitũ probandum cum illa que per
predictã uiſionem ſignificantur ſunt nobis maxime abſcõ/
dita & ignota Vnde ſi ex illa tuũ propoſitũ ꝙ ignotum eſt
nobis probare intenderes manifeſte procederes ad probã/
dum ignotũ per ignotius uel ſaltẽ per aliud ſimiliter igno/
tum Secundo quia per illum habentem aſpectum hominis
& ſuper tronũ ſedentẽ de quo in uiſiõe predicta fit mentio
non eſt neceſſe ut intelligatur ipſe deus Poteſt enim per illũ
intelligi aliquis angelus qui ex ordinatiõe diuina haberet
preſidere illis animalibus & rotis & etiã toti mundo An/
geli enĩ freqũter in ſcripturis legũtur apparuiſſe in forma
humana ut patet Gen . xviii . ca . & Iudicũ xiii . ca . Terciũ
qa datoꝙ per illũ hominẽ ſedentẽ ſuper tronũ ſignificaretur
aliqs uerus homo uel etiã ipſe meſſias | nõ tñ ex hoc ſequere/
tur ꝙ ille homo eſſet uerus deus prout tu uis ſed ſufficeret
ut per ipſũ intelligeretur aliquis homo excellẽtiſſimus cete/
ris hominibus & etiam omnibus angelis nõ tamen ex hoc
ſeqtur ꝙ ſit deus Quartũ qa in uiſione illa nõ legitur ꝙ ali/
quis homo ſederet ſuper illum tronum .ſ. ſimilitudo quaſi
aſpectus hominis & ſic ille preſidens non deſignatur eſſe
uerus homo ſed ſimilitudo hominis Cum autem meſſias de
quo agimus etiam ſecundum te eſt uerus homo ſequitur ꝙ
non loquitur de illo propheta Magna enim differentia eſt

VNIVERSIDAD DE SALAMANCA
GREDOS.USAL.ES

inter ſimilitudinem hominis & uerum hominem.

## Paulus

Licet uerum eſt ꝙ illa uiſio in primo capitulo Ezechielis contenta apud tuos doctores reputetur ualde occulta / & etiam eius expoſitio publicari prohibeatur hoc tamen intelligitur quantum ad eius integram ſeu completam expoſitionem non autem quantum ad aliquid ſui utputa quātū ad prophetam cui uiſio fuit facta qui eſt .ſ. Ezechiel ſacerdos / hoc enim expreſſe traditur in littera Similiter quantū ad tempus in quo facta fuit uiſio quia expreſſe traditur ꝙ fuit in triceſimo anno etatis ipſius prophete & in quinto tranſmigrationis & in quarto menſe & in quinta menſis & huiuſmodi Similiter & de loco quia fuit in tranſmigratione ſupra flumen Tobar Iſta enim non ſunt occulta ſed expreſſe tradita Similiter apud ātiquos tuos habetur pro expreſſo nō tacito nec ſecreto ꝙ per illum hominem ſedentem ſuper tronum intelligitur ipſe deus prout ſupra dixi Unde quātumcunꝙ cetera que continentur in hac uiſione ut de animalibus & rotis & figuris & motibus eorū & alia huiuſmodi ſint ſecreta ſeu occulta Non tamen ſunt occulta alia ſupradicta de quorum numero eſt ꝙ per hominem ſedentē in trono intelligatur ipſe deus quod uerbum ſolum allego ad preſens in oſtenſionem propoſiti mei ut iam dictū eſt.

## Saulus

Neſcio unde habes ꝙ ſecundum doctores nr̄os per hominem illum intelligatur uerus deus.

## Paulus

Doctores tui in expoſitione huius uiſionis ſuper illud uerbum in eadem uiſione contentum ubi dicitur ſic Et manus hominis ſub pennis eorum .ſ. animalium / querunt cuius ſunt iſte manus : ad quod reſpondent ꝙ ſunt manus dei ſancti & benedicti que extenduntur ſub pennis animalium ad recipiendos penitentes / hec ille Ex quo habes manifeſte ꝙ homo de quo loquitur propheta in illa uiſione eſt uerus deus & ex hoc patet reſponſio ad ſecundum ſimiliter ad tercium Ad quartum uero dicendum ꝙ prophetia Ezechielis in hoc primo capitulo contenta facta fuit per quādam imaginariā uiſionem cuius ſignificationē Ezechiel intellexit alias non eſſet prophetia nec ipſe Ezechiel ex hoc diceretur propheta Intelligentia enim opus ē in uiſiōe Danielis non eſt ipſa res per uiſionem ſignificata ſed ē aliquid eam repreſentans ſeu ſignificans / & ideo in hac uiſiōe cōmuniter utitur propheta dictiōibus ſimilitudinem ſignificantibus ut cum dicitur Et ex medio eorum ſimilitudo quatuor animalium / non enī dicit ꝙ uiderat quatuor animalia quia in imaginaria uiſione non erant illa quatuor animalia realiter exiſtentia ſed eorum ſimilitudines / & ſic cum dicitur ꝙ uiderat ſuper tronum ſimilitudinē hominis hoc refertur ad ſuam imaginariam uiſionem in qua non erat aliquis uerus homo ſed aliquid uerum hominē repreſentans quiquidem homo erat ipſe deus ut dictum eſt etiā ſecundum doctores tuos & huic ſententie concordat Daniel in ſeptimo capitulo.

## Saulus

Doce quomodo Daniel concordat huic ſententie tue.

## Paulus

Daniel in predicto ca. ſ. vii. narrat quandam uiſionem ualde notabilē quā habuit de quatuor beſtiis terribilibus que apud omnes ſignificant quatuor monarchias regnorū huius mundi ſupradictas & ibidem dicit Aſpiciebā donec troni poſiti ſunt & antiqui dierum ſedes ꝛc̄ que uerba apud omnes intelliguntur de deo patre Et infra de meſſia ſubdit Et ecce ī nubibus celi quaſi filius hominis ueniebat & uſꝙ ad antiquum dierum perueniet & dedit poteſtatē & honorē & regnum & omnes populi tribus & lingue ipſi ſeruient / poteſtas eius poteſtas eterna que non auferetur & regnum

UNIVERSIDAD DE SALAMANCA
GREDOS.USAL.ES

eius quod non corrumpetur | quequidem uerba omnes
expoſitores tui cõmuniter exponunt de Rege meſſia & ſic
patet ꝙ ſicut Eçechiel in ſua uiſione ſupradicta deſignauit
quaſi hominẽ preſidentem toti creature | ſic & Daniel in ſua
uiſione predicta deſignauit filium hominis cui datum erat
regnum eternũ & incorruptibile Cõſtat autẽ ſecundũ tuos
doctores prout iam expoſui ꝙ homo uiſus ab Eçechiele
deſignabat uerum deum | ſimiliter & filius hominis a Da′
niele uiſus ſecundũ eos deſignat Regẽ meſſiam | & ſic patet
ꝙ oĩa cõſonant huic ueritati ·ſ· ꝙ Rex meſſias ſecundum
ſupradictos prophetas ẽ uerus deus & uerus homo quod
eſt intentum In aliis etiã locis hoc idem teſtatur ſcriptura ..

## Saulus

Allega etiam alias ſcripturas ſi habes hoc teſtantes ..

## Paulus

De libro duodecĩ prophetaꝝ allegabo tibi duas aucto′
ritates tantũ licet poſſem tibi plures & hoc cauſa breuitatis
Micheas enĩ quĩto ca . loquens de Chriſto tũc uenturo ſic
dicit Et tu Bethleem effrata minima es in prĩcipibus Iuda
ex te enĩ egredietur qui ſit dominator in Iſrahel & egreſſus
eius ab antiquo a diebus eternitatis | hec ille In hoc etiã ꝙ
dicit de meſſia ꝙ de Bethleem egreſſurus erat | denotatur
humanitas Chriſti ſecundũ quam ex certo tempore & loco
egreſſurus erat Ex hoc autem ꝙ ſubdit Et egreſſus eius ab
ãtiquo a diebus eternitatis | denotatur ipſius natiuitas eter′
na que non a tempore nec in loco incepit | & ſic habes in′
tentum meum ex predicta auctoritate .

## Saulus

Non conſtat ꝙ iſta auctoritas loquatur de meſſia | unde
quidam expoſuerunt eam de Eçechia .

## Paulus

Ra . Sa . tuus expreſſe exponit eã de meſſia & manifeſtũ

eſt ꝙ nullomodo poſſet exponi de homine puro qui tantũ
in tempore naſcatur | ſed de homine Chriſto qui natus eſt
tẽporaliter & eternaliter | quequidẽ natiuitates ſeu emana′
tiões in predicta auctoritate exprimũtur modo predicto .

## Saulus

Allega michi ſecundam auctoritatem quam dicis te ha′
bere de duodecim prophetis .

## Capitulum Octauum In quo oſtenditur idem per auctoritates prophetarum Mich . quĩto & çach . xii . ca .

## Paulus

çach . xii . ca . de deo ſaluante Iheruſalem legitur Effundã
ſuper domum Dauid & ſuper habitatores Iheruſalem ſpi′
ritum gracie & poteſtatis & aſpicient in me quem cõfixerũt
& plangent ſuper eum 2c Cõſtat autem ꝙ ad nullũ pertinet
infundere ſpiritũ gracie niſi ad ſolum deũ Ait enĩ pſalmi′
ſta Graciã & gloriã dabit dñs | & ideo ꝙ dicitur Effũdam
ſuper domũ Dauid & ſuper habitatores Iheruſalẽ ſpiritum
gracie Intelligendũ eſt eſſe dictũ in perſona dei Vnde cum
ĩmediate in eadem ſerie ſubditur Et aſpicient in me quem
cõfixerunt | oportet ꝙ intelligatur de ipſo deo in quẽ aſpi′
cient iudei & quẽ cõfixerunt ·ſ· in ſua paſſione & ſic patet ꝙ
illa uerba nõ poſſunt ſimul ſaluari niſi de aliquo infũdente
graciã ·ſ· deo qui etiã fuit lancea cõfixus quod de nullo alio
poteſt ĩtelligi niſi de nr̃o ſaluatore q inquãtũ deus ĩfundit
graciam & quantũ homo confixus eſt | & ſic ex illa aucto′
ritate habes intentum ·ſ· de diuinitate Chriſti & etiam de
eius humanitate & paſſione .

## Saulus

Doctores noſtri exponunt iſtam auctoritatem çacharie
aliter & uerius Dicũt enim ꝙ duo meſſie ſunt uẽturi Vnus
·ſ· de tribu effrahym qui fuit filius Ioſeph & iſte uocabitur
meſſias filius Ioſeph & prout dicunt interficiendus eſt in

VNIVERSIDAD DE SALAMANCA
GREDOS.USAL.ES

perſecutione gog . & magog . Secūdus uero meſſias eſt de tribu Iuda & iſte dicitur filius Dauid Quiquidē filius Da/uid ſaluaturus eſt populū Iſrahel perpetua ſaluatione Vnde de primo meſſia .ſ. filio Ioſeph uerificantur uerba predicta .ſ. Aſpicient in eum quem confixerunt Non enim dicit lr̄a Aſpicient ī me ſed aſpicient in eū & ideo ex predicta aucto/ritate non habes intentum .

### Paulus

Quod preſupponūt doctores tui de duobus meſſiis fal/ſiſſimum eſt & ficticium Non enim in tota ſacra ſcriptura habes fundamentum ſed oppoſitum Nam quomodocunq̄ de genere ſeu ſtirpe meſſie agitur in ſcriptura ſemper dicitur eſſe de Dauid ſeu Iuda nunq̄ autem de effrahym ſeu de Io-ſeph Et tuus Rab . Moyſes egipcius ī libro Iudicū titulo de meſſia ubi epilogat dicta omnium antiquorum apud te autentica in hac materia expreſſe dicit ꝙ meſſias uenturus credendus eſt fore de genere Dauid nullam faciendo mē/tionem de alio meſſia ſed hoc finxerunt tantum ut euaderēt a predicta auctoritate que euidenter teſtatur deū eſſe cōfixū Item ꝙ dicit in littera non legitur Aſpicient in me ſed aſpi/cient in eum eſt manifeſte falſum In omnibus enim bibliis antiquis & correctis legitur Et aſpicient in me / & etiam in trāſlatiōe caldaica .ſ. Ionathe que equiualet textui ſic legitur Vnde cauillationes tue nichil tibi proficiunt in hoc paſſu .

### Saulus

Poſt illa uerba que allegas immediate ſequitur Et plā/gent ſuper eum quaſi planctum unigeniti / quod facit cōtra te Non enim dixit Plangent ſuper me / ſed ſuper eum Ex quo patet ꝙ ille qui infundit graciam non eſt ille qui eſt confixus prout tu intendis deducere .

### Paulus

Licet ille q̄ grām infundit .ſ. deus eſt ipſemet in perſona qui confixus eſt .ſ. homo Chriſtus prout uerba per me allegata teſtantur Non enim ſecundum unam naturam iſta duo ei cōueniunt quia infundere grām conuenit ei ſecundū diuinam naturam quā habet ab eterno / & eſſe cōfixum ſeu paſſum cōuenit ei ſecundū humanam naturā quā ex tēpore aſſumſit & ideo ad inuendū iſtud miſterū .ſ. de duplici na/tura in ipſo meſſia notanter propheta cum dixiſſet Aſpiciēt in me quē cōfixerunt Statim ſubdit Et plangent ſuper eum ut deſignet aliam naturam eſſe ſecundum quam confixus ē a natura ſecundum quam graciam infundit .

## Capitulum Nonū In quo oſtenditur idem per dicta antiquorum talmudiſtarum & in eodem imponitur prime parti huius tractatus finis .

### Saulus

Video oīa per te allegata ex dictis prophetaꝝ ad tu/um intentū .ſ. de diuinitate meſſie fundandū & uellē ſcire ſi forte habes aliquā auctoritatē antiquoꝝ noſtroꝝ hoc te/ſtantē Ipſi enī poſt prophetas ſcripſerūt & ea que ipſi pro/phete obſcure tradunt quandoq̄ clarius īterpretati ſunt & ideo oportet ut de illis aliquid allegas ut michi de hoc ma/gis ſatiſfacias .

### Paulus

Si dicta antiquoꝝ tuorum bene ſcrutatus fueris multa reperies predictā ueritatem .ſ. de diuinitate Chriſti teſtātes licet nō ita explicite ſicut doctores noſtri tradunt eo ꝙ āti/quis patribus miſteria diuina non ita lucide tradebantur / & quia longum eſſet narrare omnia que de hoc tradunt an/tiqui allegabo tibi duas uel tres auctoritates que debēt tibi ſufficere Primam reperies in gloſa ſuper pſalterio que dici/tur Medras tillini ſuper illud uerbum pſalmi Quia apud te fons uite & in lumine tuo uidebimus lumen Vbi ſic di/citur Rabbi yohanam Quidam homo ambulans in nocte tenebroſa incendebat lucernam & cum per eam per aliquā moram temporis aliqualiter illuminaretur extinguebatur lucerna & ſic iterum incendebat & iterum extinguebatur

VNIVERSIDAD DE SALAMANCA
GREDOS USAL ES

Dixit ergo illè homo uſqꝫquo laborabò ĩcendebò lucernas
que modice durationis ſunt melius eſt ut ſpectem ortũ ſo/
lis ut poſſum ire ad lumen eius | & ſequitur | ſic contingit
Iſrabel qui captiuati in egipto & per Moyſen & Aaron re/
dempti ut habetur in Exo . ſed poſtea ſubiugati ſunt ſub
Aſſera chananeo a cuius iugo liberati ſunt per Barath &
Delboram Iudicũ quarto Poſtea ſubiugati ſunt ſub Madi/
anitis a qua ſubiectione liberati ſunt per Gedeon Iudicum
ſeptimo conſequenter per alias natiões cõuicinas a quibus
liberantur & a deo per iudices Iuxta illud Iudicum ii . ca .
Suſcitauitqꝫ dñs iudices qui liberarent eos deuaſtantium
manus Poſtea tranſmigrati ſunt in Babilonia & redempti
ſunt per Eſdram & Neemiam Rurſus ſubiugati ſunt per
romanos Dixit ergo Iſrabel Vſqꝫquo laborabimus in hu/
iuſmndi redemptiõibus & ſubiectiõibus ſucceſſiuis ãmodo
nõ querimus illuminari niſi per ipſum ĩ ſua perſona Et hoc
eſt ꝙ dicitur Benedictus qui uenit in nomĩe dñi deus dñs
& illuxit nobis | hec in gloſa Attende igitur o Saule ꝙ iſte
doctor uoluit ponere differẽtiam inter ultimã redẽptionẽ ab
Iſrabel ſpectatã ad redẽptiones preteritas in hoc ꝙ redẽp/
tiões precedentes fuerunt facte per prophetas ſeu homĩes
uirtuoſos | & redẽptio ultima ſpectanda erat per ipſummet
deum Cum autẽ iſta redẽptio ultima ab omĩbus ſpectatur
eſſe per meſſiam ſequitur ꝙ ex mẽte iſtius doctoris ẽ ꝙ ille
meſſias eſt uerus deus de quo exponitur illud dictũ Deus
dominus & illuxit nobis . .

## Saulus

Non bene probatur ex dictis illius doctoris ꝙ meſſias
ſit deus ſed ſufficit ꝙ redimat uirtute diuina . .

## Paulus

Scrutare bene rationẽ illius doctoris & meum propoſitũ
clare reperies Si enim redẽptio per meſſiam facta uel ſecũ/
dum te fienda eſſet redẽptio per purum hominem facta ſed
tamen uirture diuina nulla ratio eſſet qua hec redemptio
ultima diceretur eſſe facta per ipſum deũ qluſq̃ alie Moy/
ſes enĩ & alii iudices ſeu redẽptores nõ niſi uirtute diuina
hec operati ſunt ut eſt manifeſtũ Vnde nulla eſſet differẽtia
inter eos niſi forte ſecundum magis & minus ꝙ ſecundum
philoſophum diuerſificat ſpeciem | & ideo manifeſtũ ẽ ſecũ/
dum predictũ doctorẽ ꝙ redẽptiones precedentes facte ſũt
per puros homines licet uirtute diuina Sed ultima redẽptio
credenda eſt fieri per ipſum deum in perſona de quo expo/
nit In lumine tuo uidebimus lumen | & in hoc etiam con/
cordat hic doctor cum aliis .

## Saulus

Allega michi alium concordantem .

## Paulus

In gloſa magna ſuper Gen . que dicitur Vereſith Rabba
Rabbi Alba querit Quid eſt uerbũ Danielis .ſ. ii . ca . ubi
de deo dicitur Ipſe reuelat profunda & abſcondita & nouit
in tenebris cõſtituta & lux cum eo eſt Et reſpõdit Hec lux ẽ
lux Regis meſſie de quo in pſalmo In lumine tuo uidebi/
mus lumẽ | hec ille Ex quo habes ſatis manifeſte ꝙ lumen
diuinũ quod ſemper cum deo eſt ĩmo & uerius lumẽ quod
deus eſt | eſt lux meſſie Et tibi ſufficiant iſta ex multis que
in ſcripturis antiquorum tuorum continentur .

## Saulus

Allega michi rogo terciam auctoritatem alicuius antiqui
doctoris noſtri | quia ut noſti In ore duorum uel trium ſtat
omne uerbum .

## Paulus

In quodam antiquo libro qui intitulatur ab illo anti/
quo & famoſiſſimo doctore nomine Rabbi Nehuma filio
Alchana | quiquidem liber nominatur Vahir quod inter/
pretatur lucidum ſeu lucidarium ſuper illud uerbũ prouer.
decimo Iuſtus eſt fundamẽtum ſempiternum Sic queritur

VNIVERSIDAD DE SALAMANCA
GREDOS.USAL.ES

quid eſt quod dicitur Iuſtus eſt fundamentum ſempiternũ
Ad quod reſpõdetur Quendam iuſtum habet ſeu habebit
deus ſanctus & bñdictus in ſeculo ſuo qui eſt ſibi dilectus
eo ꝙ ſuſtinet mundũ uniuerſũ & eſt fũdamentũ eius & gu/
bernat mũdũ & facit mundũ gubernare ꝛc̃ multa ſimilia de
quo iuſto cõcludit & ipſe eſt fũdamentũ omniũ animaꝝ &
hoc eſt quod dicitur Iuſtus eſt fũdamentũ ſempiternũ / hec
ille Attende igitur Saule ꝙ de nullo homĩe puro quãtũcũqꝫ
iuſto predicta poſſent uerificari niſi cũ hoc ſit uerus deus &
ideo habes ꝙ etiã per ſcrutiniũ ſcripturaꝝ doctoꝝ ueſtroꝝ
antiquoꝝ in quibus putatis habere uitã eternã repeniũtur
teſtimõia deitatis Chriſti noſtri ſeu meſſie ſicut & in dictis
prophetarum reperitur ut ſupra dictum eſt .

## Saulus

Recogitatis teſtimoniis que ĩſupradictis per te dicta ſũt
& michi propoſita dicere poſſum illud pſalmiſte Teſtimõia
tua credibilia facta ſunt nimis / omĩa enĩ cõſonant uero ſeu
ueritati fidei catholice quam predicas & ideo dico cum Iob
tricesimonono Qui leuiter locutus ſũ quid reſpõdere poſſũ
manũ enĩ meã pono ſuper os meũ / uerũtñ quia iuxta illud
pſalmiſte Mirabilia ſũt teſtimonia tua ſicut enĩ altiſſima &
profũda ideo reſtat ut ſcrutetur ea anima mea nã iã dyalo/
gice cõcertãda ut prius ſed querẽdo de quibuſdã ampliorẽ
informationẽ ſeu declarationẽ ut ſic ex tali ſcrutinio Decla/
ratio ſermonũ tuoꝝ ſequatur qui me illuminet & intellectũ
det paruulis ·ſ· mei ſimilibus Vnde ſicut prima pars fuit
dyaloga quaſi inter duos diſputatiue acta / ſic iſta ſecũda ſit
didaſcolica quaſi inter magiſtrum & diſcipulum ad ipſius
diſcipuli eruditionem tractata & ſic decetero non Saulus
ſed diſcipulus uocabor ſic & tu doctor ſeu magiſter in ſe/
quentibus uocari debes .

## Paulus

Ille ſolus laudetur qui docet hominem ſcientiam ad quã
fidei pertinet donum dare in quo confidens / pete frater
quicquid uolueris & reſpondebo ſecuudum graciam quam
deus michi miniſtrauit Vnum tamẽ oportet preſupponere
ꝙ in ſequentibus auctoritates noui teſtamenti accipias ſicut
& antiquas accipiebas Vtrunqꝫ enim eſt a deo datum ſeu
reuelatum Similiter & auctoritates ſanctorum noſtrorum
quorum eloquia ſunt igne caritatis examinata recipias qui
primo talmudica dicta que ĩ multis igne infernali ſuccenſa
ut forte in ſequentibus apparebit temerarie recipiebas & ſic
ad uota tua implenda deo duce procedamus .

ncipit Secunda pars tractatus de ſcrutinio
ſrripturarum & eſt didaſcalica cuius prima que
quaſi continuatiua eorũ que dicta ſunt ad dicenda
continet ſex capitula .

In capitulo primo ponuntur a diſcipulo argumentatiões
cõtra ea que dicta ſunt de deitate Chriſti & petit diſcipulus
earum ſolutiones ad infidelium maiorem confutationem .

In capitulo ſecundo oſtenditur ꝙ difficilia fidei prout eſt
incarnatio uerbi non pertinet uſqꝫ quaqꝫ ſcrutari ad eos qui
nouiter ad fidem ueniunt .

In capitulo tertio ſoluuntur argumentationes predicte .

In capitulo quarto oſtenditur ꝙ per ſcrutinium ſcriptu/
rarum cõmunicatio ydeomatum dei & hominis in Chriſto
ſufficienter comprobatur .

In capitulo quinto oſtenditur ꝙ nõ licebat iudeis docere
plures homines nec predicare de certis capitulis ueteris te/
ſtamenti in quibus miſterium ſancte trinitatis & incarna/
tionis uerbi continentur .

In capitulo ſexto redditur ratio quâre antiquis predicta
miſteria non explicite ſed implicite tradebantur / & ibidem
ponitur a diſcipulo quoddam exordium ad ea que ſunt in
hac parte ulterius tractanda .

VNiVERSIDAD
DE SALAMANCA
GREDOS.USAL.ES

## Capitulum Primum In quo ponuntur a diſcipulo quedam argumētationes contra ea que dicta ſunt de deitate Chriſti | & petit diſcipulus earum ſolutiones ad infidelium confutationem .

### Diſcipulus

Irmiter ardens ea que per te
michi tradita ſunt circa deitatem Chriſti
ſeu meſſie prout ſcripturarum teſtimonia
per te iā allegata manifeſte teſtātur Adhuc
uellem informari de quodam quod eſt mi-
rabile & de quo īfideles olim ſocios meos
audiui murmurare qui etiam hodie de hoc
murmurant ·ſ· poſito etiam prout uerſſimum eſt | licet ipſi
oppoſitum credant ꝙ Chriſtus in lege promiſſus nō purus
homo ſed uerus deus & uerus homo eſt | adhuc illi de qui-
buſdam locutiōibus a ueris catholicis conceduntur & pre-
dicantur de quarum ueritate non dubito Ipſi tamen de hiis
ſcandaliçantur & contra eas ſepe oblocuntur | ſic dicentes
quomodo illa de ipſo Chriſto dicuntur que nullomodo ad
deitatem pertinent ſed ſolum ad humanitatem attribuuntur
deo utputa temporaliter naſci & pati & mori ꝛc̃ huiuſmodi
Contra quam ueritatem magiſtri eorum multiplicīter con-
ſueuerunt arguere Vnomodo ſic Dicunt enim ꝙ ſicut nulla
propoſitio eſt uerior quam in qua idem predicatur de ſeipſo
ut cum dicitur homo eſt homo Ita nulla propoſitio eſt a ue-
ritate remotior q̃ illa in qua idem negatur de ſeipſo | uel
illud quod eſt maxime diſtās & diuerſū predicatur de ſub-
iecto a quo maxime diſtat & diuerſificatur Sed in iſta pro-
poſitione deus eſt homo predicatum ſignificat rem corrup-
tibilem & temporalem & corpoream que maxime diſtāt ab
hoc quod ſignificatur per iſtum terminum deus ergo iſta
propoſitio deus eſt homo eſt maxime a ueritate remotior

Preterea dicunt ꝙ fides noſtra aſſerit quedam que ſibi in-
uicem cōparata ſunt non ſolum maxima admiratiōe digna
ſed etiā ſūt talia que nullomodo ab aliquo ſenſato ſūt ſimul
conceſſibilia quod ſic declarant Dicunt enim ꝙ in diuini-
tate ubi eſt tantum unica natura indiuidua & ſimpliciſſima
cum hoc tamen a fidelibus noſtris non conceditur ꝙ una
perſona diuina predicetur de alia ut dicendo pater eſt filius
& econtra & tamen in Chriſto in quo ſunt nature ſumme
diſtantes & diuerſe ·ſ· humana & diuina permittitur immo
& conceditur ꝙ humana natura poſſit predicari de deo
ſaltem in concreto ſicut dicatur ꝙ deus eſt homo Item di-
cunt ꝙ propoſitio homo eſt deus repugnat manifeſte ueri-
tati ſacre ſcripture ſecundum quam nomen diuinum &
ſpecialiter illud quatuor litterarum quod dicitur Thetra-
gramaton de nulla creatura poſſet uerificari Iuxta illud
Exodi tercio Hoc eſt nomen ineternum Vbi etiam noſtri
doctores dicunt ꝙ illud nomen ſic eſt proprium nomen
diuinū quod eſt om̄ino incōmunicabile alteri Per iſtā autē
propoſitionem homo eſt deus manifeſte cōmunicatur no-
mē dei alteri ·ſ· homini & ſic hec propoſitio deus eſt homo
uidetur repugnare ſacre ſcripture Item ut dicunt hec pro-
poſitio deus eſt homo uidetur repuguare aliis ſcripturis
ſacris In quibus manifeſte oſtenditur ꝙ deus eſt abeterno
& nullomodo eius eſſe a tempore incepit Dicitur enim in
pſalmo A ſeculo uſqꝫ in ſeculum tu es deus Et ibidem in
alio loco Non erit in te deus recens | ſi igitur iſta eſt uera
deus eſt homo ſequeretur ꝙ deus incepit eſſe a tēpore | ſicut
homo qui de deo predicatur quod uidetur eſſe falſum tanq̃
repugnans ſacrarum ſcripturaꝝ ueritati Per iſta & multa
alia ſimilia infideles predictā ueritatem nitūtur impugnare
Vnde ſumme deſidero a te informari quomodo poſſem
ab iſtis & ſimilibus rationabilius euadere | quodquidem
deſiderium reputo eſſe bonum Iuxta illud pſalmiſte Et re-
ſpondebo exprobrantibus michi uerbum .

VNIVERSIDAD DE SALAMANCA
GREDOS.USAL.ES

**Capitulum** Secundum In quo oſtenditur ꝙ difficilia fidei prout eſt incarnatio uerbi non pertinet ſcrutari ad eos qui nouiter ad fidem ueniunt.

## Magiſter

Licet deſiderare informationem ueram de hiis que ſunt fidei ad hereticorum ſeu infidelium reſponſionē ſit bonum ſimpliciter | tamen ſecundum quid talis informatio non eſt bona ·ſ· illis qui ad hoc ex ſui temeritate non ſunt ydonei Illi enim qui nouiter ad fidem ueniunt per baptiſmū regenerati & de articulis fidei ſeu ſummarie eruditi non debent ad difficilia & ardua fidei feſtinanter accedere | non enim eſſent ab eis prout decet ſuſceptabilia Nam ſicut pueris nō debent dari cibaria difficilis digeſtionis ad que uires ſui in ſui teneritate non ſufficient digerere | ſic nouiter ad fidem accedentibus difficilia fidei non ſunt proponenda | quam doctrinam habemus a principe apoſtolorum ·ſ· Petro qui in prima ſui epiſtola que canonica dicitur in Secundo capitulo nouiter ad fidem conuerſis ſic alloquitur Quaſi modo geniti infantes lac concupiſcite ·ſ· eruditionem facilioris doctrine Inter omnia enim cibaria quibus animalia utūtur lac eſt facilioris digeſtionis & ideo natura que a deo inſtituta eſt lac diſponit ad nutriendum nouiter generatos | & eadem ratio eſt de generatione ſpirituali & cibo ſpirituali et competenti ·ſ· ꝙ nouiter geniti non debent uti cibariis ſolidis & duris quantumcunqꝫ ſint bona | ſed tamen leuibus & de facili in nutrimentum conuertibilibus ut eſt lac Hanc etiam doctrinam habemus a doctore gentium ·ſ· Paulo qui huiuſmodi in fide nouiciis Prima ad Corintheos Tercio ſic dicebat Tanq̄ paruulis in Chriſto lac uobis potum dedi non eſcam Perfectis autem & iam ſenſus excitatos in hiis que fidei ſunt habentibus pertinent ardua & difficilia fidei Iuxta poſſe querere & de hiis ſpiritualiter nutriri De quibus ad Hebreos Quinto Perfectorum autem eſt ſolidus cibus Antiqui etiam magiſtri hebreorum ut credo noſti hac ratione prohibebant ne certi paſſus ſeu capitula ſacre ſcripture ab eis deſignatos In quibus magna miſteria fidei etiam ſecundum eos continentur pluribus exponere nec publice predicare Vnde in propoſito quia argumentationes tue proprie reſpiciunt ad modum benedicte unionis uerbi diuini cū natura humana in Chriſto que ſumma & ineffabilis eſt Idcirco ad te non pertinent ad preſens ſecundum ſtatus tui nouiciatus de hiis tractare Poteris tamen cum deus ampliorem graciam tibi conceſſerit de hiis informari audiendo a peritis magiſtris Tercium ſententiarum ubi de iſtis tractatur ſufficienter & doctores ibi multa magna & ſubtilia tradunt Ex quibus poſſet reſponderi ad tua argumenta & ad multo fortiora plene & perfecte.

## Diſcipulus

Video ꝙ tuū conſilium ſit ſanum & tutum quantum ad me & michi ſimiles ·ſ· de non procedendo feſtinanter ad querendum de altis & profundis in hiis que fidei ſunt preſertim cum hoc ſit de doctrina ſanctorum apoſtolorum quos allegaſti Et forte de hoc intelligitur illud yſaie Viceſimooctauo ubi dicitur Ecce ego ponam in Syon fundamētum ꝛc quod intelligitur ad litteram de Chriſto Et ſequitur ibidem Qui credit non feſtinet ſcilicet non feſtinet ad alta & profunda accedere ſed paulatim in hoc procedat | & licet in aliquibus bibliis latinis habetur Qui credit non confundetur In hebraicis tamen bibliis correctis habetur Qui credit non feſtinet Nichilominus ſi placet ſaltem aliqua principia uellem a te audire ex quibus predicte murmurationes ſolui poſſent ſeu euacuari Quequidem principia cum a te audiuerim & ſi non poſſem ex fragilitate mea illa plene intelligere | abſqꝫ dubio tamen illa credam Paratus enim ſum ſupra ſenſum & intellectum credere illa que a ſanctis doctoribus traduntur.

VNIVERSIDAD DE SALAMANCA
GREDOS USAL ES

**Capitulum** Tercium In quo ſoluuntur argumentationes predicte.

## Magiſter

Placet michi condeſcendere ad ea que petis preſertim quia dicis ꝙ paratus es credere ea que traduntur a ſanctis etiam ſi illa pronunc ad plenum non intelligas Hoc enim eſt ſanum conſilium a beato Auguſtino qui cuidam dicebat Noli intelligere ut credas | ſed crede ut intelligas Ad euidentiam autem eorum que dicenda ſunt pronunc ad ea que arguis ſoluenda preſupponenda ſunt aliqua Quorum Primum eſt ꝙ perſona uel ſuppoſitum alicuius rei aliud ſignificat q̃ natura ſeu eſſentia ipſius rei Natura enī ſignificat eſſentiam ſpeciei ſeu quiditatem quam ſignificat diſſinitio Perſona uero ſeu ſuppoſitum ſignificat aliquid quaſi ſubſiſtens In quo includitur ipſa natura ſeu eſſentia cuius eſt ſuppoſitum ſeu perſona | & quandoqꝫ etiam includuntur in perſona uel ſuppoſito quedam alia que ſunt preter rationem ſpeciei Vnde ſuppoſiuum ſignificatur ut totum habēs naturam ſicut partem formalem & perfectiuam ſui | & hoc intelligendum eſt in rebus ſubſiſtentibus in quibus inueniri poſſet aliquid quod non pertinet ad rationem ſpeciei utputa accidentia uel principia indiuiduantia naturam | ſicut manifeſte apparet in hiis que ſunt ex materia & forma compoſita In quibus ſecundum rem differt natura & ſuppoſitum Vnde in eis natura non predicatur de ſuppoſito non enim dicimus ꝙ album ſit albedo nec etiam ꝙ homo ſit humanitas In hiis autem in quibus nichil adiunctum inueniri poſſet quod ſit preter rationem nature nulla neceſſitas eſt diſtinguendi naturam a ſuppoſito ipſius nature | quodquidem ſuppoſitum & indiuiduum ſubſiſtēs in illa natura Vnde in deo non eſt aliud ſecundum rem niſi perſona ſeu ſuppoſitum & natura ſed ſolum ſecundum rationem intelligendi | quia natura dicitur ſecundum ꝙ eſt eſſe quoddam Perſona uero dicitur ſecundum ꝙ eſt quoddam ſubſiſtens Veritas autem huius preſuppoſiti ex uera intelligentia terminorum patet intelligenti Secundo preſupponitur ꝙ omne illud quod ineſt ſeu unitur alicui perſone ſeu ſuppoſito ſiue pertineat ad naturam eius ſiue non unitur ei in perſona Quodquidem preſuppoſitum patet ex eo Nam ſuppoſitum ſeu perſona ut dictum eſt ſignificatur ut quoddam totum habens naturam ſicut partem perfectiuam & alia que ei inſunt ſeu uniuntur ut quedam adiacentia unientia ab extrinſico Tercio preſupponitur ꝙ unio uerbi diuini incarnati non eſt facta in natura Quodquidem preſuppoſitum doctores euidenter probant inducendo ad impoſſibile ſi daretur oppoſitum Vnio autem predicta facta ē ī perſona quod probatur euidēter a doctoribus noſtris | quāquidem probationē ad preſens obmitto Ex quibus preſuppoſito ueritate fidei ſequitur ꝙ unio uerbi diuini incarnati eſt facta in perſona | ſic ꝙ una & eadem perſona que ſubſiſtit in natura diuina eternaliter ſubſiſtit etiam per ipſam unionem in natura humana a uerbo aſſumptam ſecundum quam licet in Chriſto ſunt due nature diſtantes & diuerſe | non tamen in Chriſto eſt niſi tantum una perſona & unum ſuppoſitum diuinum in utraqꝫ natura ſubſiſtens Conſequentia patet Nam ſi humana natura uerbo diuino non unitur in perſona: nullomodo unitur: cum iam preſuppoſitum eſt ꝙ in natura nō eſt unio facta: & ſic fides incarnationis periret | quod eſſet contra omnia teſtimonia ſcripturarum que ſupra ſunt allegata Ex quibus diuinitas Chriſti comprobata eſt Quibus preſuppoſitis ad tua argumenta ſic dicendum eſt Ad primum enim dicendum ꝙ quando due forme ſeu nature quantumcunqꝫ ſint diſtantes & diuerſe poſſunt tamen in uno ſuppoſito conuenire | non eſt inconueniens unum predicare de alio ſed talis predicatio poteſt eſſe contingens uel naturalis ſicut cum dico album eſt muſicum Vnde q̃uis natura humana

VNIVERSIDAD DE SALAMANCA
GREDOS USAL

& diuina ſint maxime diſtantia per incarnationis tamen miſterium conueniunt in uno preſuppoſito ut dictum eſt cui neutra illarum naturarum eſt per accidens ſed ſecun/dum ſe Vnde hec propoſitio Deus eſt homo non eſt in materia remota ſeu contingenti ſed in materia naturali Predicatur enim homo de deo per ſe ſicut de ſua ypoſtaſi non tamen ratione nature ſignificate per hoc nomen deus ſed ratione ſuppoſiti quod eſt ſuppoſitum humane nature Ad Secundum autem dicendum ꝙ in miſterio trinitatis perſone diuine conueniunt in natura | diſtinguuntur tamen in perſonis ſeu ſuppoſitis | & ideo non predicantur de ſein/uicem In miſterio autem incarnationis eſt oppoſitum Nam nature ſunt diuerſe perſona ſeu ypoſtaſis eſt unica | & ideo nature que diſtincte ſunt non predicantur de ſeinuicem prout ſignificantur in abſtracto Non enim eſt uerum di/cere ꝙ natura diuina eſt humana | ſed quia hec due nature conueniunt in ſuppoſito predicantur de ſeinuicem in con/creto tantum | & ſic ueꝝ eſt ꝙ deus eſt homo Ad Tercium dicendum ꝙ in hoc quod nomen dei incōmunicabile attri/buimus nomen diuinum Chriſto homini ſecundū ſuppo/ſitum eternum quod per unionē uerbi eſt etiam ſuppoſitum humane nature ut dictum eſt Ad Quartū dicendū ꝙ licet humana natura in Chriſto ſit quoddā recēs | ſuppoſitū autē humane nature in ipſo Chriſto nō eſt recens ſed eternū | & quia hoc nomē deus nō predicatur de homīe ratiōe huma/ne nature ſed ratiōe ſuppoſiti eterni Ideo nō ſeqtur ꝙ ī hoc habeamus ſeu cōcedamus deū recentē Et attende in hiis & ſimilibus ꝙ ex uniōe uerbi cū natura humana in ſuppoſito diuino facta ſeqtur ꝙ ea que de deo proprie dicūtur poſſūt dici de homīe illo cuius natura humana aſſumpta eſt ī uni/tate ſuppoſiti Similiter & illa que dicuntur de illo ſuppoſito ratione nature aſſumpte poſſunt etiam dici de deo | quia ex unione uerbi modo ſupradicto facta cōmunicantur ydio/mata utriuſqꝫ nature in eodem ſuppoſito .

## Capitulum Quartum In quo oſtenditur ꝙ per ſcru/tinium ſcripturarum cōmunicatio ydiomatum dei & homi/nis in Chriſto ſufficienter comprobatur .

### Diſcipulus

Omnia per te dicta credo eſſe fideliſſima & uera licet ad preſens non me ſentio tam ydoneum ꝙ illa plene intelligā deſidero tamen habere aliquam ſacram auctoritatem per quam cōmunicatio ydiomatum per te dicta approbetur | ꝙ ſolum deſidero ad infidelium confutationem .

### Magiſter

Hoc quod queris habes euidenter in proxima diſtinctiōe precedenti In qua de ſcrutinio ſcripturarum circa deitatem Chriſti tractatur Fuit enim ibi per plures auctoritates oſtenſum ꝙ ſacra ſcriptura de uno & eodem affirmat que/dam que ſoli deo pertinent & quedam alia que non perti/nent ad hominem Ex quibus auctoritatibus manifeſte ha/bes cōmunicationem ydiomatum ſupradictam in Chriſto ſeu meſſia promiſſo .

### Diſcipulus

Repete michi rogo aliquas ex dictis auctoritatibus ex arduitate ſeu magnitudine miſterii de quo tractatur tam intellectus meus quam memoria mea conturbantur Legi/tur enim Danielis Decimo ꝙ ex uiſione angelica Danieli facta dicebat Vidi uiſionem grandem & non remanſit in me fortitudo ſed & ſpes mea mutata eſt in me & emarcui nec habui quicq̄ uirium Vnde ni mirum ſi non habebam in memoria omnia que michi tradidiſti | & ideo peto ut ſaltem duas uel tres auctoritates de predictis memorie mee reducas in quibus ſupradicta communicatio ydio/matum oſtendatur .

### Magiſter

In pſalmo illo qui incipit Eructauit cor meum uerbum

VNIVERSIDAD DE SALAMANCA
GREDOS.USAL.ES

bonum Agitur de Chriſto prout ſupra dictum eſt Pſalmiſta dirigens uerba ſua ad ipſum Chriſtum dicit Sedes tua deus in ſeculum ſeculi | quod eſt ydioma pertinens ſoli deo | cui Chriſto in eodem contextu dicit Vnxit te deus deus tuus oleo leticie pre conſortibus tuis | ꝙ eſt ydioma pertinens homini | unde ex iſta auctoritate habes ydiomatum cõmunicationem per me dictam Item Ieremie Viceſimotercio loquens de ipſo Chriſto Propheta in perſona dei dicit Suſcitabo germen iuſtum | quod proprium eſt humanitatis Et ibidem de eodem ſequitur Hoc eſt nomen quo uocabunt eũ dominus iuſtus noſter In quo loco ubi habemus Dominus habetur in hebraico nomen domini Thetragramaton quod ſolius dei eſt proprium | & ſic ex hac auctoritate habes predictam cõmunicationem Item Çacharie Duodecimo dicitur in perſona dei Effundam ſuper domum Iuda ſpiritum gracie | quod ad ſolum deum pertinet Et ibidem de ſeipſo ipſe deus effundens graciam dicit Aſpicient in me quem confixerunt | quod ſolum pertinet ad humanam naturam | & ſic habes intentum Similiter ex aliis auctoritatibus ſupra allegatis ad probandum diuinitatem Chriſti ſi eas diligenter ſcrutatus fueris hoc reperies manifeſte Et iſta tibi debent ſufficere ad preſens .

**Capitulum** Quintum In quo oſtenditur ꝙ non licebat iudeis docere plures homines | nec predicare de certis capitulis ueteris teſtamenti In quibus miſterium ſancte trinitatis & incarnationis uerbi continentur .

## Diſcipulus

Sufficiunt michi predicta in hoc propoſito | ſed quia audiueram a te ſupra ꝙ iudei pro occultatione miſterii ſancte trinitatis & incarnationis uerbi diuini prohibebant aliqua loca ſeu capitula ſacre ſcripture publice doceri ſecreta uel de eis predicari Idcirco peto ut hec michi amplius declares .

## Magiſter

Duo ſunt capitula in ueteri teſtamento quorum predicatio publica omnino prohibebatur in doctrinis talmudicis | nec ſolum hoc : ſed etiam dicere ea que in eis continentur : pluribus diſcipulis erat inter eos prohibitum Itaqꝫ non erat eis licitum docere de ſecretis illorum capitulorum | niſi uni magiſtro unum diſcipulum diſcretum & ydoneum uel duos tantum Quorumquidem capitulorum unum eſt Geneſis Primo Aliud eſt Eçechielis Primo Quequidem prohibitio habetur in Talmud libro qui dicitur Huguiga in capitulo qui incipit Endorſin quod ſignificat non docebunt Quãquidem doctrinam ſequuntur omnes poſteriores ut patet per Rabbi Moyſen in Primo ſui Deutronomii in titulo de fundamentis legis capitulo Secundo particula ultima Idẽ de eodem in libro de directiõe perplexorum patet preterea in multis capitulis Ratio autem quare iſta occultabant aſſignatur ab omnibus generaliter talis ·ſ· quia in illis capitulis cõtinebãtur alta & magna miſteria fidei que & qualia ſicut illa nullus plene declarabat nec concorditer in hiis ſe habebant ſed ſub uelamine & obſcure ea tradebant ſicut prefiguratum eſt per Moyſen qui uelamine poſito ante faciem ſuam populo apparebat Tempore autem gracie quãdo reuelata facie magiſter noſter Chriſtus ueritatem fidei ad ſalutem neceſſariam diſcipulos docuit quam ipſi etiam in populis predicauerunt predicta que antiquitus occultabantur in lucem ueritatis palam produxerunt Circa quod debes ſcire ꝙ in capitulo Primo Geneſis miſterium ſancte trinitatis continetur Cum enim dicatur In principio creauit deus ⁊c̄ uſqꝫ ibi Et ſpiritus domini ferebatur ſuper aquas | tres perſone diuine deſignantur prout ſupra diſtinctione Nona dictum fuit Et in eodem circa finem idem habetur Dicitur enim ibi Faciamus hominem ad ymaginem & ſimilitudinem noſtram Vbi pluralitas in diuinis manifeſte

VNIVERSIDAD DE SALAMANCA
GREDOS USAL

oſtenditur Nō enim dixit Faciam hominem ſed Faciamus Similiter in hoc ꝙ dicit Ad ymaginem noſtram manifeſte habetur ꝙ in homine eſt ymago dei creata que ſummam trinitatem per modum ymaginis repreſentat Vnde quia iſtud miſterium in hoc capitulo incluſum non erat antiquis explicite declarandum Idcirco prohibebatur eius declaratio unde dictum eſt In capitulo autem primo Ezechielis miſterium incarnationis continetur ſpecialiter in hoc ꝙ dicit ꝙ q̄ſi ſimilitudo hominis erat ſupra tronū poſitū ſuper animalia & rotas In quo deſignatur ꝙ homo habedat poſſidere toti uniuerſo tāquam deus prout iam ſupra fuit dictū diſtinctiōe Decima Quodquidem miſterium non erat tradendum explicite antiquis ſicut nec primum & ideo precipiebatur ne de hoc capitulo predicarent ſeu docerent multitudinem .

**Capitulum** Sextum In quo redditur ratio quare antiquis predicta miſteria non explicite ſed implicite tradebantur Et ibidem ponitur a diſcipulo quoddam exordium ad ea que ſunt in hac parte ulterius tractanda .

## Diſcipulus

Licet uerum eſt & ſic credo ꝙ iſta duo in predictis capitulis cōtinentur tamen uellem habere rationem occultatiōis Cum enim iſta explicite credenda ſunt de neceſſitate ſalutis mirum eſt quare nō iſta antiquis explicite tradebantur nō enim uidetur dicendum ꝙ hoc fiebat propter duriciam cordis eorum ne forte propter altitudinem miſteriorum ea nō crederent qa legitur ꝙ deus expreſſe mandabat annūciari ueritatem etiam eis qui nō erant diſpoſiti ad credendū Legitur enim Ezechielis Tercio & dices ad eos Hec dicit dominus deus Qui audit audiat & qui quieſcit quieſcat quia dominus exaſperans eſt ubi in hoc quod dicitur Qui quieſcit quieſcat Intelligitur ſecūdum hebraicam ueritatem ac ſi diceret Qui noluerit credere non credat Vnde ſcire deſidero quare non ſic fuit factum in hiis que ſunt fidei de neceſſitate credenda .ſ. ut proponerētur explicite populo antiquo licet ex duricia cordis eorum multi non crederent .

## Magiſter

Nec miſteria rationabiliter prohibebantur dici explicite antiquis preſertim uulgaribus Populus enī ille pronus erat ad credendum multitudinem deorum Et ideo Deutro . iiii . monebat eos Moyſes dicens Scias quoniam dominus ipſe eſt deus & non eſt alius preter eum Et infra Scito ergo hodie & cogita in corde tuo quia dn̄s ipſe eſt in celo ſurſum & in terra deorſum & non ſit alius ꝙ ſepe eis iſta dicebat ut auerteret eos ne declinarent ad credendū multitudinē deoꝝ ad quod erant proni Similiter proni erant ex ſua ruditate & intellectus ībecillitate ad credendum corporeitatem eſſe in deo Rudes enim & intellectu ībecilles non percipiunt entitatem eſſe niſi in rebus corporalibus ratione populus ille ſumpta modica occaſione ex moroſitate Moyſi in mōte fecerunt uitulum in oreb quem adorauerunt & ei ſacrificauerunt dicētes Hi ſunt dii tui Iſrahel q̄ te aſcendere fecerūt de terra egipti Exodi Triceſimoſecundo Ideo eos monebat Moyſes capitulo ſupradicto dicens Cuſtodite ſolicite animas ueſtras quoniam non uidiſtis omnem ſimilitudinem in die qua locutus ē dominus uobis ī oreb de medio ignis ne forte decepti faciatis uobis ſculptam ſimilitudinem ꝛc̄ Vnde ſi tali populo explicite traditū fuiſſet miſteriū ſancte trinitatis faciliter laberetur ī errorem credendi multos eſſe deos qui eſſet error ualde periculoſus Similiter ſi eis fuiſſet traditum miſterium incarnatiōis ubi faciliter fuiſſent lapſi in errorē ponendi in diuinitate corporeitatē quod nephas eſt Vnde patet ratio quare iſta miſteria fuerunt eis tradita implicite ut docti eorum qui ſane intelligebant ſcripturas poſſent ea habere plene quantum eis dicebat Simplices autē & rudes haberent de eis ſolum implicitā cognitionem

VNIVERSIDAD DE SALAMANCA
GREDOS USAL.ES

que ſufficiebat eis ad ſalutem ſecundū quam nō laberentur
in errores ſupradictos .

## Diſcipulus

Sufficit michi ratio predicta ad hoc quod querebam /
decetero autem uellem ut me illuminares de quibuſdam in
corde meo quaſi propleumata quādoqꝫ uerſantur que licet
dubitationem in me non cauſant circa ea que fidei ſunt
Abſit Tamen inducunt deſiderium ſciendi rationem eoꝝ
Iuxta illud Pſalmiſte Mirabilia teſtimonia tua domine
ideo ſcrutata eſt anima mea Ex quo ſcrutinio Pſalmiſta de/
ſiderabat declarationem Et intellectum dat paruulis cōpe/
tentem Vnde ſubdit Declaratio ſermonum tuoꝝ illuminat
& intellectum dat paruulis eo enim ꝙ teſtimonia fidei ſunt
credibilia nimis / ut alibi dicit / & etiam ſunt mirabilia quia
de multis que ad ea pertinent neſcit homo ſimplex & quaſi
nouicius reddere rationem Idcirco fidelis ſcrutatur multa
circa rationem eorum que ad fidem pertinent Non ut dubi/
tet Abſit Sed ut deuotius atqꝫ tenacius fidē teneat In qui/
bus propleumatibus per me tibi proponendis non intēdo
ſcrutare aliquem ordinem artificialem ſed tātum ea propo/
nere prout in corde meo uerſantur ut ex declaratiōibus tuis
aſcenſiones deuote in corde meo deo auxiliante producan/
tur ſeu concreſcant .

**Diſtinctio** Secunda De ſcrutinio ſcripturarum circa
quedam que pertinent ad excellentiam uirginis glorioſe Et
continet Duodecim capitula .

In capitulo Primo preponuntur a diſcipulo tres admira/
tiones circa ea que de uirgine glorioſa in ſcripturis ſacris
uidentur obmitti ad ipſius excellentiam pertinentia .

In capitulo Secundo magiſter premittit quedam pream/
bula ad predictas admirationes tollendas Et ibi declarat
ꝙ uirtutes beate uirginis ſpecialiter ipſius humilitas conſi/
deranda eſt ſumma ſcilicet heroica .

In Capitulo Tercio Diſcipulus arguit contra quedam
que in precedenti capitulo a magiſtro fuerunt tradita / ad
que in eodem magiſter reſpondit Et tollit primam admi/
rationem .

In Cap . Quarto Diſcipulus repetit ſecundā ſuam admi/
rationem ad quam magiſter in eodem reſpondit eam ſol/
uens In quo capitulo quedam declarantur pertinentia ad
genealogiam Chriſti Mathei primo contentam .

In Capitulo Quinto Diſcipulus repetit ſuam terciam
admirationem ad quam magiſter ibi reſpondit .

In Capitulo Sexto Diſcipulus replicat contra reſponſio/
nem magiſtri ad quod magiſter ſufficit & reſpondit conclu/
dens ex ſupradictis ꝙ magnam deuotionem oportet ut
habeant fideles circa uirginem glorioſam .

In Septimo Capitulo Diſcipulus ponit quandam aliam
admirationem que ſibi uidetur circa hoc ꝙ non legitur ip/
ſam uiſitaſſe ſepulchrum Chriſti ſicut de mulieribus &
quibuſdam apoſtolis legitur / ad quod ibidem a magiſtro
reſpondetur .

In Octauo Capitulo proponitur a diſcipulo alia admi/
ratio ſpecialiter circa hoc / ꝙ non legitur Chriſtum ipſi
uirgini glorioſe miſiſſe angelos ad annunciandum ſuam
reſurrectionem ſicut miſit mulieribus & diſcipulis Ad
quod reſpondetur a magiſtro ibidem declaranda aliqua
que pertinent ad excellentiam fidei beate uirginis .

In Nono Capitulo ponitur a diſcipulo alia admiratio de
hoc ꝙ non legitur Chriſtum apparuiſſe in ſua reſurrectione
uirgini glorioſe Cum tamen de apparitione ad mulieres &
diſcipulos fiat plures mentio Ad quod in eodem a ma/
giſtro reſpondetur .

In Capitulo Decimo oſtenditur ꝙ tam perfectio fidei
uirginis glorioſe circa reſurrectionem Chriſti quam etiam
imperfectio fidei apoſtolorum circa idem conueniens fuit
ad eccleſie utilitatem .

VNIVERSIDAD
DE SALAMANCA
GREDOS USAL

In Capitulo Vndecimo oſtenduntur quedam que ad ordinem manifeſtationis circa reſurrectionem Chriſti pertinent Ex quibus concluditur ꝙ ad beatam uirginem non pertinebat mitti ad reſurrectionem annunciandam Chriſti excellentiam ſue dignitatis .

In Capitulo Duodecimo oſtenditur ꝙ deuotio cuiuſcunqꝫ fidelis excitari debet ad uirginem glorioſam ſuper omnes ſanctos citra Chriſtum qui ſanctus ſanctorum eſt .

**Capitulum** Primum In quo proponuntur a diſcipulo tres admirationes circa ea que de uirgine glorioſa in ſcripturis ſacris uidentur obmitti ad ipſius excellentiam pertinentia .

## Magiſter

Placet michi ꝙ ea que in corde tuo uerſantur ut problemata de quibus miraris eo ꝙ effectum cognoſcis cauſas tamen ignoras michi proponas ut tibi reſpondeam prout potero auxilio opitulante diuino .

## Diſcipulus

Quia ut noſti ſecundum philoſophum in ſecundo metaphiſice Philoſophari incipit ab admirari Idcirco ego tanq̃ incipiens ab altiſſimo peto cum Pſalmiſta Reuela oculos meos & conſiderabo mirabilia de lege tua Per que quidem mirabilia a me conſiderata anima mea ad ea ſcrutandum inducatur Iuxta illud quod ſupra dicebam Mirabilia teſtimonia tua Ideo ſcrutata eſt anima mea Per quod ſcrutinium declarationem ſermonum dei & illuminationem intellectus mei & paruulorum mei ſimilium domino dirigente ſpecto Subdit enim Pſalmiſta Declaratio ſermonum tuorum illuminat & intellectum dat paruulis Circa quod Primo occurrit michi conſiderandum de ſcrutinio ſcripturarum de quibuſdam que ad beatam pertinent uirginem ut ſicut ab illa beatiſſima ſalus noſtra exordium ſumſit | ſic ab eadem pars iſta tractatus noſtri inicium ſumat Circa quod occurrit michi quedam non modica admiratio que talis eſt Quomodo ſacra ſcriptura que conſueuit ſanctos excellentiſſimos commendare & eorum geſta & uirtutes narrare ut patet de Abraham Geneſis Decimooctauo & Viceſimoſexto & de Moyſe Numeri Duodecimo & ſic de quibuſdam aliis excellentibus ſanctis De beata tamen uirgine que excellentior tamen ceteris fuit non leguntur in nouo teſtamento alique commendationes ſimiles nec narrantur eius uirtutes ſeu aliqua propria geſta quaſquidem uirtutes credendum eſt fuiſſe maximas que in nouo teſtamento precipue uidentur debuiſſe narrari In Euangelio enim legimus conceptionem Iohannis baptiſte & eius natiuitatem ſimiliter & de eius uita uirtuoſa & morte De beata uero uirgine que excellentior Iohanne fuit nichil horum in euangelio legitur nec in epiſtolis nec in actibus apoſtolorum In quorum tamen tempore ipſis apoſtolis preſentibus prout in eccleſia legitur aſſumpta eſt Non ergo modica admiratione dignum uidetur ꝙ in toto nouo teſtamento de predictis geſtis beate uirginis ſcilicet conceptione natiuitate & aſſumptione nulla mentio fiat ſed omnia pretermittantur cum tamen de Baptiſta ſingula predicta expreſſe in euangelio narrantur Ex qua pretermiſſione contingit ꝙ in officio aſſumptionis ſue que eſt potiſſima ipſius feſtiuitas legitur cōmuniter in eccleſia euangelium illud Intrauit Ieſus in quoddam caſtellum ꝛc̃ In quo euangelio nichil agitur de ipſa uirgine glorioſa ut eſt manifeſtum Hyſtorialia etiam que in iſta feſtiuitate leguntur omnia ſunt ypocrita extra canonem biblie contenta uel non ſibi propria ut cum legitur illud Eccleſiaſtici Viceſimoquarto In omnibus requiem queſiui ꝛc̃ que proprie intelligitur de ſapientia increata non autem de beata uirgine Vnde talia licet non ſibi propria in ſuis feſtiuitatibus leguntur eo ꝙ in ipſo canone talia de uita ſua nec de ipſius miraculis & geſtis non continentur quod

VNiVERSIDAD DE SALAMANCA GREDOS.USAL.ES

apud me uertitur in magnam admirationem Preterea cum
Lucas narrat miſſionem angeli ad ipſam dicens Miſſus eſt
angelus Gabriel a deo ⁊c teſtatur euãgeliſta de Ioſeph quod
erat de genere Dauid dicit Miſſus eſt Gabriel a deo ⁊c
ad uirginem deſponſatam uiro cui nomen Ioſeph de do/
mo Dauid & nomen uirginis Maria Vnde ex predicto
contextu habemus ꝙ Ioſeph erat de genere Dauid / non
tamen ex littera euangelii habetur ꝙ Maria eſſet de genere
Dauid Quequidem narratio duplicem in me cauſat admi/
rationem Quarum una eſt Cum enim eſſe de domo Dauid
dicat aliquid pertinens ad excellentiam Cum domus Da/
uid eſt domus regia a deo ſingulariter inter omnes regias
dignitates approbata & in ſcripturis ualde commendata
De qua domo ſecundum ueritatem fidei ipſa uirgo glorioſa
fuit Quare ergo euangeliſta non expreſſit de Maria ꝙ eſſet
de domo Dauid & tamen hoc dixit de Ioſeph Secunda uero
admiratio que in hoc loco michi occurrit & primam con/
firmat eſt talis Nam ꝙ Ioſeph eſſet de domo Dauid uel nõ
hoc nichil facit ad genealogiam Chriſti Non enĩ Chriſtus
deſcendit de Ioſeph Abſit Sed de Maria uirgine Cur ergo
euangeliſta fecit mentionem expreſſam de Ioſeph in hoc ꝙ
deſcenderet ſecundum originem a Dauid & tamen nullam
fecit mentionem de qua domo eſſet beata uirgo in quo con/
ſiſtebat fundamentum totius genealogie Chriſti a Dauid
deſcendentis Preterea inter precepta decalogi preceptum de
honoratione parentum eſt primum & precipuum in ſecun/
da tabula in qua dantur precepta que ordinant hominem
ad proximum Chriſtus autem qui totam legem impleuit
non legitur honoraſſe matrem ſpecialiter in ſuis colloquiis
Nuſq̃ enim legitur eam uocaſſe matrem quod eſt nomen
maxime dignitatis ad feminam pertinentis ſpecialiter re/
ſpectu tanti filii .ſ. Chriſti ꝙ tamen uere ſic potuiſſet eam
uocare Sed ſolum legitur eam uocaſſe mulierem quod eſt
nomen commune ad totum ſexum femineum humani

generis Legitur enim Iohannis Secundo capitulo Quid
michi & tibi eſt mulier Et Iohannis Decimonono Mulier
ecce filius tuus Ex quibus patet ꝙ dignitatem maternitatis
Chriſti que ſumma dignitas que ad mulieres poſſet perti/
nere eſt Chriſtus ſubticuit & matri alloquens ſolam eam
mulierem tantummodo uocabat Quid ergo magis miran/
dum q̃ Chriſtus qui ueriſſime uirginem glorioſam matrem
uocando ſumme honoraſſet hanc ſingularem excellentiam
ſubticendo tantummodo mulierem eam uocat quod nomẽ
non ſolum bonis mulieribus conuenit ſed etiam aliis qui/
buſcunq; Quid ergo dicendum Nunquid Chriſtus ali/
quid obmiſit de pertinentibus ad parentum honorem
Abſit Vnde circa predicta illuminationem & intellectum
paruulis competentem deſidero .

**Capitulum** Secundum In quo magiſter premittit
quedam preambula ad predictas admirationes tollendas
Et ibi declarat ꝙ uirtutes beate uirginis ſpecialiter ipſius
humilitas conſideranda eſt ſumma .ſ. heroica .

## Magiſter

Gaudeo ualde ꝙ in tuis probleumatibus a beata uirgi/
ne tuum ſcrutinium inicium ſumſit de cuius miſericordia
confido ꝙ ipſa intercedente in tua illuminatione & deuo/
tione proficies De ipſa enim poteſt intelligi illud Prouer/
biorum Secundo Si queſieris eam tanq̃ pecuniam & tanq̃
theçauros eam ſcrutatus fueris tunc intelliges timorem
domini ⁊c Ad declarationem autem eorum de quibus ad/
miraris quedam ſunt premittenda Quorum unum eſt ꝙ
humilitas licet non uideatur numerari a philoſophis inter
uirtutes morales nec intellectuales In ſacra ſcriptura tamen
& in dictis ſanctorum doctorum humilitas tanq̃ magna
uirtus cõmendatur intantum ꝙ dicitur eſſe fundamentum
omnium uirtutum Vnde Auguſtinus in libro de uerbis
domini dicit Si cogitas magnam fabricam conſtruere

VNiVERSIDAD
DE SALAMANCA
GREDOS USAL.ES

celſitudinis | de fundamento prius cogita humilitatis Con/
ſtat autem ꝙ fundamentum eſt de primis & principaliori/
bus partibus edificii corporalis | & ſic patet ꝙ humilitas
debet cenſeri de principalibus edificii ſpiritualis ſcilicet uir/
tutum partibus Et inde eſt ꝙ ſicut natura ſecundum Boe/
cium in libro de ſumit inicium a perfectis ſic
ſentiendum eſt de gracia que naturam perficit Scrutando
enim ſacram ſcripturam reperimus ꝙ in uiris in quibus
aliqua excellentia ſanctitatis ſumit exordium in eis ſpecia/
liter fit mentio de eorum magna humilitate De Abraham
qui primus in publicatione fidei legitur fuiſſe Similiter in
ſuſceptione ſignaculi fidei ut habetur Geneſis Duodecimo
Et Decimoſeptimo capitulo legitur de ſeipſo deo dixiſſe
Cum ſim puluis & cinis | que uerba magnam inſinuant
humilitatem Non enim ſe aſſimulauit animalibus brutis
nec plantis ſed pulueri & cineri que ſunt uiliſſima Similiter
& de Moyſe qui ſolus fuit in ueteri teſtamento legitur
Erat enim Moyſes uir mitiſſimus ſuper omnes homines
qui morabantur in terra Numeri Duodecimo In quo eius
mitiditas ſeu humilitas prefertur humilitati aliorum quo/
rumcunq; in ſeculo illo exiſtentium De Dauid etiam fuit
repromiſſio Chriſti de ſemine ſuo uenturi legitur deo dixiſſe
Quis ego ſum domine deus meus aut que domus mea
quia adduxiſti me hucuſq; Secundo Regum Septimo In
quibus uerbis notatur magna humilitas ipſius Dauid
qui etiam poſtquam accepiſſet a deo regnum quod iam
pacifice poſſidebat & multa & magna bella & de omnibus
aduerſariis & uicinis regibus triumphum habuiſſet Cum
hiis tamen aliis magnis proſperitatibus non ſolum ſeip/
ſum ſed etiam totam domum uilificabat dicendo Quis
ego ſum & que domus mea &c quaſi diceret nichil ſum &
domus mea quod ad magnam humilitatem pertinet Nam
ut ait Bernhardus Non eſt magnum eſſe humilem in
abiectione magna prorſus & rara uirtus eſt humilitas

honorata In nouo autem teſtamento redemptor & ma/
giſter noſter Chriſtus a quo omnis gracia & uirtus de/
riuatur ſuis diſcipulis dicebat Diſcite a me quia mitis
ſum & humilis corde Mathei Vndecimo Rationabile igi/
tur eſt ꝙ in beata uirgine que Chriſtum plenum gracia
& ueritate concipere meruit uirtus humilitatis precipue
uiguiſſet Et ideo in cantico proprio dicebat Quia reſpexit
humilitatem ancille ſue Circa quod notandum ꝙ ſolum
de humilitate ſua fecit mentionem que eſt fundamentum
uirtutum ut dictum eſt non autem de uirtutibus aliis
edificatis ſuper huiuſmodi fundamentum licet omnes ple/
ne habuiſſet que gracia plena per angelum teſtatur fuiſſe
Ratio autem quare de aliis uirtutibus non fecit mentio/
nem niſi de ſola humilitate talis eſt Nam ad uirtutem
humilitatis proprie pertinet non magna de ſeipſo ſentire
ſed credere & pronunciare ſe omnibus uiliorem prout in
gradibus humilitatis in regula beati Benedicti contentis
habetur Vnde de hoc ꝙ beata uirgo profitebatur ſe ha/
bere humilitatem non ſequitur ꝙ haberet uirtutes ſed ſo/
lum fundamentum uirtutum quaſi diceret ſolam capacita/
tem habeo ad uirtutes ſuper edificandas etiam ſi ſuperiora
edificia uirtutum in me non aſſint Et notandum ꝙ uir/
tutes beate uirginis conſiderande ſunt eſſe heroice ſcilicet
quaſi diuine de quibus philoſophus tractat in Septimo
Ethicorum Ad cuius declarationem attende ꝙ ſecundum
Auguſtinum de moribus eccleſie cuius ſententie antiqui
philoſophi concordant Virtutes Quadrupliciter conſide/
rantur Vnomodo prout ſunt Politice & ſic pertinent ad
homines inquantum recte ſe habent in rebus humanis
gerendis | & de iſtis uirtutibus philoſophi communiter
tractant Alio uero modo conſiderande ſunt uirtutes ut
exemplares | & ſic pertinent ad deum in quo exiſtunt om/
nium rerum perfectiones & per conſequens perfectiones
uirtutum | & de iſtis exemplaribus uirtutibus intelligende

VNiVERSIDAD
DE SALAMANCA
GREDOS.USAL.ES

ſunt omẽs uirtutes que in ſacris ſcripturis deo attribuũtur
ut miſericordia & iuſticia & huiuſmodi Inter quas uirtutes
·ſ· politicas & exemplares que ſunt quaſi ĩ extremis poſite
Quedã medie ĩterponũtur | quarũ quedã dicũtur uirtutes
purgatorie que pertinẽt ad illos ꝗ uirtutes politicas trãſcẽ-
dẽtes ſimilitudinẽ diuinaꝝ uirtutũ conãtur tẽdere Alio etiã
modo numerãtur uirtutes que dicuntur purgati animi | &
pertinent ad illos ꝗ iam diuinam ſimilitudinẽ ĩ huiuſmodi
uirtutibus quodammodo aſſequuntur quantum in hac uita
poſſibile eſt | & ideo a philoſophis uocantur uirtutes heroice
·ſ· diuine De qua diſtinctione uirtutum quadruplici ad ple-
num habebis in prima ſecunde queſtiõe Lxi . ꝙ autem uir-
tutes beate uirginis conſiderande ſunt eſſe heroice patet ex
ſua prima reſponſione ad angelum ſalutantem in qua dixit
Quomodo fiet iſtud quoniam uirum nõ cognoſco Si enim
ſenſum horum uerboꝝ diligẽter ſcrutatus fueris mauifeſte
reperies ꝙ eius uirginitas heroica cõſidetanda eſt nõ polli-
tica ſeu purgatoria Non enĩ dixit Quomodo fiet iſtud qm̃
uirginitatem uoui | nec dixit uirginitatis propoſitũ firmiter
habui uel habeo Sed dixit qm̃ uirũ nõ cognoſco | quod nõ
includit uotũ nec propoſitũ uirginitatis Sũt enĩ multe uir-
gines que nunq̃ cognorerũt uirũ & tñ nõ uouerũt uirgini-
tatem nec habent eam in propoſito Similiter licet ueriſſimũ
eſt ꝙ nũq̃ uirũ cognouit tñ predicta uerba nõ ſũt ĩtelligẽda
prout primo modo ſonant ·ſ· ꝙ beata uirgo ſolũ teſtabatur
de ſe ꝙ nũq̃ uirũ cognouerat quia ſic reſpõſio ſua in nullo
ſatiſfaceret angelo nec propoſito correſponderet Sunt enim
multe uirgines que nunq̃ uirum cognourrnnt & tamen
hec tales poſtea concipiunt & pariunt Vnde ut predicta
uerba propoſito correſpondeant ſeu aliquam uim habeant
reſponſionis oportet ut ſic intelligatur ſcilicet Virum non
cognoui ·i· concupiſcencias carnales nedum non habeo ſeu
propono uel uoui nõ habere nec etiã paſſiones reprimo ſeu
terrena deſpicio | quod pertinet ad uirtutem purgatoriam

ſed etiam eas penitus neſcio . & totaliter ignoro . ꝙ eſt al-
tior & perfectior uirginitas q̃ uirginitatis propoſitũ habere
ſeu uirginitaẽ uouere . proprie enĩ pertinet ad uirginitatem
purgati animi ·ſ· heroicã non autem ad politicam ſeu pur-
gatoriã . Quibus prenotatis adtollẽdas tuas admirationes
procedẽdũ eſt . & primo ad primã dicendã ꝙ geſta & facta
beate uirginis que indubie maxima fuerũt . In nouo tamẽ
teſtamẽto penitus ſubticẽtur : niſi earum que ſunt a nobis
neceſſario credenda explicite . ſicut eius uirginitas & ma-
ternitas xp̃i iſta exprimũtur in euãgelio & in ſimbolis fidei
nobis proponuntur tanq̃ neceſſario explicita credẽda . Si-
militer & eius humilitas exprimitur cũ dicitur . Reſpexit
humilitatem ancille ſue . Vnde ex hoc poſſumus rationem
ſumere de his que admiraris ·ſ· quomodo cetera geſta uir-
tuoſiſſima & facta beate uirginis in ſcripturis Canonicis
ſubticẽtur . Nam hoc ꝙ fuit ratione ſue humilitatis . hu-
militas enim ſũma & heroica ad quam ſoli perfectiſſimi at-
tinguut quã ipſa beata uirgo cõſecuta eſt . non patitur ſuas
laudes audire nec in eis delectatur . ſed potius cõpungitur
eo ꝙ non credit . de ſe magna ꝙ patet per rationẽ ſumptã
ab oppoſito . Nam ſicut arrogãs intimo cordis ſui affectu
credit ſe omnibus ſanctiorẽ ut habetur in Euãgelio Luce .
xviii . c . de Phariſeo aſcẽdente in templũ qui ſe arroganter
cõmendãs ceteros ſpernebat . Sic eius oppoſitũ dicẽdũ eſt
de uero humili ·ſ· ꝙ opinetur ſe omnibus uiliorẽ humilis
autem Heroicus ſupra hoc tranſcendit uſq; ad hoc ꝙ
in fugam laudantium tendat . quaſi tedium habeat in au-
diẽdo cõmendationes proprias & ideo in ſacris ſcripturis
noui teſtamenti non leguntur cõmendationes beate uirgi-
nis niſi tantum ſupradicte que a nobis de neceſſitate cre-
dende ſunt | humilitas etiam exprimitur ut ex ea poſſimus
ſumere rationem : qua laudes eius in ſcripturis ſacris ſub-
ticentur ut dictum eſt . Vnde conceptio uel natiuitas ſeu
mors ipſius in quibus magna miracula cõtigiſſe pie credi

VNIVERSIDAD
DE SALAMANCA
GREDOS USAL ES

debet: non narrātur in canonicis ſcripturis ne ex tali nar-
ratione ipſi uirgini glorioſe que tunc in humanis uiuebat.
& ea que in ſacris eloquiis ſcribebantur: eam non latebat
faſtidium ſeu tedium generarentur ratione predicta. Con-
ceptio tamen & natiuitas baptiſte & huiuſmodi narrtāur in
euangelio eo ꝙ in propheticis ſcripturis antiqui teſtamēti
de precurſore chriſti expreſſe agitur ut yſa. xl. & Malach.
iii. & in aliis locis & ſic oportebat ꝙ ſcripturarum imple-
tionem de ipſis euangeliſta teſtaretur: nec etiam Iohannes
licet Sanctiſſimus eſt neceſſario credendum ꝙ ad gradus
humilitatis Heroice ſicut beata uirgo attigiſſet.

## Capitulum Tercium In quo diſcipulus arguit contra quedam que in precedenti capitulo a magiſtro fuerūt tradita ad que in eodem magiſter reſpondit & tollit primā admirationem.

### Diſcipulus

Licet quam dulcia faucibus meis ſunt eloquia tua ad-
huc tamen deſidero amplius informari de his que circa ad-
mirationem meam propoſuiſti. Dixiſti enim ꝙ humilitas
Heroica non patitur ſine faſtidio ſeu tedio laudē ſuā audire
quod apud me eſt mirabile. Deus enī cuius uirtutes exce-
dunt Heroicas ſunt enim exemplares ut tu doces. Vidi-
mus tamen per ſacras ſcripturas debere laudari. Dicit enī
pſalmiſta Sacrificium laudis honorificauit me & alibi
Semper laus eius in ore meo. Idem enim pſalmiſta etiam
ſemper hortatur homines ad dei laudem. cum dicitur
Laudate dominum omnes gentes. Laudate pueri dominū
& huiuſmodi quomodo ergo deū laudamus debite & meri-
te cuius humilitas eſt ſūma & exemplaris. qui cum eſſet
deus infinitus & īmortalis humiliauit tamen ſemetipſum
formam ſerui accipiens in ſimilitudinem hominum factus
& habitu inuentus ut homo ad Philipp. ſecundo capitulo
Si enim deo cuius humilitas eſt īmenſa & ineffabilis laus
tamen uocalis enī placet qui etiā corda hominis ſcrutatur
In quibus uera & potiſſima laus conſiſtit: & qui ex ſuis
laudibus ab hominibus prolatis non poteſt ad meliora
prouocari cum ſit īmutabilis & optimus quo non eſt dare
melius necꝗ equale. quomodo ergo de beata uirgine non
fuerunt laudes in ſacris ſcripturis proferende cuius per-
fectiones ſeu uirtutes quantumcunꝗ magne & inter puras
creaturas maxime / ſemper tamen circa perfectiones chri-
ſti ſunt extiminande. Item ipſa uirgo glorioſa ſe ipſam
legitur cōmēdaſſe dixit. Ipſa enī de ſe ipſa. Reſpexit humi-
litatem ancille ſue. ꝙ ad magnam laudem pertinet: cum
humilitas prout tu dixiſti ſit fundamentum omnium uir-
tutum. Item dicit ꝙ oportebat quedam geſta baptiſte in
euangelio narrari ut impletio eorum que in propheticis
ſcripturis de precurſore chriſti prenuntiata fuerunt teſta-
retur īpletio quod dictū mirabile eſt ī oculis meis. Nūquid
dicendum eſt de beata uirgine nichil fuit prenoſticatum in
propheticis eloquiiis ſicut de baptiſta abſit: de ipſa enim
legitur yſa. vii. Ecce uirgo concipiet. Et egredietur uirga
de radice yeſſe. yſa. xi. capitulo & quam plurima que in
libro Canonicorum de ſponſa dicuntur precipua: de ipſa
precipue intelliguntur: & ideo pari ratione & fortiori im-
pletio eorum que de ipſa benedicta prenuntiata fuerat anti-
quitus in nouo teſtamento teſtari debuiſſent fuiſſe impleta
ea ratione qua de baptiſta parte ſupra dictum eſt placeat
ergo de iſtis me amplius illuminare.

### Magiſter

Circa hoc quod obicis de laude dei que uocaliter facta
in ſcripturis cōmendatur ſcire debes / ꝙ licet deus quantū
ad eius eſſentiam que incomprehenſibilis eſt a nobis & in-
effabilis. Maior eſt enim omni laude ut Eccleſiaſtici. xliii
capitulo. Similiter & laudum noſtrarum ſicut nec bonorū
noſtrorum non indiget ut in pſalmo nec per ipſas laudes
ipſi aliquid de nouo īnoteſcat nac accreſcere poſſit. Omnia

VNiVERSIDAD
DE SALAMANCA
GREDOS USAL

enim nuda & aperta ſunt ante oculos eius Hebre . iiii . c.
laus tamen eius etiam uocalis eſt perutilis nobis ad multa
cum ut noſmetipſos : Similiter & alios audientes ad eius
reuerentiam inducamus noſtros affectus & etiam audien/
tium in deum excitantes . Vnde cum dixiſſet pſalmiſta .
Semper laus eius in ore meo ſubdit . Audiant manſueti &
letentur . Cum adretrahendum affectus noſtros & audien/
tium ab his que ſunt contra deum . Vnde . yſa . xlviii . c .
Laude mea refrenabo te ne intereas & ſic de laude dei nul/
lum inconueniens ſequitur . ſed comoda ſpiritualia ut pre/
dicta & alia multa que inde ſequuntur : ſed eſt de laude
hominis puri & perfectiſſimi qui ſũmam humilitatem he/
roicam conſecutas eſt qui dum in hac uita exiſtit & fragili/
tatem humanam perfecte cognoſcat : & perfectionem di/
uinam quantũ poſſibile eſt in hac uita apprehendit laudes
proprias audire non patitur ut de beata uirgine ſupra
dictum eſt . Ad ſecundum uero ꝙ obicis de illo uerbo .
Reſpexit humilitatem ancille ſue . Exquo infers ꝙ ipſa be/
ata uirgo ſaltem ſe ipſam de uirtute humilitatis laudauit :
dicendum ꝙ humilitas abſqꝫ alia uirtute non eſt cõmen/
danda ſeu laudanda ut integra uirtus ſicut enĩ fundamen/
tum in edificio corporali parũ uel nichil ualet niſi addatur
aliquid ſuper edificatum : Sic ſentiendum eſt de humilitate
que fundamentum eſt uirtutũ ut dictum eſt ſupra quam
niſi alie uirtutes ſuperedificentur : humilitàs ſola modica
ſeu nulla laude eſt digna . & ideo beata uirgo in qua erat
plenitudo gratie & perconſequens uirtutum ſolam humili/
tatem teſtatur ſe habere non autem alias uirtutes ſuper
edificatas quas indubie habuit cum plena gratia fuit . Et
circa predictum uerbum . Vlterius notandum eſt ꝙ hu/
militatem illam quam beata uirgo ſe fatetur habere innuit
eſſe renuntiandam non ex condignitate ſeu congruentia
ipſius humilitatis ſed ſolum ex acceptatione diuina . Dixit
enĩ . Reſpexit humilitatẽ ancille ſue quaſi diceret humilitas

mea non ex ſe ipſa digna fuit remuneratiõe . ſed quia deus
eam reſpexit .i. acceptauit eo modo quo dicitur . Gen . iiii .
Reſpexit dominus ad Abel & munus ſuum & ideo in
predictis uerbis bene intellectis beata uirgo potius com/
mendat acceptationem diuinam quam humilitatem ſuam .
Ad tertium uero dicendum ꝙ obicis dicens ꝙ de beata
uirgine debuiſſent teſtari in nouo teſtamento fuiſſe impleta
ea que antiquitus fuerunt prenuntiata pari ratione & for/
tiori ſicut de Iohanne baptiſta fuerunt in euangelio tradita
ea que de eo prenuntiata fuerunt dicendum ꝙ illa que in
ueteri teſtamento expreſſe de beata uirgine fuerunt tradita
ut eſt uirginitas cum conceptu & partu yſa . vii . Similiter
& ꝙ eſſet de radice yeſſe & de ſtirpe Dauid ut yſa . xi . iſta
ſimiliter traduntur expreſſe in nouo teſtamento ubi eius
uirginitas & maternitas Chriſti & deſcenſus Chriſti de
genere Dauid expreſſe traduntur . Cetera uero uirtuoſiſſi/
ma que in ueteri teſtamento non expreſſe ſed figuratiue ſeu
enigmatice traduntur de pertinentibus ad ipſam ut in ca/
nonico Canonicorum & ſimilibus ſubticentur ſeu preter/
mittuntur in nouo teſtamento eo ꝙ apoſtoli & euangeliſte
fuerunt ei contemporanei & cognoſcebãt ꝙ ſũma humilitas
ſua de talibus attediaretur narrationibus ut dictum eſt .
Poſtremi uero qui poſt apoſtolos & alios contemporaneos
ſcripſerunt quamplurima glorioſa & miriſſima tradiderũt
de ea que iam in celo aſſumpta iſta que ad laudem dei &
exemplum ſalutiferum aliorum narrantur grata & accep/
tabilia ſunt .

**Capitulum** Quartum In quo diſcipulus repetit ſe/
cundam ſuam admirationem ad quam magiſter reſpondit
in eodem eam ſoluẽs in quo capitulo quedam declarantur
pertinentia ad genealogiam Chriſti Math . i . contentam .

**Diſcipulus**

Sufficiunt michi predicta ad mei primã admirationem

VNIVERSIDAD DE SALAMANCA
GREDOS.USAL.ES

tollendam ſed peto ut procedas ad ſecundam ſub qua du-
plicem admirationem tibi propoſui quarum una fuit de
hoc ꝙ Ioſeph in euangelio exprimitur fuiſſe de domo Da-
uid | de beata tamen uirgine non exprimitur ſic. Ad quã
admirationem tollendã ſufficiunt michi ſupradicta. Nam
eum eſſe de domo Dauid eſt quoddam excellens | ꝙ hu-
militas ſũma ſeu heroica quam beata uirgo in hac uita
attingit non patiebatur audire. Idcirco fuit in euangelio
non expreſſe traditum licet tacite intelligatur. In hoc enim
ꝙ dicitur Math. primo Ex qua .ſ. ex maria natus eſt Ie-
ſus qui uocatur Christus. Et in principio huius capituli
legitur de Christo ꝙ eſt filius Dauid neceſſe ſequitur ꝙ
maria per quam Christus ſecundum carnem inmediate
deſcendit ſit de domo Dauid preſuppoſito ꝙ maria con-
cepit nõ ex uirili ſemine ſed ex uirtute ſpiritus ſancti prout
expreſſe traditur a Matheo eodem capitulo ubi dicitur.
Quod enim in ea natus eſt ex ſpiritu ſancto eſt. ſed hoc
intelligitur argumentatiue non expreſſe ratione ſupradicta
& licet de hac admiratione ſim ſatiſfactus adhuc remanet
michi ſecunda in hoc loco .ſ. cur Math. euangeliſta ge-
nealogiçauit ioſeph de quo Christus nullo modo deſcendit
neꝙ eius genealogia facit ad genealogiam Christi & tamẽ
pretermiſit genealogiam uirginis in qua fundamentum
totius genealogie Christi a Dauid deſcendente conſiſtit &
de hoc peto a te plane doceri.

## Magiſter

Admiratio enim tua rationabilis eſt. In gloſa enim no-
ſtra ſuper hunc locum ſic dicitur. Quid ad Christum ge-
neratio ex Dauid deducta ad Ioſeph cum Christus non ex
ſemine Ioſeph ſit & licet huic queſtioni ſeu admirationi in
eadem gloſa reſpondetur ꝙ non eſt conſuetudo ſcripturarũ
ut ordo mulierum in generationibus texatur hoc tamen
non uidetur ualere: eius enim contrariũ inuenitur in ſcrip-
turis. Nam primo Paralipp. ſecundo in genealogia yeſſe
interponuntur mulieres .ſ. Saruya & Abigayl a quibus
conſequenter ipſa genealogia texitur ut ibidem patet qua
ratione & aliis quibuſdam que hic cauſa breuitatis obmit-
tuntur: ſolutio predicte gloſe quam multi expoſitores ſe-
quuntur ad tuam admirationem tollendam non ſufficit | ſed
ſuper hoc uidetur ulterius aliquid dicendum. Ad cuius
euidentiã preſupponendum eſt ꝙ filius prout in paternis
bonis ſuccedit multipliciter poſſet dici & quantum ad pro-
poſitum ſpectat dupliciter. Primo modo dicitur enim
filius ſecundum ueram generationem naturalem ſecundũ
quam de ſubſtantia patris filius generatur: quiquidem fi-
lius iſto modo genitus pleruncꝫ ſuccedit: tam in bonis
naturalibus corporis ut in bona habitudine ſeu complexi-
one ut de gigantibus legitur Gen. vi. ꝙ etiam in bonis
anime pleruncꝫ enim ſecundum naturalem inclinationem
que prout aliquod corpus indiuiduum eſt tali anime pro-
porcionatum ſequntur alique uirtutes naturaliter ſecundũ
inchoationem & aptitudinem prout in prima ſecunde. q.
lxiii. & in talibus filii naturales ſepe ſuccedunt parentibus
Unde Caſſiodorus in quadã epiſtola: Laudabilis uena ſuã
ſeruat originem. Secundo dicitur filius alicuius etiam ille
quem non genuit naturaliter modo predicto. ſed tantum
ſecundum formam publicam & cõmunem populi extima-
tionẽ dicitur talis patris filius quod contingit cũ uxor parit
filium quem latenter non ex marito habuit ſed ex alio uiro
reputatur tamen in populo ſine contradictione ſui mariti
filius quiquidem filius putatiuus licet ĩ bonis naturalibus
non habeat naturaliter ſuccedere tali patri ficto ſuccedit ta-
men ſibi ciuiliter non ſolum in bonis fortune que ſunt
minora ut in diuitiis ſed etiam in nobilitate ſeu generis
claritudine que magis conſiderrabilia bona apud magna-
nimos ſunt ꝙ diuitie ut in prima ſecunde. q. ſecunda ar.
ſecũdo. Quequidẽ ſucceſſio patet per iura ciuilia ſeu cõmunẽ
gentiũ cõſuetudinẽ quibus preſuppoſitis ſit tibi ĩ propoſito

UNIVERSIDAD DE SALAMANCA
GREDOS.USAL.ES

Prima cõdclusio ꝙ per ſcrutinium ſcripturarum de Chriſti
genealogia loquẽtiũ patet ꝙ Chriſtus habuit eſſe filius da/
uid de Abrahã ſecũdũ ueram generationẽ naturalẽ primo
modo dictam Legitur enim Gen .xxii. Abrahe fuiſſe di/
ctum . Et benedicẽtur in ſemine tuo omnes gentes terre ꝙ
ad Gala . iii. exponitur de Chriſto : Similiter & de Dauid
dicitur in pſalmo De fructu uentris tui ponã ſuper ſedem
tuam Vtraqꝫ enim predicta uerba non uere dicerentur de
filio putatiuo .ſ. qui tantum ſecundũ publicã famã erat ali/
cuius filius talis enim non diceretur de ſemine eius nec de
fructu uentris ſui ut eſt manifeſtũ. Secunda uero concluſio
ſit iſta ꝙ deſcenſus Chriſti ab Abrahã & Dauid ſecundũ
naturalẽ generationẽ ſufficienter traditur quantũ ad fideles
euangeliũ firmiter recipiẽtes per Matheum in primo .ca.
ſui euangelii dicentẽ Liber generatiõis Ieſu Chriſti fili Da/
uid filii Abrahã : etiã ſi Math. de genealogia Chriſti nihil
amplius ſeu extenſius tradidiſſet quod ſic patet . Nã ex ſolis
iſtis uerbis manifeſte teſtatur euãgeliſta Ieſum xpm̃ a Da/
uid & ab Abrahã per uerã generationẽ naturalẽ deſcen/
diſſe quod ẽ ſufficiẽs teſtimoniũ apud fideles ueritatẽ euã/
gelicã indubie recipientes licet etiam filius dicatur ille qui
tantũ ſecundũ famã publicã eſt filius ut dicitur in ſecundo
preſuppoſito ſupradicto. generari tamẽ ſeu generatio nunꝗ̃
dicitur niſi de filio naturaliter generato . Vnde cum dicit
Liber generationis Ieſu xpĩ manifeſtũ ẽ ꝙ loquitur de ge/
nealogia que eſt per uiam generationis non aũt de illa ge/
nealogia que ſecundũ famã tantũ eſt . Si autem contra hoc
dicas ꝙ licet apud fideles predictus titulus ſufficiat apud
infideles euangeliũ non recipiẽtes non ſolũ titulus Math.
ſed etiam tota genealogia xpĩ per Math. conſequenter tra/
dita non ſufficit ad probandũ eis ꝙ Chriſtus a Dauid &
ab Abraham deſcendit . Tales enim cum ſint a fide euã/
geliorũ alieni totam illam lineã negarent : niſi forte heberi
qui non auctoritate euangelii ſed auctoritate ueteris teſta/

aliquam partem genealogie Mathei habẽt recipere .ſ. uſqꝫ
ad çorobabel & huius & non ultra . Nam apud eos de ce/
teris autentica hiſtoria non habetur . Vnde ſicut apud in/
fideles non ſufficit illa narratio extenſa que in euãgelio de
genealogia xpĩ traditur ad ueram genealogiã eius naturalẽ
oſtendendã ſic apud fideles ſola uerba tituli Mathei ſuffi/
ciunt ad hoc fũdandũ unde Auguſtinus contra faſtũ xpm̃
non eſſe filiũ Dauid aſſerentẽ eo ꝙ non ex Ioſeph cõceptus
eſt ad quẽ ſeriẽ genealogie Matheus producit ſic ait . Sic
ergo nos credimus etiã mariã fuiſſe in cognitione Dauid
quia in ſcripturis credimus que utrunqꝫ dicunt .ſ. xpm̃ ex
ſemine Dauid eſſe ſecundũ carnẽ & eius matrẽ mariã uir/
ginem eſſe hec Auguſtinus . Tercia concluſio ꝙ cõueniẽs
fuit ut Chriſtus etiam ſecundũ publicã famã ſecundũ quã
filius Ioſeph putabatur a Dauid deſcenderet & ut talis de/
ſcenſus licet putatiuus in euãgeliis tradetur quod ſic pro/
batur . Nam hoc fuit cõueniens ad fideliũ iu cõmuni xpm̃
ſuo tempore recipientiũ ordinatã inſtructionẽ . Nam cog/
nitio fidei cõmuniter in hominibus oportuit ut ab in per/
fecto ad perfectũ procedere ut in ſecũda ſecũde . q . prima
ar . vii . & ideo Chriſtus primo fuit cognitus etiam apud
electos ſub ratione hominis ſaluatoris in cõmuni quã cog/
noſceretur eſſe deus & homo . In prima enĩ uocatione apo/
ſtolorũ Iohan . primo Andreas dicebat inuenimus meſſiã
.i. Chriſtũ quod eſt nomen cõmune aliis multis . Vnde in
pſalmo Nolite tangere Chriſtos meos Math .xvi . Chri/
ſtus interrogãte ſuos diſcipulos apoſtolos Vos quẽ me eſſe
dicitis Petrus reſpõdit Tu es Chriſtus filius dei . Exquo
patet ꝙ prius ſequebantur ipſum tanꝗ̃ Chriſtũ anteꝗ̃ cog/
noſcerent eius deitatẽ ulterius etiam apoſtolis tanꝗ̃ minus
plene informatis de ydemptitate diuinitatis in patre & fi/
lio eiſdem dicebat Iohan . xiiii . Tanto tempore uobiſcum
ſum & non cognouiſtis me qui uidet me uidet & patrem
meũ ꝛc̃ Similiter & pari ratiõe Chriſtus prius fuit cognitus

VNiVERSIDAD
DE SALAMANCA
GREDOS.USAL.ES

quaſi eſſe filius Ioſeph quē cognoſceretur eſſe ſine patre ī terris unde non ſolū apud emulos qui xpm̄ ſpernētes dicebāt Nōne filius fabri eſt Math . xiii . ſed etiā apud diſcipulos ſimplices & cognatos cōmuniter filius Ioſeph putabatur : anteq̄ miſteriū uirginitatis marie eſſet apud eos cognitum Euāgeliſta enim in perſona talium dicebat Luc . ii . Non cognouerūt parētes eius nec ſolū hoc ſed etiā Nathanatis qui ſecundū glo . peritiſſimus ſcripturarū erat cum audiuit a Philippo Iohan . i . quē ſcripſit Moyſes in lege & prophetis Inuenimus Ieſum filiū Ioſeph a naçareth . Nō fuit admiratus de hoc ꝙ Chriſtus eſſet filius Ioſeph ſed de hoc ꝙ a naçareth eſſet dixit enim ibi a Naçareth poteſt aliquid boni eſſe non enī dixit nō poteſt eſſe filius Ioſeph cū adhuc deitatē xpi non cognoſcebat . ſed de loco naçareth admirabatur de Bethleem enī apud eos ſpectabatur meſſias ſecūdum illud Math . v . c . Et tu Bethleem terra iuda . Et ꝙ amplius eſt ipſa eadem beata uirgo huius miſterii diuini ſuper omnes conſcientia iſtum modū loquendi obſeruabat dicens . Ego & pr̄ tuus dolentes querebamus te Luce . ii . Ex quibus habetur ꝙ ad inſtructionē fideliū ī cōmuni qui Chrſtū in mūdo uenientē receperūt cōueniens modus fuit ut eis pn̄taretur Chriſtus prius ſub ratione meſſie filii Dauid ſine reuelatione miſterii deitatis ſue & uirginitatis matris q̄ ꝙ eis a principio omnia iſta archana reuelarentur Sic enim proceſſerunt ab imperfecto ad perfectum qui eſt modus hominibus in cōmuni cōnaturalis fuit etiam iſte modus cōueniēs ad refutandos infideles precipue hebreos qui ex ſtirpe Dauid tantum ſaluatorē ſpectabant : Si enim tales rationabiliter ignoraſſent Chriſtum a Dauid deſcendiſſe preſertim cum cōmunis fama & populi extimatio teſtaretur oppoſitum tunc tales redderentur excuſabiles Non enim ipſi tenebantur cognoſcere ueram generationem naturalem Chriſti ſecundum quam a Dauid deſcendit talis enim generatio a longiſſimo tempore deſcendens non eſt

cognoſcibilis niſi per diuinam reuelationem : conueniens igitur modus fuit ut Chriſtus ſecundum publicam famam a Dauid deſcendiſſe in euangelio traderetur ut ſic ipſum recipere refutantes ſaltem ſub ratione ſaluatoris in cōmuni inexcuſabiles reddere ut habetur Iohan . ix . & iſta ſufficiant tibi ad preſens pro tua admiratione tollenda . Si tamē de predictis & de alia genealogia Chriſti que traditur Luce iii . que non eſt naturalis neq̧ putatiua ſed adoptiua uide in quadam additione ſupra capitulum Mathei predictum ubi de his plene poteris informari .

## Capitulum Quintum In quo diſcipulus repetit ſuam tertiam admirationē ad quam magiſter ibidem reſpōdit .

### Diſcipulus

Sufficiunt michi ad preſens iſta que circa genealogiam Chriſti a Matheo traditam declaras & licet de genealogia a Luca tradita que ualde diuerſa eſt ab illa q̄ Matheus tradit quia tamen me remittis ad addictionem tuam ad preſens obmitto ulterius de hoc querere proponens ad illā additionem recurrere . Peto tamen a te ut ad terciam meā admirationem procedas tollendam . Valde enim animum meum pulſat ·ſ· quomodo Chriſtus qui non ad legem ſoluendam ſed adimplendam uenit ut Math . v . capitulo ſanctiſſimam matrem ſuam quam ſūme honoraſſet uocādo eam matrem hoc tamen pretermittens ſolūmodo mulierem eam legitur uocaſſe ut ſupra in Capitulis per me allegatis patet mulier autem eſt nomen cōmune pertinens ad mulierem quantum etiam peccatricem unde Luc . vii . Ecce mulier que erat in ciuitate peccatrix .

### Magiſter

Quod autem Chriſtus obſeruaſſet preceptū de honroatione parentū non ſolum erga matrē que erat uera & ſancta parens ſed etiam erga Ioſeph qui erat parens ſecundum publicam famam tantum manifeſtum eſt . Legitur enim

VNIVERSIDAD DE SALAMANCA
GREDOS USAL

Luc. ſecundo capitulo de Chriſto Et erat ſubditus illis. In tali enim ſubiectione principaliter conſiſtit parentum honor unde Deutro. xxi. de filio contumace & proteruo legitur ꝙ non audiuit uocē patris nec matris. Vnde per locum ab oppoſitis filius ille uere honorat parentes qui eſt omnino ſubditus illis. Ratio autem quare non uocabat ſuam beatam matrem niſi nomine mulieris tantum poteſt aſſignari conformiter ad predicta. Nam ſecundum philoſophum in octauo Ethicorum homines qui uolunt honorari teſtificationem ſue excellentie querunt: ad humilitatē autem beate uirginis heroicam de qua ſupra diximus non pertinebat querere teſtimonium ſue excellentie preſertim reſpectu Chriſti. Nomē enim paternitatis uel maternitatis non imporrat excellentiam niſi reſpectu filii illius patris ſeu matris manifeſtum eſt autem ꝙ humlitati uirginis glorioſe nullo modo placeret ꝙ uocaretur tali nomine ꝙ ipſius excellentiam ſonaret reſpectu filii ſui ·ſ· ueri dei ſed potius uocari tali nomine ꝙ magnam excellentiam filii reſpectu ipſius matris deſignaret Vnde & ipſa angelo ſalutanti & pronuntianti ei ꝙ erat paritura filiū cuius regni non eſſet finis reſpondit Ecce ancilla domini Ancilla enim eſt nomen non ſonans excellentiā ſed potius defectum reſpectu domini. Vnde Chriſtus iſta totaliter ſciens ut pure & plene matri obediret uocabat eam illo nomine quod magis ſibi placere ſciebat.

**Capitulum** Sextum In qo diſcipulus replicat contra reſponſionem magiſtri ad quod magiſter ſufficienter rn̄dit concludens ex ſupradictis ꝙ magnam deuotionē oportet ut habeant fideles circa uirginem glorioſam.

## Diſcipulus

Satis eſſem contentus de reſponſione tua ſupradicta niſi propter unū quod uidetur michi tue reſpōſioni obuiare manifeſtam eſt enim ꝙ beata uirgo iam in celo aſſumpta totus orbis terrarum in ſuis laudibus & excellentiis frequenter clamat intantū ꝙ de ea poſſumus ſimpliciter dicere ꝙ laudis eius plena eſt terra non enim ſolum honoratur & laudatur apud fideles ſed etiam apud infideles de ſingulari ſanctitate cōmendatur In illo enim libro qui dicitur Alcharanus in quo prophana lex Machometi continetur memini me legiſſe ꝙ in omnibus hominibus habuit aliquam ptātem ſathan preterꝗ in Ieſu & in matre eius Ex quo conſtat ꝙ etiā apud Sarracenos beata uirgo reputari debet ſancta In quodā etiā libello apocrifo apud Hebreos qui intitulatur Liber generationis Ieſu naçareni non tamē ſecundū Matheū In illo enim libello multa falſiſſima & abſurda continentur contra Chriſtum & eius diſcipulos de beata tamen uirgine matre eius quam falſiſſime dicunt concipere ex adulterio eo ꝙ cum eſſet deſponſata Ioſeph ex quodam adulterio conceperat ibidem continetur quod hoc factū fuerat ipſa omnino neſciente quia erat mulier ſancta & in adulterio nunꝗ conſenſiſſet & ſic de ipſa uerificatur ꝙ ipſa predixit in ſuo cantico Beatam me dicent omnes gegenerationes Nō ſolū enī generatio rectorū ·ſ· fidelium eam dicunt & predicant beatiſſimam ſed etiā generatio praua & exaſperans ·ſ· iudeorum & ſarracenorum ipſam dicunt uere eſſe ſanctam ut dictū eſt. Quero igitur a te ut michi indices quomodo humilitas beate uirginis patitur ꝙ totus mundus ī ſuis laudibus prorumpit & ipſam ſuper omnes creaturas glorificent cum in uita ſua ut dixeris omnia talia ſibi diſplicebant non enim uidetur michi ꝙ tanta uarietas circa bene placitum beate uirginis poſſit contingere niſi quia aut ignorat illa que in hoc ſeculo ad ſuum honorem & laudem frequentantur ſeu celebrantur aut quia humilitatem quam in hac uita habebat que erat magna ſeu maxima uirtus ut per te dictum eſt iam in illa uita licet perfectiori non habet aut quia honorationes iſte que pro ſua reuerentia fiunt ipſi nirgini glorioſe non placent ſicut nec

VNiVERSIDAD DE SALAMANCA
GREDOS.USAL.ES

alias placebant quodlibet autem iſtorum uidetur michi ualde inconueniens. Et ideo peto ut aliquid circa hoc ulterius michi declares.

## Magiſter

Nullo modo ſentiendum eſt ꝙ beata uirgo iam in celis aſſumpta & glorificata ignoret ea que hic fiunt in honore ſuo nec ꝙ ei talia diſpliceāt: in illo enim ſtatu deus erit omnia in omnibus .ſ. Corinth. xv. capitulo Vnde quilibet beatus omnia uidet in deo preſertim que ad ſuam beatitudinem uel ad humanam ſalutem pertinent Similiter in eodem ſtatu .ſ. glorie omnes beati conformabunt uoluntatē ſuam deo non ſolum materialiter ſed etiam formaliter ut in prima ſecunde. q. xix. ſed an uirtutes morales de quibus eſt humilitas maneant poſt hanc uitam circa hoc diuerſi diuerſa ſenſerunt. Quidam enim philoſophorum antiquorum poſuerunt ꝙ uirtutes morales poſt hanc uitam non manent Vnde & philoſophus in quarto Ethicorū dicit ꝙ ridiculum eſt ponere in angelis uirtutes morales. homines autem beati aſſimilant angelis ut habetur Mathei xxiii. Doctores tamen noſtri de ueritate magis illuminati tenent ꝙ huiuſmodi uirtutes quo ad aliquid manent: quo adaliquid non ut Auguſtinus in. xiiii. de trinitate. manent enim quoad ordinem rationis & uim appetitiuam que erant rectiſſime in his que ad illum ſtatum pertinent: non autem uirtutes morales poſt hanc uitam permanbunt quantum ad illud quod eſt in eis materiale .ſ. ad concupiſcentias & delectationes ciborū & huiuſmodi & etiā timores nec audacie circa pericula mortis nec etiam diſtributiones & cōmunicationes rerum que ueniunt in uſum preſentis uite Manent enim quantū ad id quod eſt in eis formale ut in prima ſecunde. q. lxvii. Ex quibus in propoſito circa humilitatem dicendum eſt ꝙ humilitas in beata uirgine non manet poſt hanc uitam quantū ad iſtum actum quod ē uileſcere ſeipſā quod pertinet ad humilitatē huius uite ut ſupra dictum eſt quilibet enim beatus uidens ſe diuine glorie participem nullo modo poteſt ſe uileſcere: quantomagis uirgo beata que ſuper omnes ſanctos hac partipatione gaudet ſed quantum ad hoc quod eſt de ratione humilitatis .ſ. ymis adherere prout yſidorus in libro ethymologiarum dicit aliquid manet in patria ſicut enim deus ut in pſalmo Licet in altis habitat humilia tamen reſpicit. Sic & ſancti licet ſint in gradu beatitudinis excelſi ſunt tamen humiles ymis in hac uita exiſtentibus adherēdo pro eis deum deprecātur. Vnde de beata uirgine ſentiendum eſt ꝙ ſicut in hac uita cognoſcens defectum nature humane maximam humilitatem habuit ſe ipſam uilificādo & ancilla cum eſſet maxima regina reputando Sic in ſtatu glorie maximam humilitatem habet inter ceteros beatos circa Chriſtum in adherendo ymis: ſi peccatoribus in hac uita contritis & de ſuis precibus deuotis confidentibus & ideo tenendū eſt ꝙ ſibi placēt oratiōes humiliū pro quibus etiam continue deum interpellat. Ex quibus bene conſideratur excitari debet in quolibet fideli magna deuotio erga uenerationem & obſequium uirginis glorioſe prudentes uiri tali domino conſueuerunt prompta mente obſequia preſtare: quem extimant ſeu credunt eſſe promptius paratum ad eorum petitiones audiendas & eis ſubueniendo in ſuis neceſſitatibus ſed hoc eſt credendū eſſe in ipſa uirgine glorioſa ratione ſue humilitatis beate ſecundū quam quotidie in eccleſia experitur ꝙ reſpicit preces humilium & non expreuit preces eorum. Vnde te exhortor diſcipule ꝙ ad eam recurras laudem eius ſemper habens in ore tuo & eam fideliter in neceſſitatibus inuocando. Nunq̄ enim ut ait Berennardus in quodam ſermone ipſam fideliter inuocatam reperies defuiſſe.

**Capitulum** Septimum In quo diſcipulus ponit quādam aliam admirationem que uidetur ſibi circa hoc ꝙ non ipſam uiſitaſſe ſepulchrum Chriſti ſicut de mulieribus &

VNIVERSIDAD DE SALAMANCA
GREDOS.USAL.ES

de quibuſdam apoſtolis legitur ad quod ibidem a magiſtro reſpondetur.

## Diſcipulus

Quam dulcia faucibus meis eloquia tua & quia a mandatis tuis dulciſſimis intellexi ut meam deuotionem ad glorioſam uirginem dirigam tota mente deo dante hoc ſequi intendo. Sed adhuc uolo a te de quibuſdam ad ipſam uirginem glorioſam pertinẽs illuminari & ſpecialiter circa ea que tempore reſurrectionis Christi geſta ſunt circa que primo in corde meo uerſatur quedam admiratio que talis eſt. Extimo enim ꝙ nullus ſane mentis qui fidem catholicam corde & ore profitetur dubitare habet ꝙ uirgo glorioſa filio ſuo Christo quem concepit & ſuis ſacris uiſceribus portauit: & cuius ubera ſuxit deuotior fuit quam ceteri ſancti quicunqꝫ ſint Sed uideo quod ſigna ſue deuotionis erga Christum hoc non oſtendunt preſertim poſt paſſionem ſuam & tempore ſue reſurrectionis. Legimus enim ꝙ mulieres que Christum ſequebantur & ſpecialiter Magdalena poſt paſſionem monumentum Christi uiſitare frequentabant & ei obſequia ſibi poſſibilia offerebant diſcipuli etiam licet non dum ita firmiter credentes miſteria paſſionis & reſurrectionis ſibi alias a Christo prenoſticata auiſati: tamen aliqualiter a mulieribus de Christi reſurrectione tunc ipſi cum magno feruore ad ipſum ſepulchrũ pergebant ut patet de Petro & Iohanne Io. xx. capitulo de beata tamen uirgine non legimus ꝙ Christum poſt paſſionem neqꝫ eius monumentũ Christi aliquando uiſitaſſet ꝙ magna admiratione dignũ puto ratione iam dicta.

## Magiſter

Nullo modo dubitandum eſt ꝙ beata uirgo deuotior fuit ipſi Christo ꝙ̃ alius quicunqꝫ ſit. Tum quia eius caritas in qua radix totius meriti conſiſtit indubie excedit aliorum caritatẽ ſicut & in premium eius aliorum premia excedit cantat enim eccleſia Exaltata eſt maria ſuper choros angelorum caritas eſt ſeu delectatio eſt cauſa proxima deuotionis & inmediata ut in ſecunda ſecunde. q. lxxxii. Tum quia eius meditatio aſſidua erat & frequens circa miſteria redemptionis humane in quibus diuina beneficia circa genus humanum maxime conſiderantur Legitur enĩ de ea Luce ſecundo Maria autem conſeruabat omnia uerba hec conferens in corde ſuo. Tales autem meditationes ignem diuine caritatis accendunt iuxta illud pſalmiſte In meditatione me exardeſcit ignis. Tum quia maternalis dilectio erga filium tenendum eſt in ea non defeciſſe unde yſa. xlix. Nunquid obliuiſci poteſt mulier infantem ſuum Quequidem maternalis dilectio que eſt a natura in eadem ex plenitudine gratie tenenda eſt perfectior eſſe gratia enim perficit naturam. Ex quibus patet deuotionem beate uirginis maiorem eſſe ſeu perfectiorem ad Christum quam aliorum ſanctorum. Nec obſtat illud de quo miraris ſic ꝙ tantam deuotionem per ſigna exteriora tempore reſurrectionis non oſtendit ſicut ſancte mulieres & diſcipuli & huiuſmodi & hoc propter duo Primum quia ut Dyoniſius dicit In de diſtinctione. ix. Amor diuinus eſtaſim facit quod intelligitur de amore diuino perfecto ſicut creditur fuiſſe in beata uirgine quantum in ſtatu uie poſſibile fuit non autem de quibuſcunqꝫ diligentibus deum ſeu in caritate exiſtentibus per eſtaſim autem homo eſt per exceſſum mentis extra ſtatum ſuum. Et ideo beata uirgo tempore reſurrectionis preſũmendum eſt fuiſſe tam inceſa in amore diuino ꝙ eſſet ĩ extaſi poſita & quaſi a corporalibus quodamodo alienata & ideo de iſtis exercitiis corporalibus ad que mulieres ſancte & diſcipuli ex deuotione concurrebant non curabat occupata uehementius intrinſeca deuotione & diuino amore eã poſſidẽtibus. Secundũ quia ad uirginalem pudititiam pertinet ſecreta diuina non ore pronuntiare ſed corde cuſtodire & in eo de eis conferre unde ſuper illud uerbum euangelii ſupradictum Maria autem

VNiVERSIDAD DE SALAMANCA
GREDOS USAL.ES

conſeruabat ⁊c Beda ſic dicit in omelia Virginalis pudicitia ſecreta Chriſti que nouerat nemini diuulgare uolebat ſed conferebat in corde ſuo non ore promens ſed clauſo ſeruās in corpore hec ille . Exquo patet ꝙ ad modeſtiam pudicitie uirginalis ſtatus non pertinebat deuotionem ſuam erga Chriſtum per ſigna exteriora oſtendere ſed potiua in corde ſuo clauſa ſeruare .

**Capitulum** Octauum In quo proponitur a diſcipulo alia admiratio ſpecialiter circa hoc quod non legitur Chriſtū ipſi uirgini glorioſe miſiſſe angelos adannuntiandum ſuā reſurrectionem ſicut miſit mulieribus & diſcipulis ad quod reſpondetur a magiſtro ibidem declaranda aliqua que pertinent ad excellentia fidei beate uirginis .

## Diſcipulus

Sufficiunt michi predicta ad predictam meam admirationem ſecundam ſed adhuc animum meum pulſat unum aliud . Video enim ꝙ Chriſto reſurgente ſuis diſcipulis & ſanctis mulieribus reſurrectionem ſuam per angelos denuntiaſſe Vnde Mathei . xvi Dicite diſcipulis eius & Petro quia precedet uos ⁊c & Math . xxviii . Ite annuntiate fratribus meis ut eant in galileam ibi me uidebunt & huiuſmodi ꝙ uidetur michi maxima admiratione dignum . Nunquid reſurrectio Chriſti potius ſpectabatur a fratribus ꝙ̄ a matre fratribus enim nuntiare mittebat ſuam reſurrectionem non autem matri quam credendum eſt intenſius & ardentius ſuam reſurrectionem ſpectare quam ceteris rationibus iam dictis .

## Magiſter

Si bene conſideras uirgo glorioſa & diſcipuli Chriſti differenter ſpectabant reſurrectionem Chriſti poſt eius paſſionem Ad quod attendere debes ꝙ ſicut in moralibus uirtutibus humilitas habetur ut fūdamētū ut ex ſupradictis ex ſententia Auguſtini patet : ſic in theoloicis uirtutibus . fides eſt proprie earum fundamentum ut habetur ſecunda ſecunde . q . quarta ar . vii . De quibus duobus fūdamētis beata uirgo cōmendata eſt in ſcripturis Vnde de illa hoc dici poteſt illud pſalmi Fundamenta eius in montibus ſanctis Licet enim illa montes ſanctos uirtutum alcius ꝙ̄ cetere creature aſcendit de ſolis tamen fundamentis cōmendatur in ſcriptura ratione ſupra tacta de humilitate enim per illud uerbum Reſpexit humilitatē ancille ut iam ſupra expoſitum eſt de fide autem cōmendatur per illud uerbum Eliçabeth Luce primo capitulo Beata que credidiſti quoniam perficientur in te omnia que dicta ſunt tibi a domino Ex quibus uerbis que Eliçabeth repleta ſpiritu ſancto protulit oſtenditur ꝙ fides uirginis glorioſe tanti meriti fuit ut illa que dicta ſunt ei a domino per angelum uel etiā per intrinſecam reuelationem ſeu inſpirationem in actu proferrentur in ea quodquidem meritum ſi bene conſideretur excedit meritum cuiuſcunꝙ pure creature includitur enim in his que dicta fuerunt beate uirgini ab angelo totū redemptionis humane miſterium ut patet bene intuenti uerba angeli ad mariam dicentē Hic erit magnus & filius altiſſimi uocabitur dabit ei dominus deus ſedem Dauid patris eius & regnabit in domo Iacob ineternum & regni eius non erit finis Luce primo capitulo . Et ultra hoc rationabiliter preſumendum eſt ꝙ etiam alia miſterioſa archana reuelata fuerunt a deo īmediate ipſi uirgini glorioſe preter illa que dicta ſunt ei ab angelo Eliçabeth enim non dixit perficienter in te omnia que dicta ſunt tibi ab angelo : ſed que dicta ſunt tibi a domino. In quo ſatis innuitur quod dictum eſt non tamen ſcriptura facit mentionē expreſſam de his que īmediate fuerunt dicta ſeu inſpirata a deo ipſi uirgini glorioſe : ſed ſolum de his que dicta ſunt ab angelo nimirum . de Paulo legitur ſecūdo Corinthiorum . xii . ꝙ audiuit archana uerba que non licet homini loqui quod non minus ſentiendum eſt de his que reuelata ſunt beate

VNIVERSIDAD DE SALAMANCA
GREDOS USAL

uirgini ĩmediate a deo quando Chriſtum mente & uentre ineffabiliter concepit . Hoc tamen quod dictum eſt de merito fidei beate uirginis ſane intelligendum eſt ſic ſ. non quia beata uirgo per fidem meruit de condigno deum incarnari hoc enim eſt ſupra omne meritum . ſed quia per gratiam fidei & humilitatis ſibi datum meruit ut congrue poſſet eſſe mater dei in quo miſterium humane redemptionis quodãmodo includitur : & iſto modo intelligitur ꝙ eccleſia cantat de ipſa uirgine glorioſa ꝙ meruit Chriſtum portare ſ. de congruo tantum . Ex quibus cum aliis ad hoc pertinentibus conſideratis manifeſte reperies ꝙ ſicut fides beate uirginis fuit ſũma inter omnes fidẽ habentes ut patet per meritum fidei ipſius ſupra dictum ſic fides diſcipulorum Chriſti de eius reſurrectione ante eius aſcenſionem & eorum confirmationem fuit ualde modica . Legitur enĩ Mar . xvi . capitulo de Chriſto in die aſcenſionis Apparuit illis Ieſus & exprobrauit incredulitatem eorum & duritiam cordis quia his qui uiderant eum reſurrexiſſe non crediderunt & Luce . xxiiii . capitulo legitur de quibuſdam diſcipulis eius in die reſurrectionis euntibus in Emaus dixiſſe O ſtulti & tardi corde ad credendũ in omnibus que locuti ſunt prophete ut patet ꝙ protunc diſcipuli non ſolum erant increduli quo ad teſtes qui de Chriſto reſurgente teſtabantur ſed etiam reſpectu ſcripturarum que hoc antea prophetabant Vnde & eorum ſpes de reſurrectione Chriſti debilitata erat ualde . Legitur enim ꝙ predicti duo diſcipuli dicebant Luce capitulo ſupradicto Nos autẽ ſperabamus quia ipſe eſſet redempturus iſrahel . Ex quo patet ꝙ eorum ſpes non erat perfecta ſicut nec fides non ſic credendum eſt de beata uirgine cuius fides tanta fuit ut per eius meritum de congruo omnia perficerentur in ea illa enim tam certa erat de reſurrectione Chriſti per ſuam fidem perfectam ꝙ non oportebat eam certiorari per angelicam annuntiationem nec per mulierum atteſtationem

& ideo rationabile fuit ut ei non mitterentur angeli & multominus mulieres ad denuntiandum ſeu teſtificandum dẽ Chriſti reſurrectione . Nam ut aiunt iuriſte Certus certiorari non debet ſecus autem de apoſtolis qui etiam poſt atteſtationes mulierum & etiam angelicas reuelationes & alia ſigna ſenſibilia & ſcripturarum teſtimonia de incredulitate arguebantur ut patet ex dictis Vnde & de beata uirgine circa reſurrectionem Chriſti proprie dicitur Beati qui me non uiderunt & crediderunt Iohannis . xx . ſicut de apoſtolis illo tempore quodãmodo incredulis poteſt uerificari illud Iohannis quarto capitulo Niſi ſigna & prodigia uideritis non credetis .

**Capitulum** Nonum In quo ponitur a diſcipulo alia admiratio de hoc quod non legitur Chriſtum apparuiſſe in ſua reſurrectione uirgini glorioſe cum tamen de apparitione ad mulieres & diſcipulos fiat plures mentio ad quod in eodem a magiſtro reſpondetur .

## Diſcipulus

Adhuc circa predicta reſtat unũ quod ualde animũ meum pulſat & eſt hoc . Poſito enim ꝙ beate uirgini non fuiſſet neceſſaria ulterius certificatio de reſurrectione Chriſti propter eius perfectam fidem ſecundum quam reſurrectionem Chriſti certiſſime credebat prout docuiſti & uerum eſt cum hoc tamen ſtat quod uiſio Chriſti preſertim in corpore glorioſo fuiſſet ſibi maxime delectabilis ſpiritualiter de ipſis enim apoſtolis quorũ fides & etiam ſpes protunc tepeſcebat ut ſupra per te oſtenſum eſt Legitur Gauiſi ſunt diſcipuli uiſo domino Iohan . xx . capitulo Quanto igitur fortius credendum eſt gauiſam fuiſſe matrem que filiũ ſuum in cruce pendentem cum maximo dolore cordis ipſius penetrante uiderat ſi ipſum in corpore glorioſo reſurgentem uidiſſet non tamen in tota euangeliorum ſerie legitur xpm̃ ſue matri glorioſe poſt reſurrectionem apparuiſſet neqꝫ eam ipſum uidiſſe quod non modica admiratione dignũ extimo

VNIVERSIDAD DE SALAMANCA
GREDOS USAL

preſertim cum premium fidei correſpondens eſt uiſio iuxta
illud pſalmi Sicut audiuimus .ſ. per fidem ita uidimus .
Cum igitur ſecundum te & uerum eſt fides beate uirginis
maxima fuit inter omnes ſanctos ſic etiam ad ipſam per/
tinet Chriſtum uidiſſe tempore reſurectionis in corpore
glorioſo perfectius & altius q̄ ceteris quod tamen non
legitur de qno ualde admirandum .

## Magiſter

Licet uerum eſt ꝙ uiſio beatifica ſuccedit fidei ſicut &
apprehenſio ſpei & fruitio caritati prout doctores tradunt
hoc tamen intelligitur debeatis in ſtatu glorie exiſtentibus
ubi premia ſortiuntur correſponderent ad uirtutum merita
Sed in hoc caſu beata uirgo nec apoſtoli nondum erant
in termino uite glorioſe ſed adhuc in uia . Vnde uiſio Chri/
ſti tempore ſue reſurrectionis non fuit data apoſtolis &
mulieribus & huiuſmodi in premiū ſed potius dabatur eis
ad excitandam eorum fidem ut per eam ulterius mereren/
tur Quequidem uiſio non requirebatur iſto modo ad per/
fectionem uirginis glorioſe que fidem iam perfectam ha/
bebat ut dictum eſt . Quod autem dicis ꝙ talis uiſio licet
non requireretur ei ad fidei excitationem ſeu confirmatio/
nem erat tamen oportuna ad gaudium & conſolationem
ſpiritualem in eam credendam . Ad hoc dicendum ꝙ ſi
talis uiſio ad maxime perfectionem uirginis glorioſe in hac
uita exiſtentis uel etiam ad maiorem ipſius conſolationem
ſpiritualē requirebatur nichil prohibet concedere ꝙ Chri/
ſtus ei apparuit tempore reſurrectionis in corpore glorioſo
ꝙ etiam nonulli aſſerunt ut patet de actore libri qui flos
ſanctorum nominatur qui aſſerit Chriſtum apparuiſſe uir/
gini glorioſe tempore reſurrectionis . Ad quod aliquas
rationes aſſignat nec obſtat ꝙ de hoc nichil in ſacris euan/
geliorum hiſtoriis contineatur dictum eſt enim ſupra ꝙ
multa geſta ad dignitatem uirginis glorioſe pertinentia
fuerūt pretermiſſa in ſacris ſcripturis propter ipſius ſūmam

humilitatem ſecundum quam iſta non placebant publicari
ut iam dictum eſt . Et ſi bene cōſideras tam perfectio fidei
uirginis glorioſe quam imperfectio fidei apoſtolorum &
aliorum qui Chriſtum poſt reſurrectionem uiderunt ad
eccleſie eruditionem ſeu utilitatem proficiunt .

## Capitulum Decimum In quo oſtenditur ꝙ tam per/ fectio fidei uirginis glorioſe circa reſurrectionem Chriſti q̄ etiam imperfectio fidei apoſtolorū circa idem conueniens fuit ad eccleſie utilitatem .

## Diſcipulus

Hoc quod ultimum dicis .ſ. ꝙ tam perfectio fidei uirgi/
nis glorioſe que reſurrectionem perfecte credidit ſine hoc ꝙ
Chriſtum uideret ſenſibiliter nec de hoc haberet angelicas
reuelationes quam imperfectio fidei diſcipulorum qui do/
nec Chriſtum poſt reſurrectionem manifeſte uiderunt non
crediderunt ad eccleſie utilitatem proficiunt hoc per me
conſiderare non ualeo cum enim perfectio & imperfectio
alicuius rei ſe habeant ut oppoſita ſi unum eſt utile alicui
reliquum inutile ſibi per locum ab oppoſitis iudicandum
eſt . Vnde oportet ꝙ ulterius michi aperias conſideratione͂
tuam predictam .

## Magiſter

Ad hoc quod petis ulterius declarandum oportet te at/
tendere ꝙ ſicut manifeſtatio ſpiritus ſancti per gratiam
gratis datarum diuerſitates deus in eccleſia ſua diſpoſuit
aliquas diuerſitates graduum ſeu adminiſtrationum in
hominibus ad ſue eccleſie utilitatem ſic ſuo modo in ma/
nifeſtatione reſurrectionis Chriſti deus diſpoſuit ut uni/
formiter facta eſſet omnibus : ſed diuerſimode ꝙ totum
cedit in eccleſie utilitatem ꝙ ſic patet . Nam de primo .ſ.
de manifeſtatione ſpiritus ſancti apoſtolus dicit prima Co/
rinthiorum . xvii . Vnicuiꝙ autem datur manifeſtatio ſpi/
ritus ad utilitatem .ſ. eccleſie Alii ſermo ſapiētie alii autem
ſermo ſcientie alteri enim fides ⁊c conſequenter etiam de

VNiVERSIDAD DE SALAMANCA
GREDOS.USAL.ES

hoc ibidem dicit quoſdam poſuit deus ·ſ· in eccleſia apo/
ſtolos alios prophetas alios uero doctores & huiuſmodi
quequidem diſtinctiones ſeu diſtributiones utiliores fuerũt
in eccleſia q̃ ſi omnes unius & euiſdem officii eſſent
ſicut & in corpore animali uel humano utile eſt ut mẽbra
ſint diſtincta que diuerſa exerceant officia q̃ ſi tantum unũ
mẽbrum eſſet Vnde apoſtolus per extenſum in predicto
capitulo docet Sic ſuo modo ſentiendum eſt circa manife/
ſtationem Chriſti reſurgentis . Ad quod attendendum ꝙ
ſicut Dyoniſius dicit in libro te . ge . Lex diuinitus inſtituta
talis eſt ut a deo ĩmediate diuina ſuperiobus reuelentur :
quibus mediantibus differantur ad inferiora & loquitur
de his que ſunt ſupra naturam & quia ea que pertinent ad
futuram gloriam naturalem hominum cognitionem exce/
dunt quia quod oculus non uidit preparauit deus diligẽti/
bus ſe yſa . lxiiii . ideo reſurrectio Chriſti non omni po/
pulo manifeſta eſt ſed quibuſdam quorum teſtimonia
differretur in aliorum notitiam iuxta illud Actuum . x .
Dedit eum ·ſ· Chriſtum manifeſtum fieri ·ſ· in reſurrecti/
one non omni populo ſed teſtibus preordinatis a deo .
Vnde reſurrectio Chriſti diſcipulis & mulieribus per an/
gelos reuelata eſt ſicut & alia miſteria diuina leguntur ho/
minibus per angelum ut plurimum reuelari Vnde licet de
maria Magdalena legitur Mar . ultimo Reſurgens do/
minus mane prima ſabbati apparuit primo marie magda/
lene . Ipſa tamen antea habuit reuelationem ab angelo de
dominica reſurrectione Math . xxviii . capitulo . Diſci/
puli etiam non eodem modo habuerunt cognitionem re/
ſurrectionis ut patet de Thoma qui plus aliis dubitauit
Iohannis . xx . capitulo Beata uero uirgo non ab angelis
neq̃ ab hominibus notitiã reſurrectionis legitur habuiſſe
nec etiam per aliqua ſigna ſenſibilia & ſic dicendum eſt ꝙ
notitiam reſurrectionis habuit ĩmediate a deo per ſuam
fidem perfectam a deo infuſam & ſic patet primum ·ſ· ꝙ

Secundum uero patet ·ſ· ꝙ huiuſmodi diuerſitas manife/
ſtationis circa reſurrectionem Chriſti facta eſt conuenienti
modo & etiam ad utilitatem eccleſie . Primum patet ·ſ· ꝙ
hec manifeſtatio facta fuit conuenienti modo . Nam hec
manifeſtatio ·ſ· reſurrectionis Chriſti eſt conformis ad
manifeſtationem ſuam in ſtatu beatitudinis . Nam ad uiſi/
onem beatã cõmuniter peruenitur per auditum fidei ita ad
uiſionem Chriſti reſurgentis peruenerunt homines per ea
que ab angelis prius audierunt . Secundum patet ·ſ· ꝙ
manifeſtatio ſit facta cedit in utilitatem eccleſie . Nam apo/
ſtoli & alii diſcipuli fuerunt a deo ordinati ut eſſent in teſtes
reſurrectionis omni populo ut iam dictum eſt . Conſtat
autem ꝙ teſtes qui leuiter & ſuperficialiter aliquas res ui/
dent magis poſſunt ſuſpicari de leuitate teſtificandi q̃ illi
qui diuerſimode & particulariter ſingula ſcrutantur Vnde
Deutro . xiii . capitulo de quodam facto ꝙ per teſtes erat
ſciendum legitur quere ſollicite & diligenter rei ueritate per/
ſpecta 2c̃ & prima Iohan . primo de apoſtolis geſta Chriſti
teſtificantibus dicitur Quod audiuimus quod uidimus
oculis noſtris quod perſpeximus & manus noſtre contra/
ctauerunt 2c̃ Et ideo ex incredulitate diſcipulorum quam
prius habuerunt teſtimonia eorum poſtq̃ fuerunt confir/
mati efficaciora fuerunt Vnde Auguſtinus dicit ꝙ dubi/
etas Thome magis profecit in teſtificationẽ reſurrectionis
quam credulitas Magdalene que cito credidit Thomas
enim dubitando uulnerũ cicatrices tetigit fuit etiam mani/
feſtatio ſic facta ad utilitatem eccleſie quia ex tarditate diſci/
pulorum incredendo ſecutũ fuit ꝙ Chriſtus aperuit ſenſum
ſcripturarum Luce . xxiiii . capitulo . Ex qua ·ſ· ſenſuum
apertitione ſecutum eſt ꝙ apoſtoli & alii diſcipuli & eorum
ueri ſucceſſores ſcripturarũ ſacrarũ miſteria in ſuis doctrinis
& predicationibus aperuerunt ſeu expoſuerunt .

**Capitulum** Vndecimum In quo oſtenduntur quedã
que ad ordinem manifeſtationis circa reſurrectionẽ Chriſti

UNIVERSIDAD
DE SALAMANCA
GREDOS USAL

pertinent ex quibus concluditur ꝙ ad beatā uirginem non
pertinebat mitti ad reſurrectionem annuntiandam propter
excellentiam ſue dignitatis .

## Diſcipulus

Circa iſta que dicis amplius uellem informari eo ꝙ prima
facie dicta tua non uidentur conſonare his que in ſacra
ſcriptura traduntur & primo in hoc dicis enim ꝙ de lege
diuinitus inſtituta eſt ut a deo que ſunt ſuper naturalia
immediate ſuperioribus reuelentur quibus mediantibus
defferantur ad inferiores quod non uidetur conſonare ſa-
cris euangeliis ut manifeſtatione reſurrectionis Chriſti de
qua nunc agimus . Primo enim fuit manifeſtata reſurre-
ctio mulieribus & per eas poſtea apoſtolis . Conſtat autē
ꝙ mulieres non ſunt dicende apoſtolis ſuperiores . Item
beata uirgo ceteris ſanctis eſt ſuperior Vnde ſi ei īmediate
a deo fuit renelata reſurrectio Chriſti per ſuam fidem per-
fectam ut tu aſſeris ſequeretur ꝙ per eam debuiſſet deferri
manifeſtatio reſurrectionis ad apoſtolos & ceteros quod
tamen nuſq̄ legitur .

## Magiſter

Ad primum dicendum ꝙ reuelatio facta mulieribus de
reſurrectione Chriſti non fuit ad hoc ordinata ut de ea
teſtimonium ferrent publice predicando hoc enim non
conuenit mulieribus iuxta illud prima Corinthiorū . xiiii .
Mulieres in eccleſia taceant ſed eis fuit manifeſtatum re-
ſurrectio ut de ea priuatim & domeſtice apoſtolos inſtrue-
rent ꝙ factum fuit ſecundum Ambroſium ut mulier que
primo initium mortis ad homines detulit prima etiam
uitam reſurgentis Chriſti in gloria nuntiaret in quo ad-
eptum eſt femineum genus ignominie abſolutionem &
maledictionis repudium & in hoc etiam ꝙ mulieribus
primo fuit facta manifeſtatio reſurrectionis quam apoſto-
lis oſtenditur ꝙ quantū ad ſtatum glorie pertinet nullum
detrimētum pacietur ſexus femineus : ſed ſi maiori caritate
feruebunt maiori etiam gloria ex uiſione diuina pacientur :
& ideo mulieres que deum arcius amauerunt intantum ut
ab eius ſepulchro diſcipulis recedētibus non receſſerunt :
primo uiderunt deum in gloriam reſurgentem quamqui-
dem gloriam etiam apoſtolis annuntiauerunt .

## Diſcipulus

Nec reſponſio tua fortificat ſecundam rationem meam
in qua dicebam ꝙ ad beatam uirginem pertinebat ceteris
reſurrectionem ꝙ a deo īmediate per fidem perfectam an-
nuntiare quod ex his que modo dicis amplius oſtēditur hoc
ipſi pertinuiſſe tamen ex hoc ꝙ ad ipſam ſolam pertinet
maledictionem eue datam euacuare . Cantat enim eccleſia
in ympno beate uirginis Quod eua triſtis abſtulit tu red-
dis almo germine tum ex feruentiori caritate quam credi-
tur habere ſuper ceteros non obſtante ꝙ ad ſepulchrum
non accedit rationibus ſupratactis Vnde uidetur ꝙ rati-
ones quas allegas ad ſolutiones primi dubii ſecundum
uidentur fortificare .

## Magſter

Omnes tres rationes tue quibus tibi uidetur ꝙ ad beatā
uirginem pertinuiſſet reſurrectionem dominicā annuntiare
apoſtolis & ceteris ſolui poſſunt per unum medium . Ad
quod ſcire debes quod circa miſſionem angelorum a deo
ad exteriora annuntianda diuerſi diuerſimode opinati ſunt
fuerūt enim quidā dicentes ꝙ angeli ſuperiores ſemper deo
aſſiſtunt : ſic ut ad exteriora nuntianda nunq̄ mittuntur .
Ad quod habent aliquas auctoritates ſcripture & ſanctoꝝ
que hoc uidentur ſonare . Quidam uero dicunt ꝙ omnes
angeli tam ſuperiores q̄ inferiores de communi lege ad
exteriora nuntianda a deo mittuntur . Ad quod etiam
habent auctoritates que hoc uidentur ſonare . Sunt etiam
alii qui uidentur quaſi medii inter predictos . Dicunt enī

VNIVERSIDAD
DE SALAMANCA
GREDOS.USAL.ES

ꝙ angeli inferiores ex officio proprio cõmuniter & frequẽter mittuntur ad huiuſmodi exteriora nuntianda ſed angeli ſuperiores non mittũtur niſi rariſſime & quaſi ex diſpenſatione diuina prout iſta latius tractantur in ſecundo Sententiarum diſtinctione decima quibus conſideratis ad propoſitum dicendum quia beata uirgo tam excellentioris dignitatis eſt ut omnia excedat agmina angelorum tam ſuperiorum q̃ inferiorum. Idcirco non pertinet ad eam mitti ad exteriora nuntianda eſſet enim quodãmodo derogatorium ſue maxime dignitate.

## Diſcipulus

Non modicum miror de tua reſponſione predicta in qua dicis ꝙ ad ſuperiores angelos non pertinet mitti ſeu frequenter mitti propter eorum magnam excellentiam & adhuc ulterius dicit ꝙ eſſet derogatorium dignitati beate uirginis ad exteriora nuntianda mitti quantumcunq̨ enim angeli ſuperiores preemineant dignitatis excellentie & etiã uirgo glorioſa que ſuper omnes angelos eſt nunq̃ adequari poſſunt in excellentia Chriſti filio dei abſit: uidemus tamen cum hoc ꝙ ipſe filius dei miſſus eſt in mundo a deo dicit enim apoſtolus ad Gala. iiii. At ubi uenit plenitudo temporis miſit deus filium ſuum factum ex muliere & ſic in aliis locis quã plurimis quod ergo mirũ eſt ſi ſuperiores angeli ꝙ etiam ipſa uirgo glorioſa a deo mittatur cum dominus eorum legitur mitti & ideo magis uidetur tenendũ cum apoſtolo qui uniuerſaliter de angelis dicit. Nonne omnes ſunt adminiſtratorii ſpiritus in miſterium miſſi Ad hebreos ſecundo capitulo unde ex hoc non habes ꝙ ad uirginem glorioſam non pertinebat mitti ad reſurrectionem Chriſti annuntiandam.

## Magiſter

Hec ratio tua prima facie uidetur aliquid continere ueritatis & etiam magiſter in ſecunda diſtinctione ſupradicta rationem tuam tangere uidetur. Dicit enim ibidem ſic nec debet indignum uideri ſi & ſuperiores mittuntur: cum & ille qui creator eſt & omnium ad hec inferiora deſcenderit hec ille Si tamen differentiam inter finem miſſionis angelorũ & finẽ miſſionis filii dei ſi in ſacris eloquiis ſcrutatus fueris manifeſte reperies ꝙ tua ratio non habet locum. Miſſio enim filii dei ordinata eſt principaliter ad redemptionem totius humani generis quodquidẽ opus excedit capacitatẽ cuiuſcunq̨ pure creature. Nulli enim pure creature cõmunicabilis eſſet redemptio actiua generis humani ſic nec iuſtificatio unius imperii ſingularis quod minus eſt. Vnde eccleſia in collecta dicit Deus qui omnipotentiam tuam parcendo maxime & miſerando manifeſtas Et ideo Auguſtinus dicit ſuper Iohannem quod maius opus eſt ut ex imperio iuſtus fiat q̃ creare celum & terram. Cuius ratio eſt Nam iuſtificatio terminatur ad bonum eternum diuine participationis Creatio enim celi & terre terminatur ad bonum nature mutabilis. Vnde non ſolum ad redẽptionem humanam: ſed etiam ad iuſtificationem imperii oportet mitti diuinam perſonam Vnde apoſtolus cum dixiſſet Miſit deus filium ſuum zc̃ ſtatim ſubiungit ut eos qui ſub lege erant redimeret zc̃. Ex quo manifeſte patet ꝙ miſſio filii dei principaliter ordinata eſt ad redemptionem humanam ad quam non ſuffeciſſet miſſio cuiuſcunq̨ pure creature ſecus eſt de miſſione que ordinatur ad exteriora annuntianda talis enim miſſio non excedit capacitatem angelicam nec etiam humanam. Vnde ratio tua in hoc non uidetur ualere nec etiam magiſter in uerbis allegatis uidetur procedere ſerioſe ſed diſputatiue tantum. Et ideo ratio mea prius dicta ſtat in ſuo ualore. ſ. ꝙ angeli ſuperiores ad exteriora annuntianda non mittuntur niſi forte rariſſime ꝙ conſonat huic ꝙ legitur Danielis ſeptimo Millia millium miniſtrabant ei & decies centena millia aſiſtebant ei. Et ideo de beata uirgine que excedit in dignitate

VNIVERSIDAD DE SALAMANCA
GREDOS.USAL.ES

omnia angelorum agmina conuenienter dicitur ꝙ non debebat mitti ad annunciāda exteriora & ſic ex dictis in hac parte excitare debes deuotionem tuam ad uirginem glorioſam ſupra omnes ſanctos qui in celo ſunt citra xp̄m qui ſanctus ſanctorum eſt .

**Capitulum** Duodecimum In quo oſtenditur ꝙ deuotio cuiuſcunq; fidelis excitari debet ad uirginem glorioſam ſupra omnes ſanctos citra Chriſtum qui ſanctus ſanctorum eſt .

## Diſcipulus

Indica michi queſo quomodo ex predictis colligi poteſt ꝙ deuotio circa uirginem glorioſam excitanda eſt pluſquā ad ceteros ſanctos citra Chriſtum uniuerſitas enim ſanctorum maximam dignitatem ſanctitatis uidetur includere : ſicut & bonum uniuerſis diuinius eſt q̃ bonum alicuius ſingularis ut in primo Ethicorum .

## Magiſter

Si uniuerſitas ſanctorum accipiatur ſimpliciter prout ſonat oportet ꝙ in ipſa includatur non ſolum beata uirgo ſed etiam ipſe Chriſtus qui eſt ſanctus ſanctorum : ſed ſi uniuerſitas ſanctorum intelligatur preter Chriſtum & uirginem glorioſam tenendum uidetur ꝙ ad ipſam uirginem glorioſam deuotio fidelis promptior debet eſſe q̃ ad alios ſanctos preter Chriſtum & ipſam uirginem quod poteſt oſtendi per conſiderationem deuotionis que inter homines eſſe conſueuit . Videmus enim ꝙ homines qui ſunt ſub aliquo ſūmo rege cui regi aliqui principes magni propinquius ſubſunt cōmuniter promptiores ſunt ad obſequia illius principis quem credunt habere duas conditiones . Prima eſt ꝙ dominus ille ſit magis paratus ad audiendum preces ſeu ſupplicationes ſubditorum : ſicut patet de Abſolon qui attraxit cor totius populi ad ſeruiendum ei eo ꝙ informauerat eos ꝙ erat magis paratus ad audiendas ſeu

exaudiendas petitiones quā aliquis alius ex parte Regis ſecundo Regum . xv . capitulo . Secunda eſt ꝙ dominus ille credatur eſſe magis dignus ſeu aptus ad conſequēdum effectus predictarum ſupplicationum ſeu precum apud ſuum Regem predictum quam alii ut patet de Adonia qui uolens conſequi quandam petitionē a Rege Salomone petiuit a matre Regis ꝙ hoc impetraret a Rege dicens . Precor ut dicas Regi neq; enim tibi negare quitquā poteſt tercio Regum ſecundo . Conſtat autem ꝙ uirgo glorioſa potiſſime habet primam conditionem ex ſūma humilitate ſua quam ſupradiximus eſſe heroicam .ſ. diuinam ſecundū quam intelligitur illud Reſpexit humilitatem ancille ſue ut ſupra expoſitū eſt ideo de ipſa inter ceteros credendū eſt ꝙ promptior ſit ad audiēdos clamores ſeu preces pauperum ſua interceſſione indigentium q̃ ceteri ſancti eo ꝙ eius humilitas ut dictum eſt : eſt tanta ꝙ magis accedit ad ſimilitudinem diuine humilitatis de deo autem legitur in pſalmo Quia non expreuit neq; deſpexit clamorem pauperum ſed cum clamarent exaudiuit . Secundam uero cōditionem credendum eſt ipſam potiſſime habere ex ſua fide perfectiſſima ſecundum quam dictum eſt ei Beata que credidiſti &c ut ſupra expoſitum eſt . Conſtat ꝙ per ueram fidem redditur homo dignus ad hoc ut petitiones eius etiam ſi ſint ualde difficiles a deo exaudiantur unde Math . xvii . Si habueritis fidem ſicut granum ſynapis dicetur monti huic tranſi & tranſibit . Fides autē uirginis glorioſe grano ſynapis propriiſſime cōparatur . Nam ſub predictis uerbis euangelii gloſa ſic ait fidem perfectam grano ſynapis comparatur que in facie humilis eſt : & in pectore feruens hec in gloſa . Conſtat autem ex predictis ꝙ cum fides beate uirginis perfectiſſima eſt & coniuncta ſue maxime humilitati ꝙ dei pſius fide proprie debet intelligi illud uerbum euangelii ſupradictum .ſ. Si habueris fidem ſicut granum ſynapis Vnde de illa precipue confidendum eſt ꝙ ualde

VNIVERSIDAD DE SALAMANCA
GREDOS.USAL.ES

grauia & difficilia ſicut eſt montes trāſferre de loco ad locū a deo per fidem quam habuit perfectiſſimam ſue maxime humilitati coniunctam impetrare poſſet preſertim cum etiā ſupra hoc habet erga deum maternam dignitatem propter quam preſūmendum eſt ꝙ ſibi non negauit Chriſtus quē/cunqꝫ ut in auctoritate allegata tercio Regum habetur. Merito igitur mox populi Chriſtiani ad ipſam tanquam ſingulare patronam & aduocatam recurrūt. Ad bonum autem aduocatum pertinet neceſſitates ſue partis circumſpi/cere & in eis etiam non requiſitus prouidere Vnde Bernardus in quodam ſermone de ipſa uirgine glorioſa dicit Quid mirum ſi inuocata eſt que etiam non uocata preſto eſt Et hec cariſſime diſcipule tibi ſufficiant circa predicta in hac diſtinctione.

Diſtinctio Tercia de Scrutinio ſcripturarum circa quedam que ad ſacroſanctum ſacramentum altaris perti/nent quibus fidelium deuotio ad ipſius uenerationem ex/citari debet Et continet quindecim capitula.

In Primo Capitulo proponitur a diſcipulo quedam admiratio circa ſacramentū altaris in quantum eſt uiaticū ſpirituale fidelium in hac uita exiſtentium ſicut olim māna uiaticum fuit patribus indeſertis peregrinantibus ad quam reſpondetur per magiſtrum.

In Capitulo Secundo diſcipulus querit quomodo intelli/gatur refectionem ſpiritualem in hoc ſacramento fieri Ad quod reſpondetur a magiſtro per ſimilitudinem refectionis ſpiritualis ad refectionem corporalem.

In Capitulo Tercio oſtenditur ꝙ effectus huius refecti/onis ſpiritualis quo ad uitam ſpiritualem aſſimulatur effe/ctibus refectionis corporalis quātū ad uitam corporalem.

In Capitulo Quarto oſtenditur ꝙ effectus cibi ſupra celeſtis in ſpiritualibus aſſimilantur effectibus illius cibi celeſtis .ſ. manne in corporalibus.

In Capitulo Quinto ponitur quedam alia admiratio diſcipuli circa ſacramentum altaris quequidem admiratio ab infidelibus & contra fidem noſtram obloquentibus obici ſolet quam admirationem ibidem magiſter ſoluit per quandam diſtinctionem miraculorum quam ibidem oſtendit.

In Capitulo Sexto alterius redditur ratio quare circa hoc ſacramentum non fiunt frequenter uiſibilia miracula ſicut olim fiebant circa archam teſtamenti & huiuſmodi.

In Capitulo Septimo oſtenditur ꝙ ex occultatione ma/ximorum miraculorum que in hoc ſacramento continentur dulcedo ſpiritualis ſeu deuotio in mente debite ſumentium accreſcit.

In Capitulo Octauo oſtenditur ꝙ licet in hoc ſacramēto memoria paſſionis Chriſti celebratur nichilominus dulce/do ſeu delectatio ſpiritualis in recte ipſum ſumente ſentitur

In Capitulo Nono redditur ratio quare repreſentationes cōmuniter ſunt delectabiles & conſequenter oſtenditur ꝙ repreſentationes in hoc ſacramento abſcondite in rite ſum/mente ſunt maxime delectationis ſeu dulcedinis.

In Capitulo Decimo proponitur quedam alia admiratio a diſcipulo circa hoc ſacramentum prout eſt ſacrificium & ibidem ſoluitur a magiſtro.

In Capitulo Vndecimo declaratur ꝙ tripliciter intelligi debet impletio legis per Chriſtum & ꝙ Chriſtus legem impleuit in inſtitutione huius ſacramenti prout eſt ſacra/ficium & ibidem tractatur de triplici cauſa ſacrificiorum antique legis de errore Ra. *Moy*. circa reddendam cau/ſam ſacrificiorum.

In Capitulo Duodecimo oſtenditur ꝙ Chriſtus legem impleuit circa ſacrificium ſecundum triplicem eius cauſam faciēdo ꝙ lex iubet qui eſt primus modus implendi legem.

In Capitulo Tredecimo oſtenditur ꝙ Chriſtus impleuit legem ſacrificiorū antiquorum ſupplēdo quod in eis deerat

VNIVERSIDAD DE SALAMANCA
GREDOS USAL

**Capitulum** Primum In quo ponuntur a diſcipulo quedam argumētationes contra ea que dicta ſunt de deitate Chriſti / & petit diſcipulus earum ſolutiones ad infidelium confutationem .

## Diſcipulus

Firmiter ardens ea que per te michi tradita ſunt circa deitatem Chriſti ſeu meſſie prout ſcripturarum teſtimonia per te iā allegata manifeſte teſtātur Adhuc uellem informari de quodam quod eſt mirabile & de quo īfideles olim ſocios meos audiui murmurare qui etiam hodie de hoc murmurant .ſ. poſito etiam prout ueriſſimum eſt / licet ipſi oppoſitum credant ꝙ Chriſtus in lege promiſſus nō purus homo ſed uerus deus & uerus homo eſt / adhuc illi de quibuſdam locutiōibus a ueris catholicis conceduntur & predicantur de quarum ueritate non dubito Ipſi tamen de hiis ſcandaliçantur & contra eas ſepe oblocuntur / ſic dicentes quomodo illa de ipſo Chriſto dicuntur que nullomodo ad deitatem pertinent ſed ſolum ad humanitatem attribuuntur deo utputa temporaliter naſci & pati & mori ⁊c̄ huiuſmodi Contra quam ueritatem magiſtri eorum multipliciter conſueuerunt arguere Vnomodo ſic Dicunt enim ꝙ ſicut nulla propoſitio eſt uerior quam in qua idem predicatur de ſeipſo ut cum dicitur homo eſt homo Ita nulla propoſitio eſt a ueritate remotior q̃ illa in qua idem negatur de ſeipſo / uel illud quod eſt maxime diſtās & diuerſū predicatur de ſubiecto a quo maxime diſtat & diuerſificatur Sed in iſta propoſitione deus eſt homo predicatum ſignificat rem corruptibilem & temporalem & corpoream que maxime diſtāt ab hoc quod ſignificatur per iſtum terminum deus ergo iſta propoſitio deus eſt homo eſt maxime a ueritate remotior

Preterea dicunt ꝙ fides noſtra aſſerit quedam que ſibi inuicem cōparata ſunt non ſolum maxima admiratiōe digna ſed etiā ſūt talia que nullomodo ab aliquo ſenſato ſūt ſimul conceſſibilia quod ſic declarant Dicunt enim ꝙ in diuinitate ubi eſt tantum unica natura indiuiduā & ſimpliciſſima cum hoc tamen a fidelibus noſtris non conceditur ꝙ una perſona diuina predicetur de alia ut dicendo pater eſt filius & econtra & tamen in Chriſto in quo ſunt nature ſumme diſtantes & diuerſe .ſ. humana & diuina permittitur immo & conceditur ꝙ humana natura poſſit predicari de deo ſaltem in concreto ſicut dicatur ꝙ deus eſt homo Item dicunt ꝙ propoſitio homo eſt deus repugnat manifeſte ueritati ſacre ſcripture ſecundum quam nomen diuinum & ſpecialiter illud quatuor litterarum quod dicitur Thetragramaton de nulla creatura poſſet uerificari Iuxta illud Exodi tercio Hoc eſt nomen ineternum Vbi etiam noſtri doctores dicunt ꝙ illud nomen ſic eſt proprium nomen diuinū quod eſt oīno incōmunicabile alteri Per iſtā autē propoſitionem homo eſt deus manifeſte cōmunicatur nomē dei alteri .ſ. homini & ſic hec propoſitio deus eſt homo uidetur repugnare ſacre ſcripture Item ut dicunt hec propoſitio deus eſt homo uidetur repuguare aliis ſcripturis ſacris In quibus manifeſte oſtenditur ꝙ deus eſt abeterno & nullomodo eius eſſe a tempore incepit Dicitur enim in pſalmo A ſeculo uſqꝫ in ſeculum tu es deus Et ibidem in alio loco Non erit in te deus recens / ſi igitur iſta eſt uera deus eſt homo ſequeretur ꝙ deus incepit eſſe a tēpore / ſicut homo qui de deo predicatur quod uidetur eſſe falſum tanq̃ repugnans ſacrarum ſcripturaꝝ ueritati Per iſta & multa alia ſimilia infideles predictā ueritatem nitūtur impugnare Vnde ſumme deſidero a te informari quomodo poſſem ab iſtis & ſimilibus rationabilius euadere / quodquidem deſiderium reputo eſſe bonum Iuxta illud pſalmiſte Et reſpondebo exprobrantibus michi uerbum .

VNiVERSIDAD DE SALAMANCA
GREDOS.USAL

## Capitulum Secundum In quo oſtenditur ꝙ difficilia fidei prout eſt incarnatio uerbi non pertinet ſcrutari ad eos qui nouiter ad fidem ueniunt.

### Magiſter

Licet deſiderare informationem ueram de hiis que ſunt fidei ad hereticorum ſeu infidelium reſponſionē ſit bonum ſimpliciter / tamen ſecundum quid talis informatio non eſt bona ·ſ· illis qui ad hoc ex ſui temeritate non ſunt ydonei Illi enim qui nouiter ad fidem ueniunt per baptiſmū regenerati & de articulis fidei ſeu ſummarie eruditi non debent ad difficilia & ardua fidei feſtinanter accedere / non enim eſſent ab eis prout decet ſuſceptabilia Nam ſicut pueris nō debent dari cibaria difficilis digeſtionis ad que uires ſui in ſui teneritate non ſufficient digerere / ſic nouiter ad fidem accedentibus difficilia fidei non ſunt proponenda / quam doctrinam habemus a principe apoſtolorum ·ſ· Petro qui in prima ſui epiſtola que canonica dicitur in Secundo capitulo nouiter ad fidem conuerſis ſic alloquitur Quaſi modo geniti infantes lac concupiſcite ·ſ· eruditionem facilioris doctrine Inter omnia enim cibaria quibus animalia utūtur lac eſt facilioris digeſtionis & ideo natura que a deo inſtituta eſt lac diſponit ad nutriendum nouiter generatos / & eadem ratio eſt de generatione ſpirituali & cibo ſpirituali ei competenti ·ſ· ꝙ nouiter geniti non debent uti cibariis ſolidis & duris quantumcunqꝫ ſint bona / ſed tamen leuibus & de facili in nutrimentum conuertibilibus ut eſt lac Nanc etiam doctrinam habemus a doctore gentium ·ſ· Paulo qui huiuſmodi in fide nouiciis Prima ad Corintheos Tercio ſic dicebat Tanq̄ paruulis in Chriſto lac uobis potum dedi non eſcam Perfectis autem & iam ſenſus excitatos in hiis que fidei ſunt habentibus pertinent ardua & difficilia fidei Iuxta poſſe querere & de hiis ſpiritualiter nutriri De quibus ad Hebreos Quinto Perfectorum autem eſt ſolidus cibus Antiqui etiam magiſtri hebreorum ut credo noſtri hac ratione prohibebant ne certi paſſus ſeu capitula ſacre ſcripture ab eis deſignatos In quibus magna miſteria fidei etiam ſecundum eos continentur pluribus exponere nec publice predicare Vnde in propoſito quia argumentationes tue proprie reſpiciunt ad modum benedicte unionis uerbi diuini cū natura humana in Chriſto que ſumma & ineffabilis eſt Idcirco ad te non pertinent ad preſens ſecundum ſtatus tui nouiciatus de hiis tractare Poteris tamen cum deus ampliorem graciam tibi conceſſerit de hiis informari audiendo a peritis magiſtris Tercium ſententiarum ubi de iſtis tractatur ſufficienter & doctores ibi multa magna & ſubtilia tradunt Ex quibus poſſet reſponderi ad tua argumenta & ad multo fortiora plene & perfecte.

### Diſcipulus

Video ꝙ tuū conſilium ſit ſanum & tutum quantum ad me & michi ſimiles ·ſ· de non procedendo feſtinanter ad querendum de altis & profundis in hiis que fidei ſunt preſertim cum hoc ſit de doctrina ſanctorum apoſtolorum quos allegaſti Et forte de hoc intelligitur illud yſaie Viceſimooctauo ubi dicitur Ecce ego ponam in Syon fundamētum ꝛc quod intelligitur ad litteram de Chriſto Et ſequitur ibidem Qui credit non feſtinet ſcilicet non feſtinet ad alta & profunda accedere ſed paulatim in hoc procedat / & licet in aliquibus bibliis latinis habetur Qui credit non confundetur In hebraicis tamen bibliis correctis habetur Qui credit non feſtinet Nichilominus ſi placet ſaltem aliqua principia uellem a te audire ex quibus predicte murmurationes ſolui poſſent ſeu euacuari Quequidem principia cum a te audiuerim & ſi non poſſem ex fragilitate mea illa plene intelligere / abſqꝫ dubio tamen illa credam Paratus enim ſum ſupra ſenſum & intellectum credere illa que a ſanctis doctoribus traduntur.

VNIVERSIDAD DE SALAMANCA
GREDOS.USAL.ES

## Capitulum Tercium In quo ſoluuntur argumen/ tationes predicte.

### Magiſter

Placet michi condeſcendere ad ea que petis preſertim
quia dicis ꝙ paratus es credere ea que traduntur a ſanctis
etiam ſi illa pronunc ad plenum non intelligas Hoc enim
eſt ſanum conſilium a beato Auguſtino qui cuidam dice/
bat Noli intelligere ut credas | ſed crede ut intelligas Ad
euidentiam autem eorum que dicenda ſunt pronunc ad ea
que arguis ſoluenda preſupponenda ſunt aliqua Quorum
Primum eſt ꝙ perſona uel ſuppoſitum alicuius rei aliud
ſignificat q̃ natura ſeu eſſentia ipſius rei Natura enī ſigni/
ficat eſſentiam ſpeciei ſeu quiditatem quam ſignificat diffi/
nitio Perſona uero ſeu ſuppoſitum ſignificat aliquid quaſi
ſubſiſtens In quo includitur ipſa natura ſeu eſſentia cuius
eſt ſuppoſitum ſeu perſona | & quandoqꝫ etiam includuntur
in perſona uel ſuppoſito quedam alia que ſunt preter ratio/
nem ſpeciei Vnde ſuppoſiuum ſignificatur ut totum habēs
naturam ſicut partem formalem & perfectiuam ſui | & hoc
intelligendum eſt in rebus ſubſiſtentibus in quibus inue/
niri poſſet aliquid quod non pertinet ad rationem ſpeciei
utputa accidentia uel principia indiuiduantia naturam |
ſicut manifeſte apparet in hiis que ſunt ex materia & for/
ma compoſita In quibus ſecundum rem differt natura &
ſuppoſitum Vnde in eis natura non predicatur de ſuppo/
ſito non enim dicimus ꝙ album ſit albedo nec etiam ꝙ
homo ſit humanitas In hiis autem in quibus nichil ad/
iunctum inueniri poſſet quod ſit preter rationem nature
nulla neceſſitas eſt diſtinguendi naturam a ſuppoſito ipſius
nature | quodquidem ſuppoſitum & indiuiduum ſubſiſtēs
in illa natura Vnde in deo non eſt aliud ſecundum rem
niſi perſona ſeu ſuppoſitum & natura ſed ſolum ſecundum
rationem intelligendi | quia natura dicitur ſecundum ꝙ eſt

eſſe quoddam Perſona uero dicitur ſecundum ꝙ eſt quod/
dam ſubſiſtens Veritas autem huius preſuppoſiti ex uera
intelligentia terminorum patet intelligenti Secundo pre/
ſupponitur ꝙ omne illud quod ineſt ſeu unitur alicui per/
ſone ſeu ſuppoſito ſiue pertineat ad naturam eius ſiue non
unitur ei in perſona Quodquidem preſuppoſitum patet
ex eo Nam ſuppoſitum ſeu perſona ut dictum eſt ſignifica/
tur ut quoddam totum habens naturam ſicut partem per/
fectiuam & alia que ei inſunt ſeu uniuntur ut quedam
adiacentia unientia ab extrinſico Tercio preſupponitur ꝙ
unio uerbi diuini incarnati non eſt facta in natura Quod/
quidem preſuppoſitum doctores euidenter probant indu/
cendo ad impoſſibile ſi daretur oppoſitum Vnio autem
predicta facta ē ī perſona quod probatur euidēter a docto/
ribus noſtris | quāquidem probationē ad preſens obmitto
Ex quibus preſuppoſito ueritate fidei ſequitur ꝙ unio uer/
bi diuini incarnati eſt facta in perſona | ſic ꝙ una & eadem
perſona que ſubſiſtit in natura diuina eternaliter ſubſiſtit
etiam per ipſam unionem in natura humana a uerbo aſ/
ſumptam ſecundum quam licet in Chriſto ſunt due nature
diſtantes & diuerſe | non tamen in Chriſto eſt niſi tantum
una perſona & unum ſuppoſitum diuinum in utraqꝫ natu/
ra ſubſiſtens Conſequentia patet Nam ſi humana natura
uerbo diuino non unitur in perſona : nullomodo unitur :
cum iam preſuppoſitum eſt ꝙ in natura nō eſt unio facta :
& ſic fides incarnationis periret | quod eſſet contra omnia
teſtimonia ſcripturarum que ſupra ſunt allegata Ex qui/
bus diuinitas Chriſti comprobata eſt Quibus preſuppo/
ſitis ad tua argumenta ſic dicendum eſt Ad primum enim
dicendum ꝙ quando due forme ſeu nature quantumcunqꝫ
ſint diſtantes & diuerſe poſſunt tamen in uno ſuppoſito
conuenire | non eſt inconueniens unum predicare de alio
ſed talis predicatio poteſt eſſe coutingens uel naturalis ſicut
cum dico album eſt muſicum Vnde q̃uis natura humana

& diuina ſint maxime diſtantia per incarnationis tamen miſterium conueniunt in uno preſuppoſito ut dictum eſt cui neutra illarum naturarum eſt per accidens ſed ſecundum ſe Vnde hec propoſitio Deus eſt homo non eſt in materia remota ſeu contingenti ſed in materia naturali Predicatur enim homo de deo per ſe ſicut de ſua ypoſtaſi non tamen ratione nature ſignificate per hoc nomen deus ſed ratione ſuppoſiti quod eſt ſuppoſitum humane nature Ad Secundum autem dicendum ꝙ in miſterio trinitatis perſone diuine conueniunt in natura / diſtinguuntur tamen in perſonis ſeu ſuppoſitis / & ideo non predicantur de ſeinuicem In miſterio autem incarnationis eſt oppoſitum Nam nature ſunt diuerſe perſona ſeu ypoſtaſis eſt unica / & ideo nature que diſtincte ſunt non predicantur de ſeinuicem prout ſignificantur in abſtracto Non enim eſt uerum dicere ꝙ natura diuina eſt humana / ſed quia hec due nature conueniunt in ſuppoſito predicantur de ſeinuicem in concrero tantum / & ſic ueꝝ eſt ꝙ deus eſt homo Ad Tercium dicendum ꝙ in hoc quod nomen dei incōmunicabile attribuimus nomen diuinum Chriſto homini ſecundū ſuppoſitum eternum quod per unionē uerbi eſt etiam ſuppoſitum humane nature ut dictum eſt Ad Quartū dicendū ꝙ licet humana natura in Chriſto ſit quoddā recēs / ſuppoſitū autē humane nature in ipſo Chriſto nō eſt recens ſed eternū / & quia hoc nomē deus nō predicatur de homīe ratīoe humane nature ſed ratīoe ſuppoſiti eterni Ideo nō ſeqtur ꝙ ī hoc habeamus ſeu cōcedamus deū recentē Et attende in hiis & ſimilibus ꝙ ex uniōe uerbi cū natura humana in ſuppoſito diuino facta ſeqtur ꝙ ea que de deo proprie dicūtur poſſūt dici de homīe illo cuius natura humana aſſumpta eſt ī unitate ſuppoſiti Similiter & illa que dicuntur de illo ſuppoſito ratione nature aſſumpte poſſunt etiam dici de deo / quia ex unione uerbi modo ſupradicto facta cōmunicantur ydiomata utriuſꝗ nature in eodem ſuppoſito .

## Capitulum Quartum In quo oſtenditur ꝙ per ſcrutinium ſcripturarum cōmunicatio ydiomatum dei & hominis in Chriſto ſufficienter comprobatur .

### Diſcipulus

Omnia per te dicta credo eſſe fideliſſima & uera licet ad preſens non me ſentio tam ydoneum ꝙ illa plene intelligā deſidero tamen habere aliquam ſacram auctoritatem per quam cōmunicatio ydiomatum per te dicta approbetur / ꝙ ſolum deſidero ad infidelium confutationem .

### Magiſter

Hoc quod queris habes euidenter in proxima diſtinctiōe precedenti In qua de ſcrutinio ſcripturarum circa deitatem Chriſti tractatur Fuit enim ibi per plures auctoritates oſtenſum ꝙ ſacra ſcriptura de uno & eodem affirmat quedam que ſoli deo pertinent & quedam alia que non pertinent ad hominem Ex quibus auctoritatibus manifeſte habes cōmunicationem ydiomatum ſupradictam in Chriſto ſeu meſſia promiſſo .

### Diſcipulus

Repete michi rogo aliquas ex dictis auctoritatibus ex arduitate ſeu magnitudine miſterii de quo tractatur tam intellectus meus quam memoria mea conturbantur Legitur enim Danielis Decimo ꝙ ex uiſione angelica Danieli facta dicebat Vidi uiſionem grandem & non remanſit in me fortitudo ſed & ſpes mea mutata eſt in me & emarcui nec habui quicꝗ uirium Vnde ni mirum ſi non habebam in memoria omnia que michi tradidiſti / & ideo peto ut ſaltem duas uel tres auctoritates de predictis memorie mee reducas in quibus ſupradictis communicatio ydiomatum oſtendatur .

### Magiſter

In pſalmo illo qui incipit Eructauit cor meum uerbum

VNIVERSIDAD DE SALAMANCA
GREDOS.USAL.ES

bonum Agitur de Chriſto prout ſupra dictum eſt Pſalmiſta dirigens uerba ſua ad ipſum Chriſtum dicit Sedes tua deus in ſeculum ſeculi | quod eſt ydioma pertinens ſoli deo | cui Chriſto in eodem contextu dicit Vnxit te deus deus tuus oleo leticie pre conſortibus tuis | ꝙ eſt ydioma pertinens homini | unde ex iſta auctoritate habes ydiomatum cõmunicationem per me dictam Item Ieremie Viceſimotercio loquens de ipſo Chriſto Propheta in perſona dei dicit Suſcitabo germen iuſtum | quod proprium eſt humanitatis Et ibidem de eodem ſequitur Hoc eſt nomen quo uocabunt eũ dominus iuſtus noſter In quo loco ubi habemus Dominus habetur in hebraico nomen domini Thetragramaton quod ſolius dei eſt proprium | & ſic ex hac auctoritate habes predictam cõmunicationem Item çacharie Duodecimo dicitur in perſona dei Effundam ſuper domum Iuda ſpiritum gracie | quod ad ſolum deum pertinet Et ibidem de ſeipſo ipſe deus effundens graciam dicit Aſpicient in me quem confixerunt | quod ſolum pertinet ad humanam naturam | & ſic habes intentum Similiter ex aliis auctoritatibus ſupra allegatis ad probandum diuinitatem Chriſti ſi eas diligenter ſcrutatus fueris hoc reperies manifeſte Et iſta tibi debent ſufficere ad preſens .

**Capitulum** Quintum In quo oſtenditur ꝙ non licebat iudeis docere plures homines | nec predicare de certis capitulis ueteris teſtamenti In quibus miſterium ſancte trinitatis & incarnationis uerbi continentur .

## Diſcipulus

Sufficiunt michi predicta in hoc propoſito | ſed quia audiueram a te ſupra ꝙ iudei pro occultatione miſterii ſancte trinitatis & incarnationis uerbi diuini prohibebant aliqua loca ſeu capitula ſacre ſcripture publice doceri ſecreta uel de eis predicari Idcirco peto ut hec michi amplius declares .

## Magiſter

Duo ſunt capitula in ueteri teſtamento quorum predicatio publica omnino prohibebatur in doctrinis talmudicis | nec ſolum hoc : ſed etiam dicere ea que in eis continentur : pluribus diſcipulis erat inter eos prohibitum Itaqꝫ non erat eis licitum docere de ſecretis illorum capitulorum | niſi uni magiſtro unum diſcipulum diſcretum & ydoneum uel duos tantum Quorumquidem capitulorum unum eſt Geneſis Primo Aliud eſt Eçechielis Primo Quequidem prohibitio habetur in Talmud libro qui dicitur Huguiga in capitulo qui incipit Endorſin quod ſignificat non docebunt Quãquidem doctrinam ſequuntur omnes poſteriores ut patet per Rabbi Moyſen in Primo ſui Deutronomii in titulo de fundamentis legis capitulo Secundo particula ultima Idẽ de eodem in libro de directiõe perplexorum patet preterea in multis capitulis Ratio autem quare iſta occultabant aſſignatur ab omnibus generaliter talis ·ſ· quia in illis capitulis cõtinebãtur alta & magna miſteria fidei que & qualia ſicut illa nullus plene declarabat nec concorditer in hiis ſe habebant ſed ſub uelamine & obſcure ea tradebant ſicut prefiguratum eſt per Moyſen qui uelamine poſito ante faciem ſuam populo apparebat Tempore autem gracie quãdo reuelata facie magiſter noſter Chriſtus ueritatem fidei ad ſalutem neceſſariam diſcipulos docuit quam ipſi etiam in populis predicauerunt predicta que antiquitus occultabantur in lucem ueritatis palam produxerunt Circa quod debes ſcire ꝙ in capitulo Primo Geneſis miſterium ſancte trinitatis continetur Cum enim dicitur In principio creauit deus ꝛc uſqꝫ ibi Et ſpiritus domini ferebatur ſuper aquas | tres perſone diuine deſignantur prout ſupra diſtinctione Nona dictum fuit Et in eodem circa finem idem habetur Dicitur enim ibi Faciamus hominem ad ymaginem & ſimilitudinem noſtram Vbi pluralitas in diuinis manifeſte

oſtenditur Nō enim dixit Faciam hominem ſed Faciamus
Similiter in hoc ꝙ dicit Ad ymaginem noſtram / manifeſte
habetur ꝙ in homine eſt ymago dei creata que ſummam
trinitatem per modum ymaginis repreſentat Vnde quia
iſtud miſterium in hoc capitulo incluſum non erat antiquis
explicite declarandum Idcirco prohibebatur eius declaratio
unde dictum eſt In capitulo autem primo Ezechielis mi-
ſterium incarnationis continetur ſpecialiter in hoc ꝙ dicit
ꝙ q̄ſi ſimilitudo hominis erat ſupra tronū poſitū ſuper ani-
malia & rotas In quo deſignatur ꝙ homo habebat poſſi-
dere toti uniuerſo tāquam deus prout iam ſupra fuit dictū
diſtinctiōe Decima Quodquidem miſterium non erat tra-
dendum explicite antiquis ſicut nec primum & ideo preci-
piebatur ne de hoc capitulo predicarent ſeu docerent mul-
titudinem .

## Capitulum

Sextum In quo redditur ratio quare an-
tiquis predicta miſteria non explicite ſed implicite trade-
bantur Et ibidem ponitur a diſcipulo quoddam exordium
ad ea que ſunt in hac parte ulterius tractanda .

## Diſcipulus

Licet uerum eſt & ſic credo ꝙ iſta duo in predictis capi-
tulis cōtinentur tamen uellem habere rationem occultatiōis
Cum enim iſta explicite credenda ſunt de neceſſitate ſalutis
mirum eſt quare nō iſta antiquis explicite tradebantur / nō
enim uidetur dicendum ꝙ hoc fiebat propter duriciam
cordis eorum ne forte propter altitudinem miſteriorum ea
nō crederent / q̄a legitur ꝙ deus expreſſe mandabat annū-
ciari ueritatem etiam eis qui nō erant diſpoſiti ad credendū
Legitur enim Ezechielis Tercio & dices ad eos Hec dicit
dominus deus Qui audit audiat & qui quieſcit quieſcat
quia dominus exaſperans eſt / ubi in hoc quod dicitur Qui
quieſcit quieſcat Intelligitur ſecūdum hebraicam ueritatem
ac ſi diceret Qui noluerit credere non credat Vnde ſcire

deſidero quare non ſic fuit factum in hiis que ſunt fidei de
neceſſitate credenda .ſ. ut proponerētur explicite populo an-
tiquo licet ex duricia cordis eorum multi non crederent .

## Magiſter

Nec miſteria rationabiliter prohibebantur dici explicite
antiquis preſertim uulgaribus Populus enī ille pronus erat
ad credendum multitudinem deorum Et ideo Deutro . iiii .
monebat eos Moyſes dicens Scias quoniam dominus ipſe
eſt deus & non eſt alius preter eum Et infra Scito ergo ho-
die & cogita in corde tuo quia dn̄s ipſe eſt in celo ſurſum &
in terra deorſum & non ſit alius / ꝙ ſepe eis iſta dicebat ut
auerteret eos ne declinarent ad credendū multitudinē deoꝝ
ad quod erant proni Similiter proni erant ex ſua ruditate &
intellectus ībecillitate ad credendum corporeitatem eſſe in
deo Rudes enim & intellectu ībecilles non percipiunt enti-
tatem eſſe niſi in rebus corporalibus ratione populus ille
ſumpta modica occaſione ex moroſitate Moyſi in mōte fe-
cerunt uitulum in oreb quem adorauerunt & ei ſacrificaue-
runt dicētes Hi ſunt dii tui Iſrahel q̄ te aſcendere fecerūt de
terra egipti Exodi Triceſimoſecundo Ideo eos monebat
Moyſes capitulo ſupradicto dicens Cuſtodite ſolicite ani-
mas ueſtras quoniam non uidiſtis omnem ſimilitudinem
in die qua locutus ē dominus uobis ī oreb de medio ignis
ne forte decepti faciatis uobis ſculptam ſimilitudinem ⁊c̄
Vnde ſi tali populo explicite traditū fuiſſet miſteriū ſancte
trinitatis faciliter laberetur ī errorem credendi multos eſſe
deos qui eſſet error ualde periculoſus Similiter ſi eis fuiſſet
traditum miſterium incarnatiōis ubi faciliter fuiſſent lapſi
in errorē ponendi in diuinitate corporeitatē quod nephas
eſt Vnde patet ratio quare iſta miſteria fuerunt eis tradita
implicite ut docti eorum qui ſane intelligebant ſcripturas
poſſent ea habere plene quantum eis dicebat Simplices
autē & rudes haberent de eis ſolum implicitā cognitionem

VNIVERSIDAD
DE SALAMANCA
GREDOS.USAL.ES

que ſufficiebat eis ad ſalutem ſecundũ quam nõ laberentur in errores ſupradictos .

## Diſcipulus

Sufficit michi ratio predicta ad hoc quod querebam / decetero autem uellem ut me illuminares de quibuſdam in corde meo quaſi propleumata quãdoq; uerſantur que licet dubitationem in me non cauſant circa ea que fidei ſunt Abſit Tamen inducunt deſiderium ſciendi rationem eoꝝ Iuxta illud Pſalmiſte Mirabilia teſtimonia tua domine ideo ſcrutata eſt anima mea Ex quo ſcrutinio Pſalmiſta deſiderabat declarationem Et intellectum dat paruulis cõpetentem Vnde ſubdit Declaratio ſermonum tuoꝝ illuminat & intellectum dat paruulis eo enim ꝙ teſtimonia fidei ſunt credidilia nimis / ut alibi dicit / & etiam ſunt mirabilia quia de multis que ad ea pertinent neſcit homo ſimplex & quaſi nouicius reddere rationem Idcirco fidelis ſcrutatur multa circa rationem eorum que ad fidem pertinent Non ut dubitet Abſit Sed ut deuotius atq; tenatius fidẽ teneat In quibus propleumatibus per me tibi proponendis non intẽdo ſcrutare aliquem ordinem artificialem ſed tãtum ea proponere prout in corde meo uerſantur ut ex declaratiõibus tuis aſcenſiones deuote in corde meo deo auxiliante producantur ſeu concreſcant .

**Diſtinctio** Secunda De ſcrutinio ſcripturarum circa quedam que pertinent ad excellentiam uirginis glorioſe Et continet Duodecim capitula .

In capitulo Primo preponuntur a diſcipulo tres admirationes circa ea que de uirgine glorioſa in ſcripturis ſacris uidentur obmitti ad ipſius excellentiam pertinentia .

In capitulo Secundo magiſter premittit quedam preambula ad predictas admirationes tollendas Et ibi declarat ꝙ uirtutes beate uirginis ſpecialiter ipſius humilitas conſideranda eſt ſumma ſcilicet heroica .

In Capitulo Tercio Diſcipulus arguit contra quedam que in precedenti capitulo a magiſtro fuerunt tradita / ad que in eodem magiſter reſpondit Et tollit primam admirationem .

In Cap . Quarto Diſcipulus repetit ſecundã ſuam admirationem ad quam magiſter in eodem reſpondit eam ſoluens In quo capitulo quedam declarantur pertinentia ad genealogiam Chriſti Mathei primo contentam .

In Capitulo Quinto Diſcipulus repetit ſuam terciam admirationem ad quam magiſter ibi reſpondit .

In Capitulo Sexto Diſcipulus replicat contra reſponſionem magiſtri ad quod magiſter ſufficit & reſpondit concludens ex ſupradictis ꝙ magnam deuotionem oportet ut habeant fideles circa uirginem glorioſam .

In Septimo Capitulo Diſcipulus ponit quandam aliam admirationem que ſibi uidetur circa hoc ꝙ non legitur ipſam uiſitaſſe ſepulchrum Chriſti ſicut de mulieribus & quibuſdam apoſtolis legitur / ad quod ibidem a magiſtro reſpondetur .

In Octauo Capitulo proponitur a diſcipulo alia admiratio ſpecialiter circa hoc / ꝙ non legitur Chriſtum ipſi uirgini glorioſe miſiſſe angelos ad annunciandum ſuam reſurrectionem ſicut miſit mulieribus & diſcipulis Ad quod reſpondetur a magiſtro ibidem declaranda aliqua que pertinent ad excellentiam fidei beate uirginis .

In Nono Capitulo ponitur a diſcipulo alia admiratio de hoc ꝙ non legitur Chriſtum apparuiſſe in ſua reſurrectione uirgini glorioſe Cum tamen de apparitione ad mulieres & diſcipulos fiat plures mentio Ad quod in eodem a magiſtro reſpondetur .

In Capitulo Decimo oſtenditur ꝙ tam perfectio fidei uirginis glorioſe circa reſurrectionem Chriſti quam etiam imperfectio fidei apoſtolorum circa idem conueniens fuit ad eccleſie utilitatem .

VNIVERSIDAD DE SALAMANCA
GREDOS USAL

In Capitulo Vndecimo oſtenduntur quedam que ad ordinem manifeſtationis circa reſurrectionem Chriſti pertinent Ex quibus concluditur ꝙ ad beatam uirginem non pertinebat mitti ad reſurrectionem annunciandam Chriſti excellentiam ſue dignitatis.

In Capitulo Duodecimo oſtenditur ꝙ deuotio cuiuſcunqꝫ fidelis excitari debet ad uirginem glorioſam ſuper omnes ſanctos citra Chriſtum qui ſanctus ſanctorum eſt.

**Capitulum** Primum In quo proponuntur a diſcipulo tres admirationes circa ea que de uirgine glorioſa in ſcripturis ſacris uidentur obmitti ad ipſius excellentiam pertinentia.

## Magiſter

Placet michi ꝙ ea que in corde tuo uerſantur ut probleumata de quibus miraris eo ꝙ effectum cognoſcis cauſas tamen ignoras michi proponas ut tibi reſpondeam prout potero auxilio opitulante diuino.

## Diſcipulus

Quia ut noſti ſecundum philoſophum in ſecundo metaphiſice Philoſophari incipit ab admirari Idcirco ego tanq̄ incipiens ab altiſſimo peto cum Pſalmiſta Reuela oculos meos & conſiderabo mirabilia de lege tua Per que quidem mirabilia a me conſiderata anima mea ad ea ſcrutandum inducatur Iuxta illud quod ſupra dicebam Mirabilia teſtimonia tua Ideo ſcrutata eſt anima mea Per quod ſcrutinium declarationem ſermonum dei & illuminationem intellectus mei & paruulorum mei ſimilium domino dirigente ſpecto Subdit enim Pſalmiſta Declaratio ſermonum tuorum illuminat & intellectum dat paruulis Circa quod Primo occurrit michi conſiderandum de ſcrutinio ſcripturarum de quibuſdam que ad beatam pertinent uirginem ut ſicut ab illa beatiſſima ſalus noſtra exordium ſumſit / ſic ab eadem pars iſta tractatus noſtri inicium ſumat Circa quod occurrit michi quedam non modica admiratio que talis eſt Quomodo ſacra ſcriptura que conſueuit ſanctos excellentiſſimos commendare & eorum geſta & uirtutes narrare ut patet de Abraham Geneſis Decimooctauo & Viceſimoſexto & de Moyſe Numeri Duodecimo & ſic de quibuſdam aliis excellentibus ſanctis De beata tamen uirgine que excellentior tamen ceteris fuit non leguntur in nouo teſtamento alique commendationes ſimiles nec narrantur eius uirtutes ſeu aliqua propria geſta quaſquidem uirtutes credendum eſt fuiſſe maximas que in nouo teſtamento precipue uidentur debuiſſe narrari In Euangelio enim legimus conceptionem Iohannis baptiſte & eius natiuitatem ſimiliter & de eius uita uirtuoſa & morte De beata uero uirgine que excellentior Iohanne fuit nichil horum in euangelio legitur nec in epiſtolis nec in actibus apoſtolorum In quorum tamen tempore ipſis apoſtolis preſentibus prout in eccleſia legitur aſſumpta eſt Non ergo modica admiratione dignum uidetur ꝙ in toto nouo teſtamento de predictis geſtis beate uirginis ſcilicet conceptione natiuitate & aſſumptione nulla mentio fiat ſed omnia pretermittantur cum tamen de Baptiſta ſingula predicta expreſſe in euangelio narrantur Ex qua pretermiſſione contingit ꝙ in officio aſſumptionis ſue que eſt potiſſima ipſius feſtiuitas legitur cōmuniter in eccleſia euangelium illud Intrauit Ieſus in quoddam caſtellum ꝛc̄ In quo euangelio nichil agitur de ipſa uirgine glorioſa ut eſt manifeſtum Hyſtorialia etiam que in iſta feſtiuitate leguntur omnia ſunt ypocrita extra canonem biblie contenta uel non ſibi propria ut cum legitur illud Eccleſiaſtici Viceſimoquarto In omnibus requiem queſiui ꝛc̄ que proprie intelligitur de ſapientia increata non autem de beata uirgine Vnde talia licet non ſibi propria in ſuis feſtiuitatibus leguntur eo ꝙ in ipſo canone talia de uita ſua nec de ipſius miraculis & geſtis non continentur quod

VNIVERSIDAD DE SALAMANCA
GREDOS.USAL.ES

apud me uertitur in magnam admirationem Preterea cum
Lucas narrat miſſionem angeli ad ipſam dicens Miſſus eſt
angelus Gabriel a deo ꝛc̄ teſtatur euāgeliſta de Ioſeph quod
erat de genere Dauid dicit Miſſus eſt Gabriel a deo ꝛc̄
ad uirginem deſponſatam uiro cui nomen Ioſeph de do/
mo Dauid & nomen uirginis Maria Vnde ex predicto
contextu habemus ꝙ Ioſeph erat de genere Dauid / non
tamen ex littera euangelii habetur ꝙ Maria eſſet de genere
Dauid Quequidem narratio duplicem in me cauſat admi/
rationem Quarum una eſt Cum enim eſſe de domo Dauid
dicat aliquid pertinens ad excellentiam Cum domus Da/
uid eſt domus regia a deo ſingulariter inter omnes regias
dignitates approbata & in ſcripturis ualde commendata
De qua domo ſecundum ueritatem fidei ipſa uirgo glorioſa
fuit Quare ergo euangeliſta non expreſſit de Maria ꝙ eſſet
de domo Dauid & tamen hoc dixit de Ioſeph Secunda uero
admiratio que in hoc loco michi occurrit & primam con/
firmat eſt talis Nam ꝙ Ioſeph eſſet de domo Dauid uel nō
hoc nichil facit ad genealogiam Chriſti Non enī Chriſtus
deſcendit de Ioſeph Abſit Sed de Maria uirgine Cur ergo
euangeliſta fecit mentionem expreſſam de Ioſeph in hoc ꝙ
deſcenderet ſecundum originem a Dauid & tamen nullam
fecit mentionem de qua domo eſſet beata uirgo in quo con/
ſiſtebat fundamentum totius genealogie Chriſti a Dauid
deſcendentis Preterea inter precepta decalogi preceptum de
honoratione parentum eſt primum & precipuum in ſecun/
da tabula in qua dantur precepta que ordinant hominem
ad proximum Chriſtus autem qui totam legem impleuit
non legitur honoraſſe matrem ſpecialiter in ſuis colloquiis
Nuſq̄ enim legitur eam uocaſſe matrem quod eſt nomen
maxime dignitatis ad feminam pertinentis ſpecialiter re/
ſpectu tanti filii ·ſ· Chriſti ꝙ tamen uere ſic potuiſſet eam
uocare Sed ſolum legitur eam uocaſſe mulierem quod eſt
nomen commune ad totum ſexum femineum humani

generis Legitur enim Iohannis Secundo capitulo Quid
michi & tibi eſt mulier Et Iohannis Decimonono Mulier
ecce filius tuus Ex quibus patet ꝙ dignitatem maternitatis
Chriſti que ſumma dignitas que ad mulieres poſſet perti/
nere eſt Chriſtus ſubticuit & matri alloquens ſolam eam
mulierem tantummodo uocabat Quid ergo magis miran/
dum q̄ Chriſtus qui ueriſſime uirginem glorioſam matrem
uocando ſumme honoraſſet hanc ſingularem excellentiam
ſubticendo tantummodo mulierem eam uocat quod nomē
non ſolum bonis mulieribus conuenit ſed etiam aliis qui/
buſcunq; Quid ergo dicendum Nunquid Chriſtus ali/
quid obmiſit de pertinentibus ad parentum honorem
Abſit Vnde circa predicta illuminationem & intellectum
paruulis competentem deſidero .

## Capitulum Secundum In quo magiſter premittit quedam preambula ad predictas admirationes tollendas Et ibi declarat ꝙ uirtutes beate uirginis ſpecialiter ipſius humilitas conſideranda eſt ſumma ·ſ· heroica .

### Magiſter

Gaudeo ualde ꝙ in tuis probleumatibus a beata uirgi/
ne tuum ſcrutinium inicium ſumſit de cuius miſericordia
confido ꝙ ipſa intercedente in tua illuminatione & deuo/
tione proficies De ipſa enim poteſt intelligi illud Prouer/
biorum Secundo Si queſieris eam tanq̄ pecuniam & tanq̄
theçauros eam ſcrutatus fueris tunc intelliges timorem
domini ꝛc̄ Ad declarationem autem eorum de quibus ad/
miraris quedam ſunt premittenda Quorum unum eſt ꝙ
humilitas licet non uideatur numerari a philoſophis inter
uirtutes morales nec intellectuales In ſacra ſcriptura tamen
& in dictis ſanctorum doctorum humilitas tanq̄ magna
uirtus cōmendatur intantum ꝙ dicitur eſſe fundamentum
omnium uirtutum Vnde Auguſtinus in libro de uerbis
domini dicit Si cogitas magnam fabricam conſtruere

UNIVERSIDAD DE SALAMANCA
GREDOS.USAL.ES

celſitudinis | de fundamento prius cogita humilitatis Con-
ſtat autem ꝙ fundamentum eſt de primis & principaliori-
bus partibus edificii corporalis | & ſic patet ꝙ humilitas
debet cenſeri de principalibus edificii ſpiritualis ſcilicet uir-
tutum partibus Et inde eſt ꝙ ſicut natura ſecundum Boe-
cium in libro de                ſumit inicium a perfectis ſic
ſentiendum eſt de gracia que naturam perficit Scrutando
enim ſacram ſcripturam reperimus ꝙ in uiris in quibus
aliqua excellentia ſanctitatis ſumit exordium in eis ſpecia-
liter fit mentio de eorum magna humilitate De Abraham
qui primus in publicatione fidei legitur fuiſſe Similiter in
ſuſceptione ſignaculi fidei ut habetur Geneſis Duodecimo
Et Decimoſeptimo capitulo legitur de ſeipſo deo dixiſſe
Cum ſim puluis & cinis | que uerba magnam inſinuant
humilitatem Non enim ſe aſſimulauit animalibus brutis
nec plantis ſed pulueri & cineri que ſuut uiliſſima Similiter
& de Moyſe qui ſolus fuit in ueteri teſtamento legitur
Erat enim Moyſes uir mitiſſimus ſuper omnes homines
qui morabantur in terra Numeri Duodecimo In quo eius
mititidas ſeu humilitas prefertur humilitati aliorum quo-
rumcunqꝫ in ſeculo illo exiſtentium De Dauid etiam fuit
repromiſſio Chriſti de ſemine ſuo uenturi legitur deo dixiſſe
Quis ego ſum domine deus meus aut que domus mea
quia adduxiſti me hucuſqꝫ Secundo Regum Septimo In
quibus uerbis notatur magna humilitas ipſius Dauid
qui etiam poſtquam accepiſſet a deo regnum quod iam
pacifice poſſidebat & multa & magna bella & de omnibus
aduerſariis & uicinis regibus triumphum habuiſſet Cum
hiis tamen aliis magnis proſperitatibus non ſolum ſeip-
ſum ſed etiam totam domum uilificabat dicendo Quis
ego ſum & que domus mea zc̈ quaſi diceret nichil ſum &
domus mea quod ad magnam humilitatem pertinet Nam
ut ait Bernhardus Non eſt magnum eſſe humilem in
abiectioné magna prorſus & rara uirtus eſt humilitas

honorata In nouo autem teſtamento redemptor & ma-
giſter noſter Chriſtus a quo omnis gracia & uirtus de-
riuatur ſuis diſcipulis dicebat Diſcite a me quia mitis
ſum & humilis corde Mathei Vndecimo Rationabile igi-
tur eſt ꝙ in beata uirgine que Chriſtum plenum gracia
& ueritate concipere meruit uirtus humilitatis precipue
uiguiſſet Et ideo in cantico proprio dicebat Quia reſpexit
humilitatem ancille ſue Circa quod notandum ꝙ ſolum
de humilitate ſua fecit mentionem que eſt fundamentum
uirtutum ut dictum eſt non autem de uirtutibus aliis
edificatis ſuper huiuſmodi fundamentum licet omnes ple-
ne habuiſſet que gracia plena per angelum teſtatur fuiſſe
Ratio autem quare de aliis uirtutibus non fecit mentio-
nem niſi de ſola humilitate talis eſt Nam ad uirtutem
humilitatis proprie pertinet non magna de ſeipſo ſentire
ſed credere & pronunciare ſe omnibus uiliorem prout in
gradibus humilitatis in regula beati Benedicti contentis
habetur Vnde de hoc ꝙ beata uirgo profitebatur ſe ha-
bere humilitatem non ſequitur ꝙ haberet uirtutes ſed ſo-
lum fundamentum uirtutum quaſi diceret ſolam capacita-
tem habeo ad uirtutes ſuper edificandas etiam ſi ſuperiora
edificia uirtutum in me non aſſint Et notandum ꝙ uir-
tutes beate uirginis conſiderande ſunt eſſe heroice ſcilicet
quaſi diuine de quibus philoſophus tractat in Septimo
Ethicorum Ad cuius declarationem attende ꝙ ſecundum
Auguſtinum de moribus eccleſie cuius ſententie antiqui
philoſophi concordant Virtutes Quadrupliciter conſide-
rantur Vnomodo prout ſunt Pollitice & ſic pertinent ad
homines inquantum recte ſe habent in rebus humanis
gerendis | & de iſtis uirtutibus philoſophi communiter
tractant Alio uero modo conſiderande ſunt uirtutes ut
exemplares | & ſic pertinent ad deum in quo exiſtunt om-
nium rerum perfectiones & per conſequens perfectiones
uirtutum | & de iſtis exemplaribus uirtutibus intelligende

VNiVERSIDAD DE SALAMANCA
GREDOS.USAL.ES

ſunt om̃es uirtutes que in ſacris ſcripturis deo attribuũtur ut miſericordia & iuſticia & huiuſmodi Inter quas uirtutes ·ſ· politicas & exemplares que ſunt quaſi ĩ extremis poſite Quedã medie ĩterponũtur | quarũ quedã dicũtur uirtutes purgatorie que pertinẽt ad illos q uirtutes politicas trãſcẽdẽtes ſimilitudinẽ diuinaꝝ uirtutũ conãtur tẽdere Alio etiã modo numerãtur uirtutes que dicuntur purgati animi | & pertinent ad illos q iam diuinam ſimilitudinẽ ĩ huiuſmodi uirtutibus quodammodo aſſequuntur quantum in hac uita poſſibile eſt | & ideo a philoſophis uocantur uirtutes heroice ·ſ· diuine De qua diſtinctione uirtutum quadruplici ad plenum habebis in prima ſecunde queſtiõe Lxi. ꝙ autem uirtutes beate uirginis conſiderande ſunt eſſe heroice patet ex ſua prima reſponſione ad angelum ſalutantem in qua dixit Quomodo fiet iſtud quoniam uirum nõ cognoſco Si enim ſenſum horum uerboꝝ diligẽter ſcrutatus fueris mauifeſte reperies ꝙ eius uirginitas heroica cõſideranda eſt nõ pollitica ſeu purgatoria Non enĩ dixit Quomodo fiet iſtud qm̃ uirginitatem uoui | nec dixit uirginitatis propoſitũ firmiter habui uel habeo Sed dixit qm̃ uirũ nõ cognoſco | quod nõ includit uotũ nec propoſitũ uirginitatis Sũt enĩ multe uirgines que nunq̃ cognorerũt uirũ & tñ nõ uouerũt uirginitatem nec habent eam in propoſito Similiter licet ueriſſimũ eſt ꝙ nũq̃ uirũ cognouit tñ predicta uerba nõ ſũt ĩtelligẽda prout primo modo ſonant ·ſ· ꝙ beata uirgo ſolũ teſtabatur de ſe ꝙ nũq̃ uirũ cognouerat quia ſic reſpõſio ſua in nullo ſatiſfaceret angelo nec propoſito correſponderet Sunt enim multe uirgines que nunq̃ uirum cognourrnnt & tamen hec tales poſtea concipiunt & pariunt Vnde ut predicta uerba propoſito correſpondeant ſeu aliquam uim habeant reſponſionis oportet ut ſic intelligatur ſcilicet Virum non cognoui ·i· concupiſcencias carnales nedum non habeo ſeu propono uel uoui nõ habere nec etiã paſſiones reprimo ſeu terrena deſpicio | quod pertinet ad uirtutem purgatoriam

ſed etiam eas penitus neſcio . & totaliter ignoro . ꝙ eſt altior & perfectior uirginitas q̃ uirginitatis propoſitũ habere ſeu uirginitatẽ uouere . proprie enĩ pertinet ad uirginitatem purgati animi ·ſ· heroicã non autem ad politicam ſeu purgatoriã . Quibus prenotatis adtollẽdas tuas admirationes procedẽdũ eſt . & primo ad primã dicendã ꝙ geſta & facta beate uirginis que indubie maxima fuerũt . In nouo tamẽ teſtamẽto penitus ſubticẽtur : niſi earum que ſunt a nobis neceſſario credenda explicite . ſicut eius uirginitas & maternitas xp̃i iſta exprimũtur in euãgelio & in ſimbolis fidei nobis proponuntur tanq̃ neceſſario explicita credẽda . Similiter & eius humilitas exprimitur cũ dicitur . Reſpexit humilitatem ancille ſue . Vnde ex hoc poſſumus rationem ſumere de his que admiraris ·ſ· quomodo cetera geſta uirtuoſiſſima & facta beate uirginis in ſcripturis Canonicis ſubticẽtur . Nam hoc ꝙ fuit ratione ſue humilitatis . humilitas enim ſũma & heroica ad quam ſoli perfectiſſimi attingunt quã ipſa beata uirgo cõſecuta eſt . non patitur ſuas laudes audire nec in eis delectatur . ſed potius cõpungitur eo ꝙ non credit . de ſe magna ꝙ patet per rationẽ ſumptã ab oppoſito . Nam ſicut arrogãs intimo cordis ſui affectu credit ſe omnibus ſanctiorẽ ut habetur in Euãgelio Luce . xviii . c . de Phariſeo aſcẽdente in templũ qui ſe arroganter cõmendãs ceteros ſpernebat . Sic eius oppoſitũ dicẽdũ eſt de uero humili ·ſ· ꝙ opinetur ſe omnibus uiliorẽ humilis autem Heroicus ſupra hoc tranſcendit uſqꝫ ad hoc ꝙ in fugam laudantium tendat . quaſi tedium habeat in audiẽdo cõmendationes proprias & ideo in ſacris ſcripturis noui teſtamenti non leguntur cõmendationes beate uirginis niſi tantum ſupradicte que a nobis de neceſſitate credende ſunt | humilitas etiam exprimitur ut ex ea poſſimus ſumere rationem : qua laudes eius in ſcripturis ſacris ſubticentur ut dictum eſt . Vnde conceptio uel natiuitas ſeu mors ipſius in quibus magna miracula cõtigiſſe pie credi

VNiVERSIDAD DE SALAMANCA GREDOS USAL

debet : non narrātur in canonicis ſcripturis ne ex tali nar/
ratione ipſi uirgini glorioſe que tunc in humanis uiuebat .
& ea que in ſacris eloquiis ſcribebantur : eam non latebat
faſtidium ſeu tedium generarentur ratione predicta . Con/
ceptio tamen & natiuitas baptiſte & huiuſmodi narrtāur in
euangelio eo ꝙ in propheticis ſcripturis antiqui teſtamēti
de precurſore chriſti expreſſe agitur ut yſa . xl . & Malach .
iii . & in aliis locis & ſic oportebat ꝙ ſcripturarum imple/
tionem de ipſis euangeliſta teſtaretur : nec etiam Iohannes
licet Sanctiſſimus eſt neceſſario credendum ꝙ ad gradus
humilitatis Heroice ſicut beata uirgo attigiſſet .

**Capitulum** Tercium In quo diſcipulus arguit con/
tra quedam que in prececedenti capitulo a magiſtro fuerūt
tradita ad que in eodem magiſter reſpondit & tollit primā
admirationem .

## Diſcipulus

Licet quam dulcia faucibus meis ſunt eloquia tua ad/
huc tamen deſidero amplius informari de his que circa ad
mirationem meam propoſuiſti . Dixiſti enim ꝙ humilitas
Heroica non patitur ſine faſtidio ſeu tedio laudē ſuā audire
quod apud me eſt mirabile . Deus enī cuius uirtutes exce/
dunt Heroicas ſunt enim exemplares ut tu doces . Vidi/
mus tamen per ſacras ſcripturas debere laudari . Dicit enī
pſalmiſta Sacrificium laudis honorificauit me & alibi
Semper laus eius in ore meo . Idem enim pſalmiſta etiam
ſemper hortatur homines ad dei laudem . cum dicitur
Laudate dominum omnes gentes . Laudate pueri dominū
& huiuſmodi quomodo ergo deū laudamus debite & meri
ne cuius humilitas eſt ſūma & exemplaris . qui cum eſſet
deus infinitus & īmortalis humiliauit tamen ſemetipſum
formam ſerui accipiens in ſimilitudinem hominum factus
& habitu inuentus ut homo ad Philipp . ſecundo capitulo
Si enim deo cuius humilitas eſt īmenſa & ineffabilis laus

tamen uocalis enī placet qui etiā corda hominis ſcrutatur
In quibus uera & potiſſima laus conſiſtit : & qui ex ſuis
laudibus ab hominibus prolatis non poteſt ad meliora
prouocari cum ſit īmutabilis & optimus quo non eſt dare
melius necꝫ equale . quomodo ergo de beata uirgine non
fuerunt laudes in ſacris ſcripturis proferende cuius per/
fectiones ſeu uirtutes quantumcunꝫ magne & inter puras
creaturas maxime / ſemper tamen circa perfectiones chri/
ſti ſunt examinande . Item ipſa uirgo glorioſa ſe ipſam
legitur cōmēdaſſe dixit . Ipſa enī de ſe ipſa . Reſpexit humi/
litatem ancille ſue . ꝙ ad magnam laudem pertinet : cum
humilitas prout tu dixiſti ſit fundamentum omnium uir/
tutum . Item dicit ꝙ oportebat quedam geſta baptiſte in
euangelio narrari ut impletio eorum que in propheticis
ſcripturis de precurſore chriſti prenuntiata fuerunt teſta/
retur īpletio quod dictū mirabile eſt ī oculis meis . Nūquid
dicendum eſt de beata uirgine nichil fuit prenoſticatum in
propheticis eloquiis ſicut de baptiſta abſit : de īpſa enim
legitur yſa . vii . Ecce uirgo concipiet . Et egredietur uirga
de radice yeſſe . yſa . xi . capitulo & quam plurima que in
libro Canonicorum de ſponſa dicuntur precipua : de ipſa
precipue intelliguntur : & ideo pari ratione & fortiori im/
pletio eorum que de ipſa benedicta prenuntiata fuerat anti/
quitus in nouo teſtamento teſtari debuiſſent fuiſſe impleta
ea ratione qua de baptiſta parte ſupra dictum eſt placeat
ergo de iſtis me amplius illuminare .

## Magiſter

Circa hoc quod obicis de laude dei que uocaliter facta
in ſcripturis cōmendatur ſcire debes / ꝙ licet deus quantū
ad eius eſſentiam que incomprehenſibilis eſt a nobis & in/
effabilis . Maior eſt enim omni laude ut Eccleſiaſtici . xliii
capitulo . Similiter & laudum noſtrarum ſicut nec bonorū
noſtrorum non indiget ut in pſalmo nec per ipſas laudes
ipſi aliquid de nouo īnoteſcat nec accreſcere poſſit . Omnia

VNIVERSIDAD DE SALAMANCA
GREDOS.USAL

enim nuda & aperta ſunt ante oculos eius Hebre . iiii . c. laus tamen eius etiam uocalis eſt perutilis nobis ad multa cum ut noſmetipſos : Similiter & alios audientes ad eius reuerentiam inducamus noſtros affectus & etiam audientium in deum excitantes . Vnde cum dixiſſet pſalmiſta . Semper laus eius in ore meo ſubdit . Audiant manſueti & letentur . Cum adretrahendum affectus noſtros & audientium ab his que ſunt contra deum . Vnde yſa . xlviii . c. Laude mea refrenabo te ne intereas & ſic de laude dei nullum inconueniens ſequitur . ſed comoda ſpiritualia ut predicta & alia multa que inde ſequuntur : ſed eſt de laude hominis puri & perfectiſſimi qui ſũmam humilitatem heroicam conſecutas eſt qui dum in hac uita exiſtit & fragilitatem humanam perfecte cognoſcat : & perfectionem diuinam quantũ poſſibile eſt in hac uita apprehendit laudes proprias audire non patitur ut de beata uirgine ſupra dictum eſt . Ad ſecundum uero ꝙ obicis de illo uerbo. Reſpexit humilitatem ancille ſue . Exquo infers ꝙ ipſa beata uirgo ſaltem ſe ipſam de uirtute humilitatis laudauit : dicendum ꝙ humilitas abſq; alia uirtute non eſt cõmendanda ſeu laudanda ut integra uirtus ſicut enĩ fundamentum in edificio corporali parũ uel nichil ualet niſi addatur aliquid ſuper edificatum : Sic ſentiendum eſt de humilitate que fundamentum eſt uirtutũ ut dictum eſt ſupra quam niſi alie uirtutes ſuperedificentur : humilitas ſola modica ſeu nulla laude eſt digna . & ideo beata uirgo in qua erat plenitudo gratie & perconſequens uirtutum ſolam humilitatem teſtatur ſe habere non autem alias uirtutes ſuper edificatas quas indubie habuit cum plena gratia fuit . Et circa predictum uerbum . Vlterius notandum eſt ꝙ humilitatem illam quam beata uirgo ſe fatetur habere innuit eſſe renuntiandam non ex condignitate ſeu congruentia ipſius humilitatis ſed ſolum ex acceptatione diuina . Dixit enĩ . Reſpexit humilitatẽ ancille ſue quaſi diceret humilitas

mea non ex ſe ipſa digna fuit remuneratiõe . ſed quia deus eam reſpexit .i. acceptauit eo modo quo dicitur . Gen . iiii . Reſpexit dominus ad Abel & munus ſuum & ideo in predictis uerbis bene intellectis beata uirgo potius commendat acceptationem diuinam quam humilitatem ſuam . Ad tertium uero dicendum ꝙ obicis dicens ꝙ de beata uirgine debuiſſent teſtari in nouo teſtamento fuiſſe impleta ea que antiquitus fuerunt prenuntiata pari ratione & fortiori ſicut de Iohanne baptiſta fuerunt in euangelio tradita ea que de eo prenuntiata fuerunt dicendum ꝙ illa que in ueteri teſtamento expreſſe de beata uirgine fuerunt tradita ut eſt uirginitas cum conceptu & partu yſa . vii . Similiter & ꝙ eſſet de radice yeſſe & de ſtirpe Dauid ut yſa . xi . iſta ſimiliter traduntur expreſſe in nouo teſtamento ubi eius uirginitas & maternitas Chriſti & deſcenſus Chriſti de genere Dauid expreſſe traduntur . Cetera uero uirtuoſiſſima que in ueteri teſtamento non expreſſe ſed figuratiue ſeu enigmatice traduntur de pertinentibus ad ipſam ut in canonico Canonicorum & ſimilibus ſubticentur ſeu pretermittuntur in nouo teſtamento eo ꝙ apoſtoli & euangeliſte fuerunt ei contemporanei & cognoſcebãt ꝙ ſũma humilitas ſua de talibus attediaretur narrationibus ut dictum eſt . Poſtremi uero qui poſt apoſtolos & alios contemporaneos ſcripſerunt quamplurima glorioſa & miriſſima tradiderũt de ea que iam in celo aſſumpta iſta que ad laudem dei & exemplum ſalutiferum aliorum narrantur grata & acceptabilia ſunt .

**Capitulum** Quartum In quo diſcipulus repetit ſecundam ſuam admirationem ad quam magiſter reſpondit in eodem eam ſoluẽs in quo capitulo quedam declarantur pertinentia ad genealogiam Chriſti Math . i . contentam .

**Diſcipulus**

Sufficiunt michi predicta ad mei primã admirationem

VNiVERSIDAD DE SALAMANCA
GREDOS.USAL

tollendam ſed peto ut procedas ad ſecundam ſub qua du‑
plicem admirationem tibi propoſui quarum una fuit de
hoc ꝙ Ioſeph in euangelio exprimitur fuiſſe de domo Da‑
uid / de beata tamen uirgine non exprimitur ſic. Ad quã
admirationem tollendã ſufficiunt michi ſupradicta. Nam
eum eſſe de domo Dauid eſt quoddam excellens / ꝙ hu‑
militas ſũma ſeu heroica quam beata uirgo in hac uita
attingit non patiebatur audire. Idcirco fuit in euangelio
non expreſſe traditum licet tacite intelligatur. In hoc enim
ꝙ dicitur Math. primo Ex qua .ſ. ex maria natus eſt Ie‑
ſus qui uocatur Chriſtus. Et in principio huius capituli
legitur de Chriſto ꝙ eſt filius Dauid neceſſe ſequitur ꝙ
maria per quam Chriſtus ſecundum carnem inmediate
deſcendit ſit de domo Dauid preſuppoſito ꝙ maria con‑
cepit nõ ex uirili ſemine ſed ex uirtute ſpiritus ſancti prout
expreſſe traditur a Matheo eodem capitulo ubi dicitur.
Quod enim in ea natus eſt ex ſpiritu ſancto eſt. ſed hoc
intelligitur argumentatiue non expreſſe ratione ſupradicta
& licet de hac admiratione ſim ſatiſfactus adhuc remanet
michi ſecunda in hoc loco .ſ. cur Math. euangeliſta ge‑
nealogiçauit ioſeph de quo Chriſtus nullo modo deſcendit
neq; eius genealogia facit ad genealogiam Chriſti & tamẽ
pretermiſit genealogiam uirginis in qua fundamentum
totius genealogie Chriſti a Dauid deſcendente conſiſtit &
de hoc peto a te plane doceri.

## Magiſter

Admiratio enim tua rationabilis eſt. In gloſa enim no‑
ſtra ſuper hunc locum ſic dicitur. Quid ad Chriſtum ge‑
neratio ex Dauid deducta ad Ioſeph cum Chriſtus non ex
ſemine Ioſeph ſit & licet huic queſtioni ſeu admirationi in
eadem gloſa reſpondetur ꝙ non eſt conſuetudo ſcripturarũ
ut ordo mulierum in generationibus texatur hoc tamen
non uidetur ualere: eius enim contrarũ inuenitur in ſcrip‑
turis. Nam primo Paralipp. ſecundo in genealogia yeſſe
interponuntur mulieres .ſ. Saruya & Abigayl a quibus
conſequenter ipſa genealogia texitur ut ibidem patet qua
ratione & aliis quibuſdam que hic cauſa breuitatis obmit‑
tuntur: ſolutio predicte gloſe quam multi expoſitores ſe‑
quuntur ad tuam admirationem tollendam non ſufficit / ſed
ſuper hoc uidetur ulterius aliquid dicendum. Ad cuius
euidentiã preſupponendum eſt ꝙ filius prout in paternis
bonis ſuccedit multipliciter poſſet dici & quantum ad pro‑
poſitum ſpectat dupliciter. Primo modo dicitur enim
filius ſecundum ueram generationem naturalem ſecundũ
quam de ſubſtantia patris filius generatur: quiquidem fi‑
lius iſto modo genitus plerunq; ſuccedit: tam in bonis
naturalibus corporis ut in bona habitudine ſeu complexi‑
one ut de gigantibus legitur Gen. vi. q̃ etiam in bonis
anime plerunq; enim ſecundum naturalem inclinationem
que prout aliquod corpus indiuiduum eſt tali anime pro‑
porcionatum ſequntur alique uirtutes naturaliter ſecundũ
inchoationem & aptitudinem prout in prima ſecunde .q.
lxiii. & in talibus filii naturales ſepe ſuccedunt parentibus
Vnde Caſſiodorus in quadã epiſtola: Laudabilis uena ſuã
ſeruat originem. Secundo dicitur filius alicuius etiam ille
quem non genuit naturaliter modo predicto. ſed tantum
ſecundum formam publicam & cõmunem populi extima‑
tionẽ dicitur talis patris filius quod contingit cũ uxor parit
filium quem latenter non ex marito habuit ſed ex alio uiro
reputatur tamen in populo ſine contradictione ſui mariti
filius quiquidem filius putatiuus licet ĩ bonis naturalibus
non habeat naturaliter ſuccedere tali patri ficto ſuccedit ta‑
men ſibi ciuiliter non ſolum in bonis fortune que ſunt
minora ut in diuitiis ſed etiam in nobilitate ſeu generis
claritudine que magis conſiderrabilia bona apud magna‑
nimos ſunt q̃ diuitie ut in prima ſecunde. q. ſecunda ar.
ſecũdo. Que quidẽ ſucceſſio patet per iura ciuilia ſeu cõmunẽ
gentiũ cõſuetudinẽ quibus preſuppoſitis ſit tibi ĩ propoſito

VNIVERSIDAD DE SALAMANCA
GREDOS.USAL.ES

Prima cõdcluſio/ꝙ per ſcrutinium ſcripturarum de Chriſti genealogia loquẽtiũ patet ꝙ Chriſtus habuit eſſe filius da-
uid de Abrahã ſecũdũ ueram generationẽ naturalẽ primo modo dictam Legitur enim Gen .xxii. Abrahe fuiſſe di-
ctum . Et benedicẽtur in ſemine tuo omnes gentes terre ꝙ ad Gala . iii. exponitur de Chriſto : Similiter & de Dauid dicitur in pſalmo De fructu uentris tui ponã ſuper ſedem tuam Vtraq; enim predicta uerba non uere dicerentur de filio putatiuo ·ſ· qui tantum ſecundũ publicã famã erat ali-
cuius filius talis enim non diceretur de ſemine eius nec de fructu uentris ſui ut eſt manifeſtũ. Secunda uero concluſio ſit iſta ꝙ deſcenſus Chriſti ab Abrahã & Dauid ſecundũ naturalẽ generationẽ ſufficienter traditur quantũ ad fideles euangeliũ firmiter recipiẽtes per Matheum in primo .ca. ſui euangelii dicentẽ Liber generatiõis Ieſu Chriſti fili Da-
uid filii Abrahã : etiã ſi Math. de genealogia Chriſti nihil amplius ſeu extenſius tradidiſſet quod ſic patet . Nã ex ſolis iſtis uerbis manifeſte teſtatur euãgeliſta Ieſum xpm̃ a Da-
uid & ab Abrahã per uerã generationẽ naturalẽ deſcen-
diſſe quod ẽ ſufficiẽs teſtimoniũ apud fideles ueritatẽ euã-
gelicã indubie recipientes licet etiam filius dicatur ille qui tantũ ſecundũ famã publicã eſt filius ut dicitur in ſecundo preſuppoſito ſupradicto. generari tamẽ ſeu generatio nunq̃ dicitur niſi de filio naturaliter generato . Vnde cum dicit Liber generationis Ieſu xpĩ manifeſtũ ẽ ꝙ loquitur de ge-
nealogia que eſt per uiam generationis non aũt de illa ge-
nealogia que ſecundũ famã tantũ eſt . Si autem contra hoc dicas ꝙ licet apud fideles predictus titulus ſufficiat apud infideles euangeliũ non recipiẽtes non ſolũ titulus Math. ſed etiam tota genealogia xpĩ per Math. conſequenter tra-
dita non ſufficit ad probandũ eis ꝙ Chriſtus a Dauid & ab Abraham deſcendit . Tales enim cum ſint a fide euã-
geliorũ alieni totam illam lineã negarent : niſi forte heberi qui non auctoritate euangelii ſed auctoritate ueteris teſta-

aliquam partem genealogie Mathei habẽt recipere ·ſ· uſq; ad çorobabel & huius & non ultra . Nam apud eos de ce-
teris autentica hiſtoria non habetur . Vnde ſicut apud in-
fideles non ſufficit illa narratio extenſa que in euãgelio de genealogia xpĩ traditur ad ueram genealogiã eius naturalẽ oſtendendã ſic apud fideles ſola uerba tituli Mathei ſuffi-
ciunt ad hoc fũdandũ unde Auguſtinus contra faſtũ xpm̃ non eſſe filiũ Dauid aſſerentẽ eo ꝙ non ex Ioſeph cõceptus eſt ad quẽ ſeriẽ genealogie Matheus producit ſic ait . Sic ergo nos credimus etiã mariã fuiſſe in cognitione Dauid quia in ſcripturis credimus que utrunq; dicunt ·ſ· xpm̃ ex ſemine Dauid eſſe ſecundũ carnẽ & eius matrẽ mariã uir-
ginem eſſe hec Auguſtinus . Tercia concluſio ꝙ cõueniẽs fuit ut Chriſtus etiam ſecundũ publicã famã ſecundũ quã filius Ioſeph putabatur a Dauid deſcenderet & ut talis de-
ſcenſus licet putatiuus in euãgeliis tradetur quod ſic pro-
batur . Nam hoc fuit cõueniens ad fideliũ iu cõmuni xpm̃ ſuo tempore recipientiũ ordinatã inſtructionẽ . Nam cog-
nitio fidei cõmuniter in hominibus oportuit ut ab in per-
fecto ad perfectũ procedere ut in ſecũda ſecũde . q . prima ar . vii . & ideo Chriſtus primo fuit cognitus etiam apud electos ſub ratione hominis ſaluatoris in cõmuni quã cog-
noſceretur eſſe deus & homo . In prima enĩ uocatione apo-
ſtolorũ Iohan . primo Andreas dicebat inuenimus meſſiã ·i· Chriſtũ quod eſt nomen cõmune aliis multis . Vnde in pſalmo Nolite tangere Chriſtos meos Math .xvi . Chri-
ſtus interrogãte ſuos diſcipulos apoſtolos Vos quẽ me eſſe dicitis Petrus reſpõdit Tu es Chriſtus filius dei . Exquo patet ꝙ prius ſequebantur ipſum tanq̃ Chriſtũ anteq̃ cog-
noſcerent eius deitatẽ ulterius etiam apoſtolis tanq̃ minus plene informatis de ydemptitate diuinitatis in patre & fi-
lio eiſdem dicebat Iohan . xiiii . Tanto tempore uobiſcum ſum & non cognouiſtis me qui uidet me uidet & patrem meũ ⁊c̃ Similiter & pari ratiõe Chriſtus prius fuit cognitus

VNIVERSIDAD DE SALAMANCA
GREDOS.USAL.ES

quaſi eſſe filius Ioſeph q̄ñ cognoſceretur eſſe ſine patre ĩ ter/ ris unde non ſolū apud emulos qui xp̄m ſpernētes dicebāt Nōne filius fabri eſt Math . xiii . ſed etiā apud diſcipulos ſimplices & cognatos cōmuniter filius Ioſeph putabatur : anteq̄ miſteriū uirginitatis marie eſſet apud eos cognitum Euāgeliſta enim in perſona talium dicebat Luc . ii . Non cognouerūt parētes eius nec ſolū hoc ſed etiā Nathanatis qui ſecundū glo . peritiſſimus ſcripturarū erat cum audiuit a Philippo Iohan . i . quē ſcripſit Moyſes in lege & pro/ phetis Inuenimus Ieſum filiū Ioſeph a naçareth . Nō fuit admiratus de hoc ꝙ Chriſtus eſſet filius Ioſeph ſed de hoc ꝙ a naçareth eſſet dixit enim ibi a Naçareth poteſt aliquid boni eſſe non enī dixit nō poteſt eſſe filius Ioſeph cū adhuc deitatē xp̄i non cognoſcebat . ſed de loco naçareth admira/ batur de Bethleem enī apud eos ſpectabatur meſſias ſecū/ dum illud Math . v . c . Et tu Bethleem terra iuda . Et ꝙ amplius eſt ipſa eadem beata uirgo huius miſterii diuini ſuper omnes conſcientia iſtum modū loquendi obſeruabat dicens . Ego & pr̄ tuus dolentes querebamus te Luce . ii . Ex quibus habetur ꝙ ad inſtructionē fideliū ĩ cōmuni qui Chrſtū in mūdo uenientē receperūt cōueniens modus fuit ut eis pn̄taretur Chriſtus prius ſub ratione meſſie filii Da/ uid ſine reuelatione miſterii deitatis ſue & uirginitatis ma/ tris q̄ ꝙ eis a principio omnia iſta archana reuelarentur Sic enim proceſſerunt ab imperfecto ad perfectum qui eſt modus hominibus in cōmuni cōnaturalis fuit etiam iſte modus cōueniēs ad refutandos infideles precipue hebreos qui ex ſtirpe Dauid tantum ſaluatorē ſpectabant : Si enim tales rationabiliter ignoraſſent Chriſtum a Dauid deſcen/ diſſe preſertim cum cōmunis fama & populi extimatio te/ ſtaretur oppoſitum tunc tales redderentur excuſabiles Non enim ipſi tenebantur cognoſcere ueram generationem na/ turalem Chriſti ſecundum quam a Dauid deſcendit talis enim generatio a longiſſimo tempore deſcendens non eſt

cognoſcibilis niſi per diuinam reuelationem : conueniens igitur modus fuit ut Chriſtus ſecundum publicam famam a Dauid deſcendiſſe in euangelio traderetur ut ſic ipſum recipere refutantes ſaltem ſub ratione ſaluatoris in cōmuni inexcuſabiles reddere ut habetur Iohan . ix . & iſta ſuffici/ ant tibi ad preſens pro tua admiratione tollenda . Si tamē de predictis & de alia genealogia Chriſti que traditur Luce iii . que non eſt naturalis neq̄ putatiua ſed adoptiua unde in quadam additione ſupra capitulum Mathei predictum ubi de his plene poteris informari .

**Capitulum** Quintum In quo diſcipulus repetit ſuam tertiam admirationē ad quam magiſter ibidem reſpōdit .

## Diſcipulus

Sufficiunt michi ad preſens iſta que circa genealogiam Chriſti a Matheo traditam declaras & licet de genealogia a Luca tradita que ualde diuerſa eſt ab illa q̄ Matheus tradit quia tamen me remittis ad addictionem tuam ad preſens obmitto ulterius de hoc querere proponens ad illā additionem recurrere . Peto tamen a te ut ad terciam meā admirationem procedas tollendam . Valde enim animum meum pulſat . ſ. quomodo Chriſtus qui non ad legem ſol/ uendam ſed adimplendam uenit ut Math . v . capitulo ſanctiſſimam matrem ſuam quam ſūme honoraſſet uocādo eam matrem hoc tamen pretermittens ſolūmodo mulierem eam legitur uocaſſe ut ſupra in Capitulis per me allegatis patet mulier autem eſt nomen cōmune pertinens ad muli/ erem quantum etiam peccatricem unde Luc . vii . Ecce mulier que erat in ciuitate peccatrix .

## Magiſter

Quod autem Chriſtus obſeruaſſet preceptū de honroa/ tione parentū non ſolum erga matrē que erat uera & ſancta parens ſed etiam erga Ioſeph qui erat parens ſecundum publicam famam tantum manifeſtum eſt . Legitur enim

VNIVERSIDAD DE SALAMANCA
GREDOS.USAL

Luc. ſecundo capitulo de Chriſto Et erat ſubditus illis .
In tali enim ſubiectione principaliter conſiſtit parentum
honor unde Deutro . xxi . de filio contumace & proteruo
legitur ꝙ non audiuit uocē patris nec matris . Vnde per
locum ab oppoſitis filius ille uere honorat parentes qui eſt
omnino ſubditus illis . Ratio autem quare non uocabat
ſuam beatam matrem niſi nomine mulieris tantum poteſt
aſſignari conformiter ad predicta . Nam ſecundum phi/
loſophum in octauo Ethicorum homines qui uolunt ho/
norari teſtificationem ſue excellentie querunt:ad humilitatē
autem beate uirginis heroicam de qua ſupra diximus non
pertinebat querere teſtimonium ſue excellentie preſertim
reſpectu Chriſti . Nomē enim paternitatis uel maternitatis
non importat excellentiam niſi reſpectu filii illius patris
ſeu matris manifeſtum eſt autem ꝙ humilitati uirginis glo/
rioſe nullo modo placeret ꝙ uocaretur tali nomine ꝙ ipſius
excellentiam ſonaret reſpectu filii ſui .ſ. ueri dei ſed potius
uocari tali nomine ꝙ magnam excellentiam filii reſpectu
ipſius matris deſignaret Vnde & ipſa angelo ſalutanti &
pronuntianti ei ꝙ erat paritura filiū cuius regni non eſſet
finis reſpondit Ecce ancilla domini Ancilla enim eſt no/
men non ſonans excellentiā ſed potius defectum reſpectu
domini . Vnde Chriſtus iſta totaliter ſciens ut pure & plene
matri obediret uocabat eam illo nomine quod magis ſibi
placere ſciebat .

**Capitulum** Sextum In qo diſcipulus replicat contra
reſponſionem magiſtri ad quod magiſter ſufficienter rn̄dit
concludens ex ſupradictis ꝙ magnam deuotionē oportet
ut habeant fideles circa uirginem glorioſam .

## Diſcipulus

Satis eſſem contentus de reſponſione tua ſupradicta
niſi propter unū quod uidetur michi tue reſpōſioni obuiare
manifeſtam eſt enim ꝙ beata uirgo iam in celo aſſumpta

totus orbis terrarum in ſuis laudibus & excellentiis fre/
quenter clamat intantū ꝙ de ea poſſumus ſimpliciter dicere
ꝙ laudis eius plena eſt terra non enim ſolum honoratur &
laudatur apud fideles ſed etiam apud infideles de ſingulari
ſanctitate cōmendatur In illo enim libro qui dicitur Al/
charanus in quo prophana lex Machometi continetur
memini me legiſſe ꝙ in omnibus hominibus habuit ali/
quam ptātem ſathan preterq̄ in Ieſu & in matre eius Ex
quo conſtat ꝙ etiā apud Sarracenos beata uirgo reputari
debet ſancta In quodā etiā libello apocriſo apud Hebreos
qui intitulatur Liber generationis Ieſu naçareni non tamē
ſecundū Matheū In illo enim libello multa falſiſſima &
abſurda continentur contra Chriſtum & eius diſcipulos
de beata tamen uirgine matre eius quam falſiſſime dicunt
concipere ex adulterio eo ꝙ cum eſſet deſponſata Ioſeph ex
quodam adulterio conceperat ibidem continetur quod hoc
factū fuerat ipſa omnino neſciente quia erat mulier ſancta
& in adulterio nunq̄ conſenſiſſet & ſic de ipſa uerificatur ꝙ
ipſa predixit in ſuo cantico Beatam me dicent omnes ge/
generationes Nō ſolū enī generatio rectorū .ſ. fidelium eam
dicunt & predicant beatiſſimam ſed etiā generatio praua
& exaſperans .ſ. iudeorum & ſarracenorum ipſam dicunt
uere eſſe ſanctam ut dictū eſt . Quero igitur a te ut michi
indices quomodo humilitas beate uirginis patitur ꝙ totus
mundus ī ſuis laudibus prorumpit & ipſam ſuper omnes
creaturas glorificent cum in uita ſua ut dixeris omnia talia
ſibi diſplicebant non enim uidetur michi ꝙ tanta uarietas
circa bene placitum beate uirginis poſſit contingere niſi
quia aut ignorat illa que in hoc ſeculo ad ſuum honorem
& laudem frequentantur ſeu celebrantur aut quia humili/
tatem quam in hac uita habebat que erat magna ſeu ma/
xima uirtus ut per te dictum eſt iam in illa uita licet per/
fectiori non habet aut quia honorationes iſte que pro ſua
reuerentia fiunt ipſi uirgini glorioſe non placent ſicut nec

VNIVERSIDAD DE SALAMANCA
GREDOS.USAL.ES

alias placebant quodlibet autem iſtorum uidetur michi ualde inconueniens. Et ideo peto ut aliquid circa hoc ulterius michi declares.

## Magiſter

Nullo modo ſentiendum eſt ꝙ beata uirgo iam in celis aſſumpta & glorificata ignoret ea que hic fiunt in honore ſuo nec ꝙ ei talia diſpliceãt: in illo enim ſtatu deus erit omnia in omnibus .ſ. Corinth. xv. capitulo Unde quilibet beatus omnia uidet in deo preſertim que ad ſuam beatitudinem uel ad humanam ſalutem pertinent Similiter in eodem ſtatu .ſ. glorie omnes beati conformabunt uoluntatẽ ſuam deo non ſolum materialiter ſed etiam formaliter ut in prima ſecunde. q. xix. ſed an uirtutes morales de quibus eſt humilitas moneant poſt hanc uitam circa hoc diuerſi diuerſa ſenſerunt. Quidam enim philoſophorum antiquorum poſuerunt ꝙ uirtutes morales poſt hanc uitam non manent Unde & philoſophus in quarto Ethicorũ dicit ꝙ ridiculum eſt ponere in angulis uirtutes morales. homines autem beati aſſimilant angelis ut habetur Mathei xxiii. Doctores tamen noſtri de ueritate magis illuminati tenent ꝙ huiuſmodi uirtutes quo ad aliquid manent: quo adaliquid non ut Auguſtinus in. xiiii. de trinitate. manent enim quoad ordinem rationis & uim appetitiuam que erant rectiſſime in his que ad illum ſtatum pertinent: non autem uirtutes morales poſt hanc uitam permanbunt quantum ad illud quod eſt in eis materiale .ſ. ad concupiſcentias & delectationes ciborũ & huiuſmodi & etiã timores nec audacie circa pericula mortis nec etiam diſtributiones & cõmunicationes rerum que ueniunt in uſum preſentis uite Manent enim quantũ ad id quod eſt in eis formale ut in prima ſecunde. q. lxvii. Ex quibus in propoſito circa humilitatem dicendum eſt ꝙ humilitas in beata uirgine non manet poſt hanc uitam quantũ ad iſtum actum quod ẽ uileſcere ſeipſã quod pertinet ad humilitatẽ huius uite ut ſupra dictum eſt quilibet enim beatus uidens ſe diuine glorie participem nullo modo poteſt ſe uileſcere: quantomagis uirgo beata que ſuper omnes ſanctos hac participatione gaudet ſed quantum ad hoc quod eſt de ratione humilitatis .ſ. ymis adherere prout yſidorus in libro ethymologiarum dicit aliquid manet in patria ſicut enim deus ut in pſalmo Licet in altis habitat humilia tamen reſpicit. Sic & ſancti licet ſint in gradu beatitudinis excelſi ſunt tamen humiles ymis in hac uita exiſtentibus adherẽdo pro eis deum deprecãtur. Unde de beata uirgine ſentiendum eſt ꝙ ſicut in hac uita cognoſcens defectum nature humane maximam humilitatem habuit ſe ipſam uiliſicãdo & ancilla cum eſſet maxima regina reputando Sic in ſtatu glorie maximam humilitatem habet inter ceteros beatos circa Chriſtum in adherendo ymis: ſi peccatoribus in hac uita contritis & de ſuis precibus deuotis confidentibus & ideo tenendũ eſt ꝙ ſibi placẽt oratiões humiliũ pro quibus etiam continue deum interpellat. Ex quibus bene conſideratur excitari debet in quolibet fideli magna deuotio erga uenerationem & obſequium uirginis glorioſe prudentes uiri tali domino conſueuerunt prompta mente obſequia preſtare: quem extimant ſeu credunt eſſe promptius paratum ad eorum petitiones audiendas & eis ſubueniendo in ſuis neceſſitatibus ſed hoc eſt credendũ eſſe in ipſa uirgine glorioſa ratione ſue humilitatis beate ſecundũ quam quotidie in eccleſia experitur ꝙ reſpicit preces humilium & non expreuit preces eorum. Unde te exhortor diſcipule ꝙ ad eam recurras laudem eius ſemper habens in ore tuo & eam fideliter in neceſſitatibus inuocando. Nunq̃ enim ut ait Berennardus in quodam ſermone ipſam fideliter inuocatam reperies defuiſſe.

## Capitulum Septimum In quo diſcipulus ponit quãdam aliam admirationem que uidetur ſibi circa hoc ꝙ non ipſam uiſitaſſe ſepulchrum Chriſti ſicut de mulieribus &

VNIVERSIDAD DE SALAMANCA
GREDOS USAL ES

de quibuſdam apoſtolis legitur ad quod ibidem a magi
ſtro reſpondetur .

## Diſcipulus

Quam dulcia faucibus meis eloquia tua & quia a man/
datis tuis dulciſſimis intellexi ut meam deuotionem ad
glorioſam uirginem dirigam tota mente deo dante hoc ſe/
qui intendo . Sed adhuc uolo a te de quibuſdam ad ipſam
uirginem glorioſam pertinēs illuminari & ſpecialiter circa
ea que tempore reſurrectionis Chriſti geſta ſunt circa que
primo in corde meo uerſatur quedam admiratio que talis
eſt . Extimo enim ꝙ nullus ſane mentis qui fidem catho/
licam corde & ore profitetur dubitare habet ꝙ uirgo glo/
rioſa filio ſuo Chriſto quem concepit & ſuis ſacris uiſceri/
bus portauit : & cuius ubera ſuxit deuotior fuit quam
ceteri ſancti quicunqꝫ ſint Sed uideo quod ſigna ſue deuo/
tionis erga Chriſtum hoc non oſtendunt preſertim poſt
paſſionem ſuam & tempore ſue reſurrectionis . Legimus
enim ꝙ mulieres que Chriſtum ſequebantur & ſpecialiter
Magdalena poſt paſſionem monumentum Chriſti uiſitare
frequentabant & ei obſequia ſibi poſſibilia offerebant diſci/
puli etiam licet non dum ita firmiter credentes miſteria
paſſionis & reſurrectionis ſibi alias a Chriſto prenoſticata
auiſati : tamen aliqualiter a mulieribus de Chriſti reſur/
rectione tunc ipſi cum magno feruore ad ipſum ſepulchrū
pergebant ut patet de Petro & Iohanne Io . xx . capitulo
de beata tamen uirgine non legimus ꝙ Chriſtum poſt
paſſionem neqꝫ eius monumentū Chriſti aliquando uiſitaſſet
ꝙ magna admiratione dignū puto ratione iam dicta .

## Magiſter

Nullo modo dubitandum eſt ꝙ beata uirgo deuotior
fuit ipſi Chriſto q̄ alius quicunqꝫ ſit . Tum quia eius
caritas in qua radix totius meriti conſiſtit indubie excedit
aliorum caritatē ſicut & in premium eius aliorum premia
excedit cantat enim eccleſia Exaltata eſt maria ſuper choros
angelorum caritas eſt ſeu delectatio eſt cauſa proxima de/
uotionis & inmediata ut in ſecunda ſecunde . q . lxxxii .
Tum quia eius meditatio aſſidua erat & frequens circa
miſteria redemptionis humane in quibus diuina beneficia
circa genus humanum maxime conſiderantur Legitur enī
de ea Luce ſecundo Maria autem conſeruabat omnia uer/
ba hec conferens in corde ſuo . Tales autem meditationes
ignem diuine caritatis accendunt iuxta illud pſalmiſte In
meditatione me exardeſcit ignis . Tum quia maternalis
dilectio erga filium tenendum eſt in ea non defeciſſe unde
yſa . xlix . Nunquid obliuiſci poteſt mulier infantem ſuum
Quequidem maternalis dilectio que eſt a natura in eadem
ex plenitudine gratie tenenda eſt perfectior eſſe gratia enim
perficit naturam . Ex quibus patet deuotionem beate uir/
ginis maiorem eſſe ſeu perfectiorem ad Chriſtum quam
aliorum ſanctorum . Nec obſtat illud de quo miraris ſic
ꝙ tantam deuotionem per ſigna exteriora tempore reſur/
rectionis non oſtendit ſicut ſancte mulieres & diſcipuli &
huiuſmodi & hoc propter duo Primum quia ut Dyoniſius
dicit In de diſtinctione . ix . Amor diuinus
eſtaſim facit quod intelligitur de amore diuino perfecto
ſicut creditur fuiſſe in beata uirgine quantum in ſtatu uie
poſſibile fuit non autem de quibuſcunqꝫ diligentibus deum
ſeu in caritate exiſtentibus per eſtaſim autem homo eſt per
exceſſum mentis extra ſtatum ſuum . Et ideo beata uirgo
tempore reſurrectionis preſumendum eſt fuiſſe tam inceſa
in amore diuino ꝙ eſſet ī extaſi poſita & quaſi a corporalibus
quodamodo alienata & ideo de iſtis exercitiis corporali/
bus ad que mulieres ſancte & diſcipuli ex deuotione con/
currebant non curabat occupata uehementius intrinſeca
deuotione & diuino amore eā poſſidētibus . Secundū quia
ad uirginalem pudicitiam pertinet ſecreta diuina non ore
pronuntiare ſed corde cuſtodire & in eo de eis conferre un/
de ſuper illud uerbum euangelii ſupradictum Maria autem

VNIVERSIDAD DE SALAMANCA
GREDOS USAL

conſeruabat ⁊c Beda ſic dicit in omelia Virginalis pudicitia ſecreta Chriſti que nouerat nemini diuulgare uolebat ſed conferebat in corde ſuo non ore promens ſed clauſo ſeruãs in corpore hec ille. Exquo patet ꝙ ad modeſtiam pudicitie uirginalis ſtatus non pertinebat deuotionem ſuam erga Chriſtum per ſigna exteriora oſtendere ſed potiua in corde ſuo clauſa ſeruare.

## Capitulum Octauum In quo proponitur a diſcipulo alia admiratio ſpecialiter circa hoc quod non legitur Chriſtũ ipſi uirgini glorioſe miſiſſe angelos adannuntiandum ſuã reſurrectionem ſicut miſit mulieribus & diſcipulis ad quod reſpondetur a magiſtro ibidem declaranda aliqua que pertinent ad excellentia fidei beate uirginis.

### Diſcipulus

Sufficiunt michi predicta ad predictam meam admirationem ſecundam ſed adhuc animum meum pulſat unum aliud. Video enim ꝙ Chriſto reſurgente ſuis diſcipulis & ſanctis mulieribus reſurrectionem ſuam per angelos denuntiaſſe Vnde Mathei. xvi Dicite diſcipulis eius & Petro quia precedet uos ⁊c & Math. xxviii. Ite annuntiate fratribus meis ut eant in galileam ibi me uidebunt & huiuſmodi ꝙ uidetur michi maxima admiratione dignum. Nunquid reſurrectio Chriſti potius ſpectabatur a fratribus q̃ a matre fratribus enim nuntiare mittebat ſuam reſurrectionem non autem matri quam credendum eſt intenſius & ardentius ſuam reſurrectionem ſpectare quam ceteris rationibus iam dictis.

### Magiſter

Si bene conſideras uirgo glorioſa & diſcipuli Chriſti differenter ſpectabant reſurrectionem Chriſti poſt eius paſſionem Ad quod attendere debes ꝙ ſicut in moralibus uirtutibus humilitas habetur ut fũdamẽtũ ut ex ſupradictis ex ſententia Auguſtini patet: ſic in theoloicis uirtutibus. fides eſt proprie earum fundamentum ut habetur ſecunda ſecunde. q. quarta ar. vii. De quibus duobus fũdamẽtis beata uirgo cõmendata eſt in ſcripturis Vnde de illa hoc dici poteſt illud pſalmi Fundamenta eius in montibus ſanctis Licet enim illa montes ſanctos uirtutum altius q̃ cetere creature aſcendit de ſolis tamen fundamentis cõmendatur in ſcriptura ratione ſupra tacta de humilitate enim per illud uerbum Reſpexit humilitatẽ ancille ut iam ſupra expoſitum eſt de fide autem cõmendatur per illud uerbum Eliçabeth Luce primo capitulo Beata que credidiſti quoniam perficientur in te omnia que dicta ſunt tibi a domino Ex quibus uerbis que Eliçabeth repleta ſpiritu ſancto protulit oſtenditur ꝙ fides uirginis glorioſe tanti meriti fuit ut illa que dicta ſunt ei a domino per angelum uel etiã per intrinſecam reuelationem ſeu inſpirationem in actu profiterentur in ea quodquidem meritum ſi bene conſideretur excedit meritum cuiuſcunq̨ pure creature includitur enim in his que dicta fuerunt beate uirgini ab angelo totũ redemptionis humane miſterium ut patet bene intuenti uerba angeli ad mariam dicentẽ Hic erit magnus & filius altiſſimi uocabitur dabit ei dominus deus ſedem Dauid patris eius & regnabit in domo Iacob ineternum & regni eius non erit finis Luce primo capitulo. Et ultra hoc rationabiliter preſumendum eſt ꝙ etiam alia miſterioſa archana reuelata fuerunt a deo ĩmediate ipſi uirgini glorioſe preter illa que dicta ſunt ei ab angelo Eliçabeth enim non dixit perficienter in te omnia que dicta ſunt tibi ab angelo: ſed que dicta ſunt tibi a domino. In quo ſatis innuitur quod dictum eſt non tamen ſcriptura facit mentionẽ expreſſam de his que ĩmediate fuerunt dicta ſeu inſpirata a deo ipſi uirgini glorioſe: ſed ſolum de his que dicta ſunt ab angelo nimirum. de Paulo legitur ſecũdo Corinthiorum. xii. ꝙ audiuit archana uerba que non licet homini loqui quod non minus ſentiendum eſt de his que reuelata ſunt beate

VNIVERSIDAD DE SALAMANCA
GREDOS USAL

uirgini ímediate a deo quando Chriſtum mente & uentre
ineffabiliter concepit. Hoc tamen quod dictum eſt de me/
rito fidei beate uirginis ſane intelligendum eſt ſic ſ. non
quia beata uirgo per fidem meruit de condigno deum in/
carnari hoc enim eſt ſupra omne meritum. ſed quia per
gratiam fidei & humilitatis ſibi datum meruit ut congrue
poſſet eſſe mater dei in quo miſterium humane redempti/
onis quodāmodo includitur: & iſto modo intelligitur ꝙ
eccleſia cantat de ipſa uirgine glorioſa ꝙ meruit Chriſtum
portare ſ. de congruo tantum. Ex quibus cum aliis ad
hoc pertinentibus conſideratis manifeſte repertes ꝙ ſicut
fides beate uirginis fuit ſūma inter omnes fidē habentes
ut patet per meritum fidei ipſius ſupra dictum ſic fides
diſcipulorum Chriſti de eius reſurrectione ante eius aſcen/
ſionem & eorum confirmationem fuit ualde modica. Le/
gitur enī Mar. xvi. capitulo de Chriſto in die aſcenſionis
Apparuit illis Ieſus & exprobrauit incredulitatem eorum
& duritiam cordis quia his qui uiderant eum reſurrexiſſe
non crediderunt & Luce. xxiiii. capitulo legitur de qui/
buſdam diſcipulis eius in die reſurrectionis euntibus in
Emaus dixiſſe O ſtulti & tardi corde ad credendū in om/
nibus que locuti ſunt prophete ut patet ꝙ protunc diſcipuli
non ſolum erant increduli quo ad teſtes qui de Chriſto re/
ſurgente teſtabantur ſed etiam reſpectu ſcripturarum que
hoc antea prophetabant Vnde & eorum ſpes de reſurrecti/
one Chriſti debilitata erat ualde. Legitur enim ꝙ predicti
duo diſcipuli dicebant Luce capitulo ſupradicto Nos autē
ſperabamus quia ipſe eſſet redempturus iſrahel. Ex quo
patet ꝙ eorum ſpes non erat perfecta ſicut nec fides non
ſic credendum eſt de beata uirgine cuius fides tanta fuit
ut per eius meritum de congruo omnia perficerentur in ea
illa enim tam certa erat de reſurrectione Chriſti per ſuam
fidem perfectam ꝙ non oportebat eam certiorari per an/
gelicam annunciationem nec per mulierum atteſtationem

& ideo rationabile fuit ut ei non mitterentur angeli & mul/
tominus mulieres ad denunciandum ſeu teſtificandum de
Chriſti reſurrectione. Nam ut aiunt iuriſte Certus certio/
rari non debet ſecus autem de apoſtolis qui etiam poſt at/
teſtationes mulierum & etiam angelicas reuelationes & alia
ſigna ſenſibilia & ſcripturarum teſtimonia de incredulitate
arguebantur ut patet ex dictis Vnde & de beata uirgine
circa reſurrectionem Chriſti proprie dicitur Beati qui me
non uiderunt & crediderunt Iohannis. xx. ſicut de apo/
ſtolis illo tempore quodāmodo incredulis poteſt uerificari
illud Iohannis quarto capitulo Niſi ſigna & prodigia ui/
deritis non credetis.

## Capitulum Nonum

In quo ponitur a diſcipulo alia admiratio de hoc quod non legitur Chriſtum apparuiſſe in ſua reſurrectione uirgini glorioſe cum tamen de appari/tione ad mulieres & diſcipulos fiat plures mentio ad quod in eodem a magiſtro reſpondetur.

### Diſcipulus

Adhuc circa predicta reſtat unū quod ualde animū meum
pulſat & eſt hoc. Poſito enim ꝙ beate uirgini non fuiſſet
neceſſaria ulterius certificatio de reſurrectione Chriſti prop/
ter eius perfectam fidem ſecundum quam reſurrectionem
Chriſti certiſſime credebat prout docuiſti & uerum eſt cum
hoc tamen ſtat quod uiſio Chriſti preſertim in corpore
glorioſo fuiſſet ſibi maxime delectabilis ſpiritualiter de ipſis
enim apoſtolis quorū fides & etiam ſpes protunc tepeſce/
bat ut ſupra per te oſtenſum eſt Legitur Gauiſi ſunt diſci/
puli uiſo domino Iohan. xx. capitulo Quanto igitur for/
tius credendum eſt gauiſam fuiſſe matrem que filiū ſuum
in cruce pendentem cum maximo dolore cordis ipſius pe/
netrante uiderat ſi ipſum in corpore glorioſo reſurgentem
uidiſſet non tamen in tota euangeliorum ſerie legitur xpm̄
ſue matri glorioſe poſt reſurrectionem apparuiſſet neq; eam
ipſum uidiſſe quod non modica admiratione dignū extimo

VNIVERSIDAD
DE SALAMANCA
GREDOS USAL

preſertim cum premium fidei correſpondens eſt uiſio iuxta illud pſalmi Sicut audiuimus .ſ. per fidem ita uidimus . Cum igitur ſecundum te & uerum eſt fides beate uirginis maxima fuit inter omnes ſanctos ſic etiam ad ipſam per/tinet Chriſtum uidiſſe tempore reſurrectionis in corpore glorioſo perfectius & altius q̄ ceteris quod tamen non legitur de quo ualde admirandum .

## Magiſter

Licet uerum eſt ꝙ uiſio beatifica ſuccedit fidei ſicut & apprehenſio ſpei & fruitio caritati prout doctores tradunt hoc tamen intelligitur de beatis in ſtatu glorie exiſtentibus ubi premia ſortiuntur correſponderent ad uirtutum merita Sed in hoc caſu beata uirgo nec apoſtoli nondum erant in termino uite glorioſe ſed adhuc in uia . Vnde uiſio Chri/ſti tempore ſue reſurrectionis non fuit data apoſtolis & mulieribus & huiuſmodi in premiū ſed potius dabatur eis ad excitandam eorum fidem ut per eam ulterius mereren/tur Quequidem uiſio non requirebatur iſto modo ad per/fectionem uirginis glorioſe que fidem iam perfectam ha/bebat ut dictum eſt . Quod autem dicis ꝙ talis uiſio licet non requireretur ei ad fidei excitationem ſeu confirmatio/nem erat tamen oportuna ad gaudium & conſolationem ſpiritualem in eam credendam . Ad hoc dicendum ꝙ ſi talis uiſio ad maxime perfectionem uirginis glorioſe in hac uita exiſtentis uel etiam ad maiorem ipſius conſolationem ſpiritualē requirebatur nichil prohibet concedere ꝙ Chri/ſtus ei apparuit tempore reſurrectionis in corpore glorioſo ꝙ etiam nonulli aſſerunt ut patet de actore libri qui flos ſanctorum nominatur qui aſſerit Chriſtum apparuiſſe uir/gini glorioſe tempore reſurrectionis . Ad quod aliquas rationes aſſignat nec obſtat ꝙ de hoc nichil in ſacris euan/geliorum hiſtoriis contineatur dictum eſt enim ſupra ꝙ multa geſta ad dignitatem uirginis glorioſe pertinentia fuerūt pretermiſſa in ſacris ſcripturis propter ipſius ſūmam

humilitatem ſecundum quam iſta non placebant publicari ut iam dictum eſt . Et ſi bene cōſideras tam perfectio fidei uirginis glorioſe quam imperfectio fidei apoſtolorum & aliorum qui Chriſtum poſt reſurrectionem uiderunt ad eccleſie eruditionem ſeu utilitatem proficiunt .

**Capitulum** Decimum In quo oſtenditur ꝙ tam per/fectio fidei uirginis glorioſe circa reſurrectionem Chriſti q̄ etiam imperfectio fidei apoſtolorū circa idem conueniens fuit ad eccleſie utilitatem .

## Diſcipulus

Hoc quod ultimum dicis .ſ. ꝙ tam perfectio fidei uirgi/nis glorioſe que reſurrectionem perfecte credidit ſine hoc ꝙ Chriſtum uideret ſenſibiliter nec de hoc haberet angelicas reuelationes quam imperfectio fidei diſcipulorum qui do/nec Chriſtum poſt reſurrectionem manifeſte uiderunt non crediderunt ad eccleſie utilitatem proficiunt hoc per me conſiderare non ualeo cum enim perfectio & imperfectio alicuius rei ſe habeant ut oppoſita ſi unum eſt utile alicui reliquum inutile ſibi per locum ab oppoſitis iudicandum eſt . Vnde oportet ꝙ ulterius michi aperias conſiderationē tuam predictam .

## Magiſter

Ad hoc quod petis ulterius declarandum oportet te at/tendere ꝙ ſicut manifeſtatio ſpiritus ſancti per gratiam gratis datarum diuerſitates deus in eccleſia ſua diſpoſuit aliquas diuerſitates graduum ſeu adminiſtrationum in hominibus ad ſue eccleſie utilitatem ſic ſuo modo in ma/nifeſtatione reſurrectionis Chriſti deus diſpoſuit ut uni/formiter facta eſſet omnibus : ſed diuerſimode ꝙ totum cedit in eccleſie utilitatem ꝙ ſic patet . Nam de primo .ſ. de manifeſtatione ſpiritus ſancti apoſtolus dicit prima Co/rinthiorum . xvii . Vnicuiq; autem datur manifeſtatio ſpi/ritus ad utilitatem .ſ. eccleſie Alii ſermo ſapiētie alii autem ſermo ſcientie alteri enim fides ꝛc conſequenter etiam de

VNIVERSIDAD DE SALAMANCA
GREDOS USAL

hoc ibidem dicit quoſdam poſuit deus ·ſ· in eccleſia apo-
ſtolos alios prophetas alios uero doctores & huiuſmodi
quequidem diſtinctiones ſeu diſtributiones utiliores fuerūt
in eccleſia q̃ ſi omnes unius & euiſdem officii eſſent
ſicut & in corpore animali uel humano utile eſt ut mēbra
ſint diſtincta que diuerſa exerceant officia q̃ ſi tantum unū
mēbrum eſſet Vnde apoſtolus per extenſum in predicto
capitulo docet Sic ſuo modo ſentiendum eſt circa manife-
ſtationem Chriſti reſurgentis . Ad quod attendendum ꝙ
ſicut Dyoniſius dicit in libro ce . ge . Lex diuinitus inſtituta
talis eſt ut a deo īmediate diuina ſuperiobus reuelentur :
quibus mediantibus differantur ad inferiora & loquitur
de his que ſunt ſupra naturam & quia ea que pertinent ad
futuram gloriam naturalem hominum cognitionem exce-
dunt quia quod oculus non uidit preparauit deus diligēti-
bus ſe yſa . lxiiii . ideo reſurrectio Chriſti non omni po-
pulo manifeſta eſt ſed quibuſdam quorum teſtimonia
differretur in aliorum notitiam iuxta illud Actuum . x .
Dedit eum ·ſ· Chriſtum manifeſtum fieri ·ſ· in reſurrecti-
one non omni populo ſed teſtibus preordinatis a deo .
Vnde reſurrectio Chriſti diſcipulis & mulieribus per an-
gelos reuelata eſt ſicut & alia miſteria diuina leguntur ho-
minibus per angelum ut plurimum reuelari Vnde licet de
maria Magdalena legitur Mar . ultimo Reſurgens do-
minus mane prima ſabbati apparuit primo marie magda-
lene . Ipſa tamen antea habuit reuelationem ab angelo de
dominica reſurrectione Math . xxviii . capitulo . Diſci-
puli etiam non eodem modo habuerunt cognitionem re-
ſurrectionis ut patet de Thoma qui plus aliis dubitauit
Iohannis . xx . capitulo Beata uero uirgo non ab angelis
neq; ab hominibus notitiā reſurrectionis legitur habuiſſe
nec etiam per aliqua ſigna ſenſibilia & ſic dicendum eſt ꝙ
notitiam reſurrectionis habuit īmediate a deo per ſuam
fidem perfectam a deo infuſam & ſic patet primum ·ſ· ꝙ

Secundum uero patet ·ſ· ꝙ huiuſmodi diuerſitas manife-
ſtationis circa reſurrectionem Chriſti facta eſt conuenienti
modo & etiam ad utilitatem eccleſie . Primum patet ·ſ· ꝙ
hec manifeſtatio facta fuit conuenienti modo . Nam hec
manifeſtatio ·ſ· reſurrectionis Chriſti eſt conformis ad
manifeſtationem ſuam in ſtatu beatitudinis . Nam ad uiſi-
onem beatā cōmuniter peruenitur per auditum fidei ita ad
uiſionem Chriſti reſurgentis peruenerunt homines per ea
que ab angelis prius audierunt . Secundum patet ·ſ· ꝙ
manifeſtatio ſit facta cedit in utilitatem eccleſie . Nam apo-
ſtoli & alii diſcipuli fuerunt a deo ordinati ut eſſent in teſtes
reſurrectionis omni populo ut iam dictum eſt . Conſtat
autem ꝙ teſtes qui leuiter & ſuperficialiter aliquas res ui-
dent magis poſſunt ſuſpicari de leuitate teſtificandi q̃ illi
qui diuerſimode & particulariter ſingula ſcrutantur Vnde
Deutro . xiii . capitulo de quodam facto ꝙ per teſtes erat
ſciendum legitur quere ſollicite & diligenter rei ueritate per-
ſpecta ꝛc̃ & prima Iohan . primo de apoſtolis geſta Chriſti
teſtificantibus dicitur Quod audiuimus quod uidimus
oculis noſtris quod perſpeximus & manus noſtre contra-
ctauerunt ꝛc̃ Et ideo ex incredulitate diſcipulorum quam
prius habuerunt teſtimonia eorum poſtq̃ fuerunt confir-
mati efficaciora fuerunt Vnde Auguſtinus dicit ꝙ dubi-
etas Thome magis profecit in teſtificationē reſurrectionis
quam credulitas Magdalene que cito credidit Thomas
enim dubitando uulnerū cicatrices tetigit fuit etiam mani-
feſtatio ſic facta ad utilitatem eccleſie quia ex tarditate diſci-
pulorum incredendo ſecutū fuit ꝙ Chriſtus aperuit ſenſum
ſcripturarum Luce . xxiiii . capitulo . Ex qua ·ſ· ſenſuum
apertitione ſecutum eſt ꝙ apoſtoli & alii diſcipuli & eorum
ueri ſucceſſores ſcripturarū ſacrarū miſteria in ſuis doctrinis
& predicationibus aperuerunt ſeu expoſuerunt .

**Capitulum** Vndecimum In quo oſtenduntur quedā
que ad ordinem manifeſtationis circa reſurrectionē Chriſti

VNIVERSIDAD DE SALAMANCA
GREDOS.USAL.ES

pertinent ex quibus concluditur ꝙ ad beatā uirginem non pertinebat mitti ad reſurrectionem annuntiandam propter excellentiam ſue dignitatis.

## Diſcipulus

Circa iſta que dicis amplius uellem informari eo ꝙ prima facie dicta tua non uidentur conſonare his que in ſacra ſcriptura traduntur & primo in hoc dicis enim ꝙ de lege diuinitus inſtituta eſt ut a deo que ſunt ſuper naturalia immediate ſuperioribus reuelentur quibus mediantibus defferantur ad inferiores quod non uidetur conſonare ſacris euangeliis ut manifeſtatione reſurrectionis Chriſti de qua nunc agimus. Primo enim fuit manifeſtata reſurrectio mulieribus & per eas poſtea apoſtolis. Conſtat autē ꝙ mulieres non ſunt dicende apoſtolis ſuperiores. Item beata uirgo ceteris ſanctis eſt ſuperior Vnde ſi ei īmediate a deo fuit reuelata reſurrectio Chriſti per ſuam fidem perfectam ut tu aſſeris ſequeretur ꝙ per eam debuiſſet deferri manifeſtatio reſurrectionis ad apoſtolos & ceteros quod tamen nuſꝗ legitur.

## Magiſter

Ad primum dicendum ꝙ reuelatio facta mulieribus de reſurrectione Chriſti non fuit ad hoc ordinata ut de ea teſtimonium ferrent publice predicando hoc enim non conuenit mulieribus iuxta illud prima Corinthiorū. xiiii. Mulieres in eccleſia taceant ſed eis fuit manifeſtatum reſurrectio ut de ea priuatim & domeſtice apoſtolos inſtruerent ꝙ factum fuit ſecundum Ambroſium ut mulier que primo initium mortis ad homines detulit prima etiam uitam reſurgentis Chriſti in gloria nuntiaret in quo ademptum eſt femineum genus ignominie abſolutionem & maledictionis repudium & in hoc etiam ꝙ mulieribus primo fuit facta manifeſtatio reſurrectionis quam apoſtolis oſtenditur ꝙ quantū ad ſtatum glorie pertinet nullum detrimētum patietur ſexus femineus: ſed ſi maiori caritate feruebunt maiori etiam gloria ex uiſione diuina patientur: & ideo mulieres que deum arctius amauerunt intantum ut ab eius ſepulchro diſcipulis recedētibus non receſſerunt: primo uiderunt deum in gloriam reſurgentem quamquidem gloriam etiam apoſtolis annuntiauerunt.

## Diſcipulus

Hec reſponſio tua fortificat ſecundam rationem meam in qua dicebam ꝙ ad beatam uirginem pertinebat ceteris reſurrectionem ꝙ a deo īmediate per fidem perfectam annuntiare quod ex his que modo dicis amplius oſtēditur hoc ipſi pertinuiſſe tamen ex hoc ꝙ ad ipſam ſolam pertinet maledictionem eue datam euacuare. Cantat enim eccleſia in ympno beate uirginis Quod eua triſtis abſtulit tu reddis almo germine tum ex feruentiori caritate quam creditur habere ſuper ceteros non obſtante ꝙ ad ſepulchrum non accedit rationibus ſupratactis Vnde uidetur ꝙ rationes quas allegas ad ſolutiones primi dubii ſecundum uidentur fortificare.

## Magiſter

Omnes tres rationes tue quibus tibi uidetur ꝙ ad beatā uirginem pertinuiſſet reſurrectionem dominicā annuntiare apoſtolis & ceteris ſolui poſſunt per unum medium. Ad quod ſcire debes quod circa miſſionem angelorum a deo ad exteriora annuntianda diuerſi diuerſimode opinati ſunt fuerūt enim quidā dicentes ꝙ angeli ſuperiores ſemper deo aſſiſtunt: ſic ut ad exteriora nuntianda nunꝗ mittuntur. Ad quod habent aliquas auctoritates ſcripture & ſanctoꝝ que hoc uidentur ſonare. Quidam uero dicunt ꝙ omnes angeli tam ſuperiores ꝗ inferiores de communi lege ad exteriora nuntianda a deo mittuntur. Ad quod etiam habent auctoritates que hoc uidentur ſonare. Sunt etiam alii qui uidentur quaſi medii inter predictos. Dicunt enī

VNIVERSIDAD DE SALAMANCA
GREDOS USAL

ꝙ angeli inferiores ex officio proprio cõmuniter & frequẽter mittuntur ad huiuſmodi exteriora nuntianda ſed angeli ſuperiores non mittũtur niſi rariſſime & quaſi ex diſpenſatione diuina prout iſta latius tractantur in ſecundo Sententiarum diſtinctione decima quibus conſideratis ad propoſitum dicendum quia beata uirgo tam excellentioris dignitatis eſt ut omnia excedat agmina angelorum tam ſuperiorum q̃ inferiorum. Idcirco non pertinet ad eam mitti ad exteriora nuntianda eſſet enim quodãmodo derogatorium ſue maxime dignitate.

## Diſcipulus

Non modicum miror de tua reſponſione predicta in qua dicis ꝙ ad ſuperiores angelos non pertinet mitti ſeu frequenter mitti propter eorum magnam excellentiam & adhuc ulterius dicit ꝙ eſſet derogatorium dignitati beate uirginis ad exteriora nuntianda mitti quantumcunq; enim angeli ſuperiores preemineant dignitatis excellentie & etiã uirgo glorioſa que ſuper omnes angelos eſt nunq̃ adequari poſſunt in excellentia Chriſti filio dei abſit: uidemus tamen cum hoc ꝙ ipſe filius dei miſſus eſt in mundo a deo dicit enim apoſtolus ad Gala. iiii. At ubi uenit plenitudo temporis miſit deus filium ſuum factum ex muliere & ſic in aliis locis quã plurimis quod ergo mirũ eſt ſi ſuperiores angeli ꝙ etiam ipſa uirgo glorioſa a deo mittatur cum dominus eorum legitur mitti & ideo magis uidetur tenendũ cum apoſtolo qui uniuerſaliter de angelis dicit. Nonne omnes ſunt adminiſtratorii ſpiritus in miſterium miſſi Ad hebreos ſecundo capitulo unde ex hoc non habes ꝙ ad uirginem glorioſam non pertinebat mitti ad reſurrectionem Chriſti annuntiandam.

## Magiſter

Hec ratio tua prima facie uidetur aliquid continere ueritatis & etiam magiſter in ſecunda diſtinctione ſupradicta rationem tuam tangere uidetur. Dicit enim ibidem ſic nec debet indignum uideri ſi & ſuperiores mittuntur: cum & ille qui creator eſt & omnium ad hec inferiora deſcenderit hec ille Si tamen differentiam inter finem miſſionis angelorũ & finẽ miſſionis filii dei ſi in ſacris eloquiis ſcrutatus fueris manifeſte reperies ꝙ tua ratio non habet locum. Miſſio enim filii dei ordinata eſt principaliter ad redemptionem totius humani generis quodquidẽ opus excedit capacitatẽ cuiuſcunq; pure creature. Nulli enim pure creature cõmunicabilis eſſet redemptio actiua generis humani ſic nec iuſtificatio unius imperii ſingularis quod minus eſt. Vnde eccleſia in collecta dicit Deus qui omnipotentiam tuam parcendo maxime & miſerando manifeſtas Et ideo Auguſtinus dicit ſuper Iohannem quod maius opus eſt ut ex imperio iuſtus fiat q̃ creare celum & terram. Cuius ratio eſt Nam iuſtificatio terminatur ad bonum eternum diuine participationis Creatio enim celi & terre terminatur ad bonum nature mutabilis. Vnde non ſolum ad redẽptionem humanam: ſed etiam ad iuſtificationem imperii oportet mitti diuinam perſonam Vnde apoſtolus cum dixiſſet Miſit deus filium ſuum zc̃ ſtatim ſubiungit ut eos qui ſub lege erant redimeret zc̃. Ex quo manifeſte patet ꝙ miſſio filii dei principaliter ordinata eſt ad redemptionem humanam ad quam non ſuffeciſſet miſſio cuiuſcunq; pure creature ſecus eſt de miſſione que ordinatur ad exteriora annuntianda talis enim miſſio non excedit capacitatem angelicam nec etiam humanam. Vnde ratio tua in hoc non uidetur ualere nec etiam magiſter in uerbis allegatis uidetur procedere ſerioſe ſed diſputatiue tantum. Et ideo ratio mea prius dicta ſtat in ſuo ualore .ſ. ꝙ angeli ſuperiores ad exteriora annuntianda non mittuntur niſi forte rariſſime ꝙ conſonat huic ꝙ legitur Danielis ſeptimo Millia millium miniſtrabant ei & decies centena millia aſiſtebant ei. Et ideo de beata uirgine que excedit in dignitate

VNiVERSIDAD DE SALAMANCA
GREDOS.USAL.ES

omnia angelorum agmina conuenienter dicatur ꝙ non debebat mitti ad annuntianda exteriora & ſic ex dictis in hac parte excitare debes deuotionem tuam ad uirginem glorioſam ſupra omnes ſanctos qui in celo ſunt citra xp̄m qui ſanctus ſanctorum eſt .

## Capitulum Duodecimum In quo oſtenditur ꝙ deuotio cuiuſcunqꝫ fidelis excitari debet ad uirginem glorioſam ſupra omnes ſanctos citra Chriſtum qui ſanctus ſanctorum eſt .

### Diſcipulus

Indica michi queſo quomodo ex predictis colligi poteſt ꝙ deuotio circa uirginem glorioſam excitanda eſt pluſquā ad ceteros ſanctos citra Chriſtum uniuerſitas enim ſanctorum maximam dignitatem ſanctitatis uidetur includere : ſicut & bonum uniuerſis diuinius eſt q̄ bonum alicuius ſingularis ut in primo Ethicorum .

### Magiſter

Si uniuerſitas ſanctorum accipiatur ſimpliciter prout ſonat oportet ꝙ in ipſa includatur non ſolum beata uirgo ſed etiam ipſe Chriſtus qui eſt ſanctus ſanctorum : ſed ſi uniuerſitas ſanctorum intelligatur preter Chriſtum & uirginem glorioſam tenendum uidetur ꝙ ad ipſam uirginem glorioſam deuotio fidelis promptior debet eſſe q̄ ad alios ſanctos preter Chriſtum & ipſam uirginem quod poteſt oſtendi per conſiderationem deuotionis que inter homines eſſe conſueuit . Videmus enim ꝙ homines qui ſunt ſub aliquo ſūmo rege cui regi aliqui principes magni propinquius ſubſunt cōmuniter promptiores ſunt ad obſequia illius principis quem credunt habere duas conditiones . Prima eſt ꝙ dominus ille ſit magis paratus ad audiendum preces ſeu ſupplicationes ſubditorum : ſicut patet de Abſolon qui attraxit cor totius populi ad ſeruiendum ei eo ꝙ informauerat eos ꝙ erat magis paratus ad audiendas ſeu exaudiendas petitiones quā aliquis alius ex parte Regis ſecundo Regum . xv . capitulo . Secunda eſt ꝙ dominus ille credatur eſſe magis dignus ſeu aptus ad conſequēdum effectus predictarum ſupplicationum ſeu precum apud ſuum Regem predictum quam alii ut patet de Adonia qui uolens conſequi quandam petitionē a Rege Salomone petiuit a matre Regis ꝙ hoc impetraret a Rege dicens . Precor ut dicas Regi neqꝫ enim tibi negare quitquā poteſt tercio Regum ſecundo . Conſtat autem ꝙ uirgo glorioſa potiſſime habet primam conditionem ex ſūma humilitate ſua quam ſupradiximus eſſe heroicam ·ſ· diuinam ſecundū quam intelligitur illud Reſpexit humilitatem ancille ſue ut ſupra expoſitū eſt ideo de ipſa inter ceteros credendū eſt ꝙ promptior ſit ad audiēdos clamores ſeu preces pauperum ſua interceſſione indigentium q̄ ceteri ſancti eo ꝙ eius humilitas ut dictum eſt : eſt tanta ꝙ magis accedit ad ſimilitudinem diuine humilitatis de deo autem legitur in pſalmo Quia non expreuit neqꝫ deſpexit clamorem pauperum ſed cum clamarent exaudiuit . Secundam uero cōditionem credendum eſt ipſam potiſſime habere ex ſua fide perfectiſſima ſecundum quam dictum eſt ei Beata que credidiſti ꝛc̄ ut ſupra expoſitum eſt . Conſtat ꝙ per ueram fidem redditur homo dignus ad hoc ut petitiones eius etiam ſi ſint ualde difficiles a deo exaudiantur unde Math . xvii . Si habueritis fidem ſicut granum ſynapis dicetur monti huic tranſi & tranſibit . Fides autē uirginis glorioſe grano ſynapis propriiſſime cōparatur . Nam ſub predictis uerbis euangelii gloſa ſic ait fidem perfectam grano ſynapis comparatur que in facie humilis eſt : & in pectore feruens hec in gloſa . Conſtat autem ex predictis ꝙ cum fides beate uirginis perfectiſſima eſt & coniuncta ſue maxime humilitati ꝙ dei pſius fide proprie debet intelligi illud uerbum euangelii ſupradictum ·ſ· Si habueris fidem ſicut granum ſynapis Vnde de illa precipue confidendum eſt ꝙ ualde

VNiVERSIDAD DE SALAMANCA
GREDOS.USAL

grauia & difficilia ſicut eſt montes trāſferre de loco ad locū a deo per fidem quam habuit perfectiſſimam ſue maxime humilitati coniunctam impetrare poſſet preſertim cum etiā ſupra hoc habet erga deum maternam dignitatem propter quam preſūmendum eſt ꝙ ſibi non negauit Chriſtus quēcunq; ut in auctoritate allegata tercio Regum habetur. Merito igitur mox populi Chriſtiani ad ipſam tanquam ſingulare patronam & aduocatam recurrit. Ad bonum autem aduocatum pertinet neceſſitates ſue partis circumſpicere & in eis etiam non requiſitus prouidere Vnde Bernardus in quodam ſermone de ipſa uirgine glorioſa dicit Quid mirum ſi inuocata eſt que etiam non uocata preſto eſt Et hec cariſſime diſcipule tibi ſufficiant circa predicta in hac diſtinctione.

## Diſtinctio Tercia de Scrutinio ſcripturarum circa quedam que ad ſacroſanctum ſacramentum altaris pertinent quibus fidelium deuotio ad ipſius uenerationem excitari debet Et continet quindecim capitula.

In Primo Capitulo proponitur a diſcipulo quedam admiratio circa ſacramentū altaris in quantum eſt uiaticū ſpirituale fidelium in hac uita exiſtentium ſicut olim māna uiaticum fuit patribus in deſertis peregrinantibus ad quam reſpondetur per magiſtrum.

In Capitulo Secundo diſcipulus querit quomodo intelligātur refectionem ſpiritualem in hoc ſacramento fieri Ad quod reſpondetur a magiſtro per ſimilitudinem refectionis ſpiritualis ad refectionem corporalem.

In Capitulo Tercio oſtenditur ꝙ effectus huius refectionis ſpiritualis quo ad uitam ſpiritualem aſſimulatur effectibus refectionis corporalis quātū ad uitam corporalem.

In Capitulo Quarto oſtenditur ꝙ effectus cibi ſupra celeſtis in ſpiritualibus aſſimilantur effectibus illius cibi celeſtis ·ſ· manne in corporalibus.

In Capitulo Quinto ponitur quedam alia admiratio diſcipuli circa ſacramentum altaris quequidem admiratio ab infidelibus & contra fidem noſtram obloquentibus obici ſolet quam admirationem ibidem magiſter ſoluit per quandam diſtinctionem miraculorum quam ibidem oſtendit.

In Capitulo Sexto alterius redditur ratio quare circa hoc ſacramentum non fiunt frequenter uiſibilia miracula ſicut olim fiebant circa archam teſtamenti & huiuſmodi.

In Capitulo Septimo oſtenditur ꝙ ex occultatione maximorum miraculorum que in hoc ſacramento continentur dulcedo ſpiritualis ſeu deuotio in mente debite ſumentium accreſcit.

In Capitulo Octauo oſtenditur ꝙ licet in hoc ſacramēto memoria paſſionis Chriſti celebratur nichilominus dulcedo ſeu delectatio ſpiritualis in recte ipſum ſumente ſentitur

In Capitulo Nono redditur ratio quare repreſentationes cōmuniter ſunt delectabiles & conſequenter oſtenditur ꝙ repreſentationes in hoc ſacramento abſcondite in rite ſumente ſunt maxime delectationis ſeu dulcedinis.

In Capitulo Decimo proponitur quedam alia admiratio a diſcipulo circa hoc ſacramentum prout eſt ſacrificium & ibidem ſoluitur a magiſtro.

In Capitulo Vndecimo declaratur ꝙ tripliciter intelligi debet impletio legis per Chriſtum & ꝙ Chriſtus legem impleuit in inſtitutione huius ſacramenti prout eſt ſacraficium & ibidem tractatur de triplici cauſa ſacrificiorum antique legis de errore Ra. Moy. circa reddendam cauſam ſacrificiorum.

In Capitulo Duodecimo oſtenditur ꝙ Chriſtus legem impleuit circa ſacrificium ſecundum triplicem eius cauſam faciēdo ꝙ lex iubet qui eſt primus modus implendi legem.

In Capitulo Tredecimo oſtenditur ꝙ Chriſtus impleuit legem ſacrificiorū antiquorum ſupplēdo quod in eis deerat

VNIVERSIDAD DE SALAMANCA
GREDOS.USAL

qui eſt ſecundus modus implendi legem.

In Capitulo Quartodecimo oſtenditur ꝙ dictum eſt in proximo precedenti capitulo per auctoritatem pſalmiſte in pſalmo qui incipit Deus deorum dominus locutus eſt non obſtante cauillationibus hebreorum & finaliter concluditur ꝙ Chriſtus inſtituendo hoc ſacrificium impleuit legem ſacrificiorum ſupplendo quod deerat quod eſt ſecundus modus adimplendi legem.

In Capitulo Quintodecimo oſtenditur ꝙ in inſtitutione huius ſacramenti ſeu ſacrificii Chriſtus legem impleuit implendo ea que de hoc fuerunt in antiquo teſtamento prenuntianda ſeu prefigurata.

In Capitulo Sextodecimo agitur de multitudine nominū huius ſacramenti que multitudinem effectuum eius ſalubrium denotat: ex qua excitari debet deuotio ipſum ſpiritualiter ſumentium.

**Capitulum** Primum In quo proponitur a diſcipulo quedam admiratio circa ſacramentum altaris quod eſt uiaticum ſpirituale fidelium in hac uita exiſtentium ſicut olim ⁊c̈ ut prius.

## Diſcipulus

Inuenti ſunt ſermones tui & cōmedi eos & factum eſt uerbum tuum in gaudium & leticiam cordis mei Iere. xv. Dico enim ſermones tuos ſupradictos de excellentia uirginis glorioſe & de ipſius uirtutum perfectione me cōmediſſe quia tanquam cibus ſuauiſſimus interiora mea huiuſmodi ſermones ingreſſi ſunt cor meū letificātes & deuotionē meam quantum fragilitati mee poſſibile eſt in ipſam uirginem gloriaſam excitarunt. Nunc autem ad quedam alia que in corde meo ut propleumata uerſantur deſiderādo a te de illis illuminari: ſicut & de ſupradictis tibi ſequentem propono admirationē que talis eſt. Scrutans enim ſcripturas reperio ꝙ olim cum deus populo ſuo perdeſertum tranſeunti de cibo celitus ei prouidit ·ſ· de manna multa & magna miracula in ipſo ſeu circa ipſum cibum uerisſimiliter operatus eſt deus. Vt habetur Exo. xvi. utputa ꝙ unuſquiſqꝫ colligebat certam menſuram que dicebatur Gomor pro quolibet ſic ꝙ licet amplius colligebat non plus inueniebat: quam qui minus ſed ſolum ſecundum menſuram ſupradictam iuxta numerum familie quibus reperiebat. Item ꝙ ſi ex eo pro mane relinquebatur putrefiebat: niſi ſolum in die ſexta in qua duplex Gomor colligebant cuius medietas remanebat pro die ſabbati in qua non deſcendebat manna Item ꝙ predicta menſura ·ſ· Gomor remanſit in tabernaculo in propria forma ſine aliqua putredine per totum tempus uſqꝫ ad deſtructionem templi ut patet per dictum capitulum ubi deus mandauit ꝙ reſeruaretur in uaſe pro cuſtodia in generationibus futuris. Item ꝙ habebat plures ſapores & diuerſos ſecundum beneplacitum ſumentium iuxta illud Sapientie. xvi. capitulo ubi dicitur de manna Omne delectamentum in ſe habentem Reperio tamen ꝙ in lege gratie deus prouidit populo ſuo de cibo ſupra celeſti incomparalibiter excellentiori q̃ manna quod patet ex comparatione rerum in utroqꝫ cibo contentarum. In manna enim continebatur res in corruptibilis. In cibo uero ſupra celeſti ·ſ· in ſacramēto altaris res incorruptibilis continetur ·ſ· uerum corpus Chriſti glorioſum deitati perſonaliter unitum. Maxima igitur admiratione dignum uidetur ꝙ in cibo corruptibili ·ſ· manna tot miracula & tam magna & tam continua uiſibiliter occurrerent & tamē in cibo ſupra celeſti incorruptibili nulla miracula uiſibiliter apparēt. Circa quod peto a te illuminari non enim dubito quodquidem diuerſitas rationem habeat niſi occultam quā credo tibi eſſe manifeſtam.

## Magiſter

Ad huiſmodi admirationem tuam tollendam aliqua ſunt premittenda quorum unum eſt ꝙ ſi ſcrutatus fueris diligēter

VNiVERSIDAD DE SALAMANCA
GREDOS USAL

ſcripturas reperies ꝙ ſapientia dei que omnia diſpoſuit ſua-
uiter cibos diſpoſuit diuerſos hominibus ſecundũ diuerſas
temporum uarietates prout temporum oportunitati iuxta
diuerſos hominum ſtatus congruebat iuxta illud pſalmiſte
Oculi omnium in te ſperant domine & tu das illis eſcam in
tempore oportuno ꝙ ſic patet . Nam Ade enim primo
parenti in ſtatu innocentie exiſtenti fructus omnium lig-
norum paradyſi qui ſuaues & pulchri erant preterq̃ lignum
ſcientie boni & mali dedit in eſcam ſeu cibum Gen . ſecũdo
Quiquidem cibus illo tempore hominum competebat .
Inter enim illa ligna que fuerunt ſibi conceſſa in cibum lig-
num uite continebatur per cuius eſum poterat non mori
ut habetur Gen . tercio . Conſequenter uero cum Adam
lapſus fuit in peccatum per quod innocentie ſtatum perdi-
dit & de paradyſo fuit expulſus aliter fuit diſpoſitum de
cibo ſuo ·ſ· ut de terra maledicta cum labore & ſudore uul-
tus cõmederet panem & herbas terre germinãtes tribulos
& ſpinas Gen . tercio Vnde in ſtatu innocentie rectiſſimo
in quo ratio ſuperior ſoli deo obediebat & uoluntas cum
omnibus uiribus inferioribus ſolum rationis recte ſine
impedimento imperium ſequebatur cibus ei correſpon-
dens erat ſuauis & abſq; ullo labore & ſudore acquiſitus &
mortalitatis neceſſitatem non habens ſic in ſtatu lapſus
ubi ratio ſuperior humana ab obedientia dei receſſit & ui-
res inferiores imperio rationis reſiſtebant cibus laborioſus
& triſtis cum neceſſitate moriendi correſpondebat . Qui-
quidem cibus ſolus humano generi per totam primam
etatem uſq; poſt diluuium fuit conceſſus . Poſtea uero tem-
pore Noee deficientibus peccatoribus a terra per diluuim
edificato altari a Noee ſuper quod holocauſta mundorum
animalium deo obtulit quorum odorem ſuauitatis deus
acceptauit : Noee & filiis eius benedicens omnia animalia
eis dedit in cibum Vnde qui antea olera & fructus terre
ſolui licebat cõmedere de cetero etiã oĩa animantia in cibũ

habere licebat ut habetur Gen . nono langueſcente enim
humana natura per ipſum diluuiũ oportebat ipſius cibum
aliqualiter fortificari In exitu autem iſrahel de egipto quãdo
deus ſeparauit filios Adam ſic ut aliquos ·ſ· filios iſrahel
ſuo & legi applicaret : & eos per longam ſolitudi-
nem ubi non erat ſemen ferenti neq; panis cõmedenti ad
terram fructiferam & lac mel fluentẽ deduceret oportuit ut
eis prouideret de alio cibo quẽ ſine labore & ſudore uultus
poſſent colligere ·ſ· de manna ne forte deficerent in uia tam
ſterili & prolixa ut habetur Exodi . xvi . capitulo Quiqui-
dem cibus ſic miraculoſe traditus & miraculorum multi-
tudine ut parte dictum eſt fulcitus proprie competebat
populo illi tum ut per euidentiam atq; frequentiam mira-
culorum uiſibiliter circa cibum illum contingentium eorum
fides que ualde debilis & uertibilis erat : Vt patet in diuer-
ſis locis ſcripture per hoc firmior & ſtabilior redderetur :
tum ut per experimentum quotidie comprobaretur an
recte ambulaſſent in lege domini Legitur enim Exo . xvi .
capitulo ubi ſupra dixit dominus Ecce ego pluam uobis
panes de celo egrediatur populus & colligat que ſufficiunt
per ſingulos dies ut temptem eum utrum ambulet in lege
mea an non . Ex quo patet cauſa quare per ſingulos dies
deus uoluit prouidere illi populo de pane & non ſimul
pro quolibet anno uel aliquo magno tempore fuit ut quo-
tidie temptarentur an legem dei ſeruarent an non . Que-
quidem temptatio non eſt intelligenda ſic ꝙ deus uellet per
hoc ſcire aliquid quod prius ignorabat abſit ſed ut aliis pa-
tefieret & potiſſime ſibi ipſis qui uidentes per experientiam
debilitatem ſuam adiutorium peterent diuinum . Vnde in
gloſa temptatio iſta eſt ut ipſis oſtendat quo humiliores fiãt
adiutorium & adnoſcendum dei gratiam hec in gloſa talis
enim cibus proprie pertinebat illi populo rudi & incredulo
per quem cibum infirmitas eorum conualeſceret in fide
& incredulitas peruerſarũ patefieret . Cum autẽ ad terram

VNiVERSIDAD DE SALAMANCA
GREDOS.USAL.ES

promiſſionis acceſſiſſent & de eius frugibus cõmederent
ceſſauit manna ut habetur Ioſue quinto capitulo & extunc
inceperunt uti frugibus terre Chanaan ſicut & alie nationes
mundi fructibus terre ueſcuntur. Differunt autem quãtũ
ad aliud Nam illi populo tam fecunditas terre q̃ ſterilitas
pendebat ex meritis populi uel demeritia Vt habetur Leui.
xxvi. & Deutro. xxviii. Non autem ſic contingit aliis
nationibus cõmuniter Nam Mathei quinto capitulo De-
us ſolem ſuum facit oriri ſuper bonos & malos & pluit
ſuper iuſtos & iniuſtos quia ut dicitur Eccleſiaſtes Nono
capitulo Vniuerſa eque ueniunt iuſto & impio ꝙ intelligi-
tur quantum ad ipſam ſubſtantiam bonorum & malorum
temporalium non autem ad finem Vt in prima ſecunde ar-
ticulo ultimo Vnde populus ille qui carnalis erat promiſſus
preſentibus huius uite inherebat & ſic oportebat ut cibus
illorum ſecundum ſuorum merita & demerita eis affuiſſet.
Cum autẽ uenit plenitudo tẽporis in quo populus dei non
per temporalia bona promiſſa que uilia ſunt & momenta-
nea ſed per bona ſpiritualia duceretur ad eterna oportuit:
ut tali populo cibum daretur ſupernaturalis & celeſtis:
per cuius manducationem ſpiritualem uita ſpiritualis nu-
triretur ſic ut manducans non moreretur ineternum morte
·ſ· ſpirituali Vnde ſaluator Comparans hunc panem alteri
qui datus fuit patribus Iohannis Sexto capitulo ſic dicit
Non ſicut manducauerunt patres ueſtri manna in deſerto
& mortui ſunt qui manducat hunc panem uiuet ineternum
Si igitur predicta conſideras ſane inuenies ꝙ diuina ſapi-
entia diſpoſuit dare cibum populo ſuo proporcionatum
prout ſtatuum temporum diuerſitas inquirebat Non ergo
in cibo ſupraceleſti ·ſ· eucbariſtia requiruntur miracula ui-
ſibilia ſicut manna. Manna enim dabatur populo car-
nali tali cibo indigenti rationibus ſupradictis. Eucha-
riſtia uero populo ſpirituali datus eſt qui tali pane pro-
prie nutritur & roboratur.

**Capitulum** Secundũ In quo diſcipulus querit quo-
modo intelligatur refectionem ſpiritualem in hoc ſacramẽto
fieri Ad quod reſpondetur a magiſtro per ſimilitudinem
refectionis ſpiritualis ad refectionem corporalem.

## Diſcipulus

Scire deſidero quomodo per iſtum panem ſupraceleſtem
homo nutritur & roboratur. Non enim credo quod hoc
dicas per ſubſtantiam panis & uini quibus homines pro-
prie nutriuntur quequidem ſubſtantia licet ante conſecra-
tionem ſub illis ſpeciebus erat: facta autem conſecratione
nichil remanet de ſubſtantia panis & uini ſed ſolum eorum
accidentia que ſenſibiliter apparent.

## Magiſter

Nullo modo dubitandum eſt quod ſacramentum de
quo agitur non nutrit corporaliter per ſubſtantiam panis
& uini que ante conſecrationem erant in ſacramento cum
conſecratione facta deſinat eſſe ibi nutrit tamen hoc ſacra-
mentum recte ſumptum ſpiritualiter animam & ipſam re-
ficit. Vnde magiſter in Quarto diſtinctione Octaua de
hoc ſacro ſacramanto loquens ait Recte uiaticum appella-
tur qui in uia nos reficiens uſqꝫ ad patriam perducit. Aſ-
ſimulatur enim refectio ſpiritualis q̃ hoc ſacramentum in
homine fideli efficit refectioni corporali quã cibus corpo-
ralis in corpore animali cauſat tam in modo refectionis
q̃ in refectionis effectibus. Primum patet ſic Nam ſicut
ſecundũ philoſophũ refectio corporalis perficitur per tres
uires naturales ſic quodãmodo ſecundum ueritatem fidei
noſtre tres uirtutes ſupernaturales quodãmodo predictis
correſpondentes requirũtur in refectione ſpirituali quod ſic
patet. Nam in refectione corporali requiruntur: Primo
uis attractiua naturalis niſi enim cibus extra corpus po-
ſitus ad interiora loca refectioni apta quadam ui naturali
attraheretur impoſſibile eſſet corpus refici ut eſt manifeſtũ.

VNIVERSIDAD DE SALAMANCA

Secunda uis que requiritur ad corporalem refectionem eſt uis retentiua niſi enim cibus per attractiuam intra corpus poſitus retineretur per uim retentiuam nichil ad refectionem proficeretur corporalem: Tercia uero uis que requiritur ad refectionem corporalem eſt uis digeſtiua per quam nutrimentum aſſimilatur & unitur nutrito que omnia philoſophus largius ponit in libro de animalibus In refectione autem ſpirituali de qua agimus requiruntur tres uirtutes ſupernaturales que tribus uiribus ſupradictis naturalibus quodãmodo correſpondent & aſſimulantur. Requiritur enim in refectione ſpirituali uirtus fidei ſupernaturalis que attractiua eſt credibilium niſi enim per uirtutem fidei ea que ſunt extra mentem ad que .ſ. nec experientia nec ratio naturalis attingit ad ipſam mentem per cognitionẽ fidei introducerentur nulla eſſet refectio anime ſpiritualis per fidem enim in mente ſubſiſtunt ea que non apparent Vt ad Romanos. xi. Secunda uirtus ſupernaturalis que requiritur ad refectionem ſpiritualem: eſt ſpes que uirtus retentiua eſt ea enim que per fidem attrahuntur ad noſtram mentem noſtre ſaluti pertinentia per uirtutem ſpei retinentur de qua ueritate Ad hebreos Sexto Confugimus ad tenendam propoſitam ſpem quam ſicut anchorã anime habemus tutam & firmam: Tercia uero uirtus ſupernaturalis que requiritur ad refectionem ſpiritualem eſt uirtus caritatis per quam ex nutriente & nutrito ſecundum ſimilitudinem gratie unum efficitur iuxta illud primo Iohannis Quarto capitulo Qui manet in caritate in deo manet & deus in eo cuius omnino ſimile legitur de ſumẽte hoc ſacramentũ Vnde Iohannis Sexto capitulo Qui manducat carnem meam & bibit meum ſanguinem in me manet & ego in illo. Conſiderandum tamen ꝙ quia ſpiritualia non tantum poſſunt aſſimilari corporalibus quin inter ea differentia non modica reperiatur. Idcirco inter nutritionem corporalem & ſpiritualem quarum quelibet terminatur in unionẽ ſimilitudinis nutrientis cum nutrito eſt quedam lata differentia. Nam in refectione corporali hec ſimilitudo ſeu unio perficitur per mutationem nutrimenti in ſimilitudinem nutriti. In refectione autem ſpirituali non ſic ſed perficitur per mutationem nutriti in ſimilitudinem nutrientis Vnde Auguſtinus in perſona huius ſacramenti dicit Non ego mutabor in te ſed tu mutaberis in me. Differunt etiam iſte refectiones in loco ſeu in ſubiecto refectionis Nam refectio corporalis in mẽbro corporeo utputa in ſtomacho epate uel uenis. Refectio autem ſpiritualis non ſic ſed in mente que eſt precipua pars ſpiritualis hominis Vnde Auguſtinus loquens ad manducantem hoc ſacramentum dicit Ad quid paras dentem & uentrem para mentem Crede & manducaſti hec ille. Ex quibus habes quomodo refectio ſpiritualis conſiderari habet per ſimilitudinem ad refectionem corporalem.

## Capitulum Tercium In quo oſtenditur ꝙ effectus huius refectionis ſpiritualis quo ad uitam ſpiritualem aſſimilantur effectibus refectioni corporalis quantum ad uitam corporalem.

### Diſcipulus

Habeo doctrinam tuam in predictis que pertinent ad modum refectionis ſpiritualis & etiam ad eius locum ſeu ſubiectum & uellem ut michi ulterius declarares ſimilitudines utriuſꝙ refectionis quantum ad effectus utriuſꝙ earum prout prius propoſueras.

### Magiſter

Ad hoc quod attendere debes quod ſicut refectio ſpiritualis aſſimilatur refectioni corporali quantum ad modum reficiendi ſic inuenitur ſimilitudo in effectibus qui ex utraꝙ refectione ſecuntur omnem enim effectum quam cibum & potus materialis facit quantum ad uitam corporalem hoc totum facit hoc ſacramentũ quantũ ad uitam ſpiritualẽ

VNIVERSIDAD DE SALAMANCA

ut in tercia parte . q . lxxix . quod patet diſcurrẽdo per ali/
quos ſingulares effectus ex quibus alii ĩtelligi poſſunt . Eſt
enim unus effectus cõmuniter cuiuiſcunq̧ bone refectionis
corporalis augmentum ſpiritus uitalis tam in corde anima/
lis q̃ in cerebro & huiumodi . Ex quo omnes uires natu/
rales refocillantur . Quiquidem effectus in noſtro uiatico
ſpiritualiter efficitur . Eſt enim effectus huius ſacramenti
ſecundum magiſtrum in Quarto diſtinctione . xii . aug/
mentum uirtutis ·ſ· caritatis & per conſequens gratie atq̧
omnium uirtutum ſpiritualium quarum forma eſt ipſa
caritas . Item refectione corporali completa nociua a cor/
pore animalis expellimur q̧ in noſtro ſacramento ſpiritua/
liter efficitur . Expelluntur enim per hoc ſacramentum a
recte ſumente illud omnia uenialia peccata prout doctores
tenent ſpecialiter Ambroſius in Quarto de ſacramentis .

## Diſcipulus

Quod autem in ſumptione debita huius ſacramenti ue/
nialia dimittãtur : ualde rationabile eſt . Sanguis eñi Chriſti
qui in hoc ſacramento realiter ſumitur : effuſus eſt in re/
miſſionem peccatorum . Scire tamen uellem cur mortalia
non dimittantur in tanto ſacramento in quo Chriſtus ple/
nus gratia realiter continetur cum tamen in ſacramento
baptiſmi in quo ſola uirtus Chriſti continetur non tan/
tum uenialia ſed etiam originale peccatum & omnia mor/
talia peccata dimittuntur : uidentur enim uerba Chriſti
ſonare de utroq̧ ſacramento q̧ omnia peccata in eis di/
mittantur ſicut enim de baptiſmo dixit Qui crediderit &
baptizatus fuerit ſaluus erit Mar . xvi capitulo per quod
intelligitur dimiſſio omnium peccatorum etiam mortalium
ſine quorum dimiſſione nullus ſaluatur ſic de ſacramento
euchariſtie dicit Iohannis . vi . Qui manducat hunc panẽ
uiuet ineternum . Vitam autem eternam nullus habet cum
peccato mortali Vnde tam per ratione q̃ per uerba Chriſti

uidetur q̧ etiam peccata mortalia in ſacramento euchariſtie
dimittuntur .

## Magiſter

Si bene conſideraſti predicta ex ipſis reſponſionem ha/
bebis ſufficientem Nam ſicut in refectione corporali di/
geſtiua totaliter corrupta nemo reficitur : ſed potius ex
cibo incurrit magnam leſionem docente ypocrate qui in
ſuis Alphoriſmis dicit Non pura habentes corpora quan/
tum magis nutriet magis ledet . Sic etiam contingit in
refectione ſpirituali quia cum exiſtens in mortali peccato
caritate caret que eſt digeſtiua ſpiritualis ut dictum eſt tunc
talis nedum non reficitur ſpiritualiter ſed nouum incurrit
graue peccatum Vnde Qui manducat & bibit indigne
iudicium ſibi manducat 2c primo Corinth . xi . Ille autem
qui hoc ſacramentum debite ſumit : oportet quod ſit in
caritate que non compatitur ſecum mortale peccatum : &
ſic taliter ſumens ſacramentum non habet mortalia que ei
dimittantur : & ideo ſolum dicitur dimittere uenialia Ver/
bum autem illum quod allegas ·ſ· Qui manducat hunc
panem uiuet ineternum : Intelligitur de manducatione
ſpirituali de qua ut ſupra Auguſtinus dicit Crede & man/
ducaſti quod intelligitur per fidem caritate formatam
Non autem intelligitur uerbum Chriſti ſupradictum de
manducatione ſacramentali tantum . Quequidem man/
ducatio etiam ab indignis qui iudicium ſibi manducant
fieri poſſet .

## Diſcipulus

Doce ulterius me rogo de ſimilitudine refectionum pre/
dictarum in aliis effectibus .

## Magiſter

Sicut in refectione corporali hominis non ſolum homo
reficitur ſed confortatur & in ſuo robore firmatur Vnde
pſalmiſta Panis cor hominis cõfirmat Sic in hac refectione

UNIVERSIDAD DE SALAMANCA

ſpirituali languor que ex diuturna abſentia diuine uiſionis in uiris iuſtis contingere conſueuit iuxta illud Canticorum ſecundo Fulcite me floribus quia amore langueo per debitum huius ſacramenti uſum roboratur & ideo in figura huius ſacramenti intelligitur illud tercio Regum . xix . ꝙ de Helia legitur .ſ. Et ambulauit in fortitudine cibi illius uſqꝫ ad montem dei . Item in refectione corporali contingit ꝙ in corpore bene diſpoſito refectione completa nedum quis reficitur ſed etiam impinguatur iuxta illud Gen . ult . Aſſer pinguis eſt panis eius ꝙ etiam contingit in refectiõe ſpirituali per hoc ſacramentum rite facta creſcit enim in ſic ſumente mentis deuotio que pinguedo ſpiritualis eſt ſecundum Hug . inquantum ariditatem anime quequidem indeuotio eſt expellit & ideo pſalmiſta cum dixiſſet Paraſti in conſpectu meo menſam & bene poteſt intelligi de altari in quo hoc ſacramẽtum celebratur que uera menſa domini eſt ſtatim ſubdit Impinguaſti in oleo caput meum quod intelligendum eſt de pinguedine deuotionis . Item ſicut in refectione potus materialis .ſ. uini cor letificatur iuxta illud uinum letificat cor hominis Sic huiuſmodi potum ſupracelestem debite ſumens magnam leticiam attingit ſpiritualem iuxta illud ſapientie Octauo Non habet amaritudinem conuerſatio illius . Item ſicut potum uini ſumentes ultra ſobrietatem ebrietatem incurrunt Sic & in hoc potu ſpirituali qui primos gradus caritatis .ſ. incipientium & proficientium tranſcendunt & caritatis perfectionem aliqualiter attingunt ebrietatem quandam incurrunt ſpiritualem . De qua Can . Quinto legitur Bibite & amici & inebriamini cariſſimi quaſi diceret uos qui eſtis amici .ſ. i primis gradibus caritatis conſtituti ſufficit uobis bibere ſed cariſſimi .ſ. in caritate perfecta inebriari debetis . Quequidem ebrietas ſpiritualis non eſt uicioſa ſed ualde laudabilis . Nam ſecundum Auguſtinum de agone Chriſtiano talis ebrietas mentem non euertit ſed ſenſum rapit . Intantum

quod omnium terrenorum obliuionem preſtat . De qua quidem ebrietate intelligi poteſt illud pſalmiſte Et calix meus inebrians quam preclarus eſt habet etiam iſte cibus celeſtis quendam effectum in quo excellit omnia refectiua corporalia Nam iſte cibus bene ſumentibus uitam eternã preſtat Iohannis Sexto Siquis manducauerit ex hoc pane uiuet ineternum . In quem effectum nullum aliorum reficientium participat etiam quo ad uitam corporalem .

## Diſcipulus

De ligno uite legitur Gen . Sexto quod qui cõmedit de eo uiuet ineternum . Ex quo patet ꝙ eſus ligni uite preſtare poterat uitam eternam .

## Magiſter

Secundum Auguſtinũ de queſtionibus noui & ueteris teſtamenti eſus ligni uite corruptionem inhibebat non tamen ſimpliciter preſtabat ĩmortalitatem . Virtus enim preſtandi uitam eternam eſt quodãmodo infinita & ſic pure creature que finita eſt non eſt cõmunicabilis .

## Capitulum Quartum In quo oſtenditur ꝙ effectus huius cibi ſupraceleſtis in ſpiritualibus aſſimilatur effectibus illius cibi celeſtis .ſ. manne in corporalibus .

## Diſcipulus

Satis habeo de ſimitudine effectus refectionis ſpiritualis ad effectus refectionis corporalis cõmuniter conſiderate : ſed quia refectio corporalis per cibum illum celeſtem a deo datum .ſ. manna excellentior conſideratur ꝙ̄ refectio corporalis cõmunis . Idcirco uellem ſcire ſi cibus iſte ſupraceleſtis in aliquibus effectibus ſeu proprietatibus aſſimiletur illi cibo celeſti .ſ. manne .

## Magiſter

Iſte cibus ſupraceleſtis non ſolum habet effectus ſpirituales correſpondentes effectibus cibi corporalis communis

VNiVERSIDAD DE SALAMANCA
GREDOS.USAL

ut dictum eſt ſed etiam habet effectus ſeu proprietates ſpirituales correſpondentes effectibus ſeu proprietatibus manne excellentiori modo De manna enim legitur Exo . x . Nec quod qui plus colligerat habuit amplius nec qui minus poterat congreganerunt prout tu ſupra allegaſti : cuius ſimile ſpirituali non contingit in hoc cibo ſuperna/turali ipſum debite ſumentibus Non enim quantitas ſpi/ritualis huius refectionis ex quantitate corporis Chriſti ſumpti accipitur cum eadem ſit quantitas corporis Chriſti indiuidualiter in omnibus ſumentibus Vt in tercia parte q . lxxix . Et ſic miraculoſius & excellentius de hoc cibo ſupraceleſti dicitur . Nec quod qui plus colligerat habuit amplius ꝛc̃ Similiter ſicut de manna dicitur Sapientie . xvi Quod omnes delectationes in ſe habebat & omnis ſaporis ſuauitatem ſic & perfectus diuini ſaporis multiplices & uarii a recte ſumente in hoc ſacro cibo guſtantur & licet in manna faſtidium ſeu nauſeam quandoqꝫ ſumentes incur/rebant iuxta illud Numeri . xxi . Anima noſtra nauſeat ſuper cibo iſto leniſſimo . In hoc tamen cibo ſupraceleſti nauſea nõ habet locũ in his qui debite ipſum ſumũt Vnde Bernardus in quadam Epiſtola notabiliter dicebat Mi/ror ſi ad guſtum cibi dulciſſimi nauſeas : ſi tamen guſtaſti q̃ dulcis eſt dominus aut certe non guſtaſti & neſcis quid ſapit Chriſtus & ſic non appetis inſpretus ac ſi guſtaſti & dulce non ſapit : ſanũ non habes palatum hec Bernardus nec ſolum nauſeam ſui ipſius huiuſmodi guſtus celeſtis non generat : ſed potius aliorum ſaporum faſtidium in bene guſtante procurat Vnde Criſo . ſuper Matheum Sicut qui precioſum manducauerit cibum huic eſca cõmunis ĩgrata uidetur . Sic qui ſemel dulcedinem Chriſti guſtauerit ter/renorum bonorum non multum de cetero ſentiet ſaporem iuxta illud ad Hebreos Sexto Impoſſibile eſt enim eos qui ſemel ſunt illuminati guſtauerunt nichilominus bonum dei uerbum uirtuteſqꝫ ſeculi uenturi & prolapſi ſunt reuocari

rurſum ad penitentiam rurſum crucifigentes ſibimetipſis filium dei ꝛc̃ Et hec tibi ſufficiant circa refectionem ſpiri/tualem cibi ſupraceleſtis ſubtiliora & alciora que circa hoc ſacramentum dicuntur parcioribus & magis perfectis ad preſens relinquendo .

**Capitulum** Quintum In quo ponitur admiratio diſcipuli circa ſacramentum altaris . Quequidem admira/tio ab infidelibus & contra fidem noſtram obloquẽtibus obici ſolet quam admirationem ibidem magiſter ſoluit ꝛc̃ .

## Diſcipulus

Non dubito ꝙ de hoc ſacramento alciora & profundi/ora tractantur a doctoribus ſanctis que ad me non perti/net de his ſcrutari propter mei intellectus imbecillitatem Vnum tamen a te querere uolo de quo ſepe audiui tam infideles q̃ hereticos obloquẽtes & de ueritate fidei noſtre deridentes in ipſorum pernicie tales enim me quotidie exprobrantes ſic dicunt . Dic nobis ubi eſt deus tuus Si enim bene ſcripturas ſcrutatus fueris ꝙ reperies per archã teſtamenti dei olim maxima miracula nedũ ſenſibilia ſed etiam ſic publica & toti populo patentia fiebant intantum ꝙ de talium miraculorum fama infideles terrebantur ui/dentes ad oculum diuinam potentiam in reuerentiã arche ſui federis relucentem quando enim populus iſraheliticus tranſiuit Iordanem pede ſicco ſacerdotibus tunc archam teſtamenti portantibus per Iordanem aque ſuperiores de/ſcendentes ſteterunt in uno loco ad inſtar montis intume/ſcentes . Inferiores uero uſqꝫ ad mare mortuum fluxerunt ſic ut totus populus iſraheliticus quaſi per aridam tranſiuit fluuio Iordanis ſic exiſtente donec predicti ſacerdotes cum archa alueum Iordanis exiuerunt quo facto Iordanus rediit in curſum ſuum . Quodquidem opus tam miraculoſum & tam publicum duo facit Vnũ .ſ. ꝙ filii iſrahel habuerunt in tanta reuerentia ipſum Ioſue qui hoc ex parte dei fieri

VNiVERSIDAD DE SALAMANCA
GREDOS.USAL

preceperat ſicut & Moyſen habuerunt . Aliud uero quod Reges amorreorum & chananeorum audientes tam mag/num & publicum miraculum terrore dei concuſſi non re/manſit in eis ſpiritus . Quequidem hiſtoria ad plenum habetur Ioſue tercio & quarto . Conſidera igitur aiunt iſti proterui ꝙ in huiuſmodi archa teſtamenti in qua non con/tinebatur deus realiter neqꝫ Chriſtus ſed ſolum tabule la/pidee precepta decalogi continentes & ſecundum quoſdã urna manne quam deus preceperat reſeruari in teſtimoniũ generationibus futuris ut habetur Exo . xvi . Similiter & uirga que floruit in domo leui de qua uirga habetur Nu . xvii . Si igitur per archam predicta corpora inanimata tantũmodo portatricem quantumcunqꝫ ſacra eſſent deus tam euidentia miracula & tam diuulgata & publica fecit in ipſius reuerentiam quid putas facere habuiſſet ſi in tuo ſacramento uerus deus ſeu Chriſtus realiter continentur : qui ſuper omnia in infinitum colendus & uenerandus eſt . Et non ſolum tempore Ioſue ſupradictũ miraculum deus fecit in uenerationem arche ſui teſtamenti ſed etiam tẽpore Samuelis cum archa domini fuit capta per Philiſteos & in Açoth deducta deus fecit iudicia in Açoth & in ydolũ eorum uſqꝫ ad hoc ꝙ Philiſtei miſerunt archam uſqꝫ ad terram iſrahel & non ſine magnis miraculis que ĩ qualibet manſione arche per deum fiebant uſqꝫ adhuc ꝙ in archa domini remanſit in Cariachiarim per aliquos annos que hiſtoria habetur per extenſum primo Regum Quinto capi/tulo & Sexto . Item ꝙ Dauid fecit portare archam domini ſupradictam de domo Aminadab que erat in Gabaab uſqꝫ ad domum Obethedom quia Oça extendit manum ſuam & tetigit archam domini temerarie | percuſſus eſt a domino ſic ut illico moreretur Vt habetur Secundo Regũ Sexto . Cum igitur deus ut archa ſui teſtamenti reuerenter haberetur tam e fidelibus q̃ etiam ab infidelibus tam mag/na miracula & euidentia atqꝫ publica olim faciebat ; quid

extimandum eſt ꝙ deus faceret ſi in ſacramento tuo ipſius diuinitas incarnata contineretur Vel etiam ipſe Chriſtus dei benedictus cum tamen nulla talia miracula nec etiam ſimilia per ipſum ſacramentum apud fideles hoc credentes nec etiam apud infideles hoc negantes uidemus fieri : ſed potius oppoſitum . Sepe enim contingit ꝙ cum Sarraceni per armorum potentiam aliquas terras Chriſtianorum deuaſtare contingit altaria cum iſto ſacramento diſrũpunt nichil uidentes propter quod timere debebant ne talia au/deant facere . Ex quo quilibet ſenſatus credere debet ꝙ in tuo ſacramento non deus continetur neqꝫ Chriſtus ſicut Chriſtiani aſſeritis : ſed ſolum ſubſtantia panis & uini que ibi ſenſibiliter apparet que pura creatura eſt non enim a breuiata eſt manus domini preſenti tempore ſic ut non oſtenderet hanc ueritatem palam & publice per ſigna atqꝫ portenta ſenſibilia toti uniuerſo ſicut alias per archa teſta/menti facere conſueuit . Hec & ſimilia ſepe ab infidelibus & hereticis audiueram . Ex quibus licet fides mea non pa/titur ex ſuis dictis detrimentum benedictus deus confrin/gũtur tamen oſſa mea predicta obprobria que alias audiui reminiſcens & factus ſum ſicut ſurdus non audiens & non habens in ore ſuo redargutiones . Quapropter ualde de/ſidero ut me circa hec ſic diuina gratia cooperãte illumines ut reſpondere poſſim exprobrantibus uerbum .

### Magiſter

Ad tuam admirationem in hac parte tollendam & os loquentium iniqua obſtruendum conſiderare debes ꝙ miracula diuina que ſupra curſum nature a deo inſtitute uirtute diuina fiunt ſe habent quantum ad eorum proxi/mos fines in duplici differentia . Quedam enim eorum ſunt a deo ordinata ad fidei comprobationem ſicut de pri/mis ſignis ſeu miraculis quod deus fecit per Moyſen corã populo de Conuerſione Virge incolubrem & econtra & de manu leproſa & ſana . Quequidem miracula corã populo

VNiVERSIDAD DE SALAMANCA
GREDOS.USAL

facta ſunt ad fidem in eis cauſandam ſeu comprobandum Vnde Exo. Quarto cum dixiſſet & fecit ſigna .ſ. predicta coram populo ſequitur ſtatim credidit populus Similiter ex diuiſione maris rubri & egiptiorum ſubmerſione uiſa per populum iſrabeliticum ſecutum eſt ꝙ populus credidit domino & Moyſi ſeruo eius Exo. xiiii. capitulo & ſic de quāplurimis miraculis ueteris teſtamenti que a deo fu/erunt ordinata ut fides eius in cordibus populi cauſaretur ſeu confirmaretur. Quequidem miracula oportuit eſſe manifeſta toti populo Vnde Deutro. ultimo cōmendatur Moyſes de ſignis & portentis que Moyſes diuina aucto/ritate fecit coram uniuerſo iſrabel. Quedam uero ſunt di/uina miracula que non ad fidem cauſandam ſeu roboran/dam a deo facta ſunt: ſed potius ut credēdo talia miracula que occulta ſunt & omnino abſcondita fideles mereantur. Vnde huiuſmodi miracula non diſpoſuit deus eſſe mani/feſta per ſenſum ſeu naturalem cognitionem ſed occulta ut eorum fides meritoria eſſet. Quequidem miracula .ſ. occulta & abſcondita precipue fuerunt in nouo teſtamento In cuius tempore fides credentium cōmuniter ualidior fuit ut eſt miraculū uirginei partus & dominice reſurrectionis Quequidem miracula per fidem ſolum proprie cognoſcū/tur & eorum occultatio a quacunqꝫ noſtra cognitione na/turali noſtrum meritū efficit uel auget. Vnde de reſurrecti/one domini legitur Iohannis. xx. capitulo Beati qui me non uiderunt & crediderunt & de iſto modo miraculorum .ſ. occultorum tenendum eſt eſſe ſacramentum altaris Vt in tercia parte Queſtione. xxviii. Non enim hoc ſacramentū fuit inſtitutum ad hoc ut ſacramento uiſo populus crederet ſed ut credendo ueritatem huius ſacramenti merito profi/ceret Vnde Auguſtinus ut ſupra allegatum eſt de hoc ſa/cramento dicit Crede & manducaſti. Et ideo quanta mira/cula in hoc ſacramēto cōtenta que maxima ſunt occultiora ſunt & nec abintus uel ab extra uiſibiliter circa ipſum

ſacramentū nulla miracula apparent tantum in nobis auget meritum. Vnde nullum inconueniens ſequitur nec admi/ratione dignum ex hoc ꝙ publica ſeu uiſibilia miracula non fiunt cōmuniter circa hoc ſacramentum ſicut olim fieri con/ſueuerunt circa archam teſtamenti dei prout tu allegaſti. Ibi enim miracula ordinabantur ad fidelium fidem con/firmandam ſeu cauſandam & quandoqꝫ ad infidelium fidē terrorem incuciendum. Hic autem queruntur miracula ad meritum credentium augendum Quodquidem meritum euacuaretur uel ſaltē diminuetur ſi talia ſigna apparerent.

**Capitulum** Sextum In quo redditur ratio quare circa hoc ſacramentum non fiunt frequenter uiſibilia miracula ſicut olim fiebant circa archam teſtamenti & huiuſmodi.

### Diſcipulus

Audiui ꝙ legitur in nōnullis hiſtorialibus antiquis libris ꝙ quandoqꝫ in ſacramento altaris apparet forma pueri uel caro uel ſanguis que ſunt ſigna uiſibilia que nō credūtur a deo fieri ut fides huius ſacramenti in cordibus fidelium magis firmetur quod uidetur facere contra te.

### Magiſter

Verum eſt ꝙ talia ſeu ſimilia dicuntur eſſe facta quā/doqꝫ circa ſacramentum altaris: ſed talia non dicuntur facta fuiſſe ſic cōmuniter & publice ſicut miracula que alle/gaſti circa archam teſtamenti Vnde non uidētur talia apud eccleſiam uniuerſalem ſolempniçari: ſed forte priuatim in aliquibus particularibus eccleſiis: quia non fiunt niſi raro quo ad certas perſonas quibus deus qui uniuerſas mentiū cogitationes intelligit ſingulari modo ſingulis prouidet ſecundum dictamen diuine ſapientie a quibus non eſt tra/henda q̄ in uniuerſali.

### Diſcipulus

Et ſi talia miracula frequenter non debeant fieri in hoc

VNiVERSIDAD DE SALAMANCA
GREDOS.USAL

ſacramento publice & cõmuniter ne fidelium meritum diminuatur ut dicis : congruum tamen uideretur ut fierent saltẽ ad terrorem infidelium cauſandum prout legitur in ſupra allegatis hiſtoriis primo libro Regum Quinto capitulo & Sexto de Philiſteis miracula facta circa archam teſtamenti uidentibus qui terrore diuino non modico ſunt concuſſi quod ad diuinum pertinet honorem iuxta illud pſalmi . Timebunt gentes nomen tuum domine & omnes Reges terre gloriam tuam .

## Magiſter

Si bene conſideras finem inſtitutionis huius ſacramenti tam proximum q̃ ultimum certe reperies ꝙ quanto miracula huius ſacramenti occulciora ſunt tanq̃ magis ad utrunq; finem ipſius ſacramenti congruunt . Primum patet ſic Nam inſtitutio huius ſacramenti ordinata eſt ad uitã ſpiritualem & eternam rite ſumentibus conferendam iuxta illud Qui manducat hunc panem uiuet ineternum Iohan . Sexto & iſte eſt finis proximus iſtius inſtitutionis . Cõſtat autem ꝙ ex occulcatione miraculorum huius ſacramenti meritum accreſcit in cordibus fidelium inquantum non ex uiſis miraculis in eodem ſupernaturaliter factis ſume ueritati adherent per ueram fidem : ſed nullis miraculis in eo uiſis ex ſola diuina auctoritate oppoſitum credunt eorum que uidentur : Ille enim qui ex ſola auctoritate ſeu inſpiratione diuina credit illud ꝙ diuinitus reuelatur : etiam ſi ſenſibiliter appareat oppoſitum maioris meriti eſt q̃ illi qui non ex ſola auctoritate diuina ſeu inſpiratione ſed ex quibuſdam ſignis ſenſibilibus miraculoſe factis credit Vnde Iohan . xx . capitulo Beati qui me non uiderunt & crediderunt . Secundum patet nam finis ultimus tam huiuſmodi ſacramenti q̃ omnium que a deo facta ſunt ad dei gloriam tanq̃ in ultimum finem ordinantur iuxta illud yſa . xliiii . capitulo Omne quod inuocatum eſt nomine meo ad meam gloriã creaui eum formaui atq; feci . Cõſtat

autem ꝙ ſicut gloria dei ſepe in publica ſuorum miraculorum manifeſtatione omnibus innoteſcit ſicut patet in miraculis antiqui teſtamenti & in quãplurimis miraculis teſtamenti noui ſic quandoq; in occultatione diuinorum miraculorum ipſius dei gloria ſeu honor in cordibus fidelium augetur Legitur enim Prouerbiorum . xxv . gloria dei eſt celare uerbum & gloria Regum inueſtigare ſermonem . Quequidem uerba Sapientis licet a diuerſis diuerſimode exponuntur : applicantur tamen ſecundum eorum planum ſenſum in proſito ſic . Nam ſicut Reges inueſtigando ea que ſunt cõmuniter hominibus occultam ſuam oſtendunt ſapientiam ex quo gloria eorum accreſcit . Sicut patet de Salomone qui cauſam occultam mulierum coram ipſo ad iudicium uenientium inueſtigauit de eo legitur . Audiuit itaq; omnis iſrahel iudicium quod iudicaſſet & timuerunt Regem uidentes ſapientiam dei eſſe in eo tercio Regum Tercio capitulo Sic ad gloriam dei non nunq̃ pertinet quod illud quod eſt in ſe ueriſſimum occultetur ſeu celetur intantum quod nullo modo a naturali cognitiõe humana inueſtigari poſſet ꝙ manifeſte contingit in hoc ſacramento in quo per nullum ſenſum nec etiam intellectum naturalem humanum cognoſci poſſunt ea que miraculoſe in eo continentur niſi ſolum per cognitionem ſupernaturalem a deo infuſam .ſ. per fidem & ſic proprie de hac occultatione intelligi poteſt predictum uerbum .ſ. gloria dei eſt celare uerbum . In hoc enim ſacramento proprie celatur ſeu occultatur uerbum increatum De quo Iohan . primo In principio erat uerbum ꝛc̃ de quaquidem occultatione expreſſe habetur yſa . xlv . capitulo ubi dicitur Vere tu es deus abſconditus : deus iſrahel ſaluator . Ibi enim propheta loquitur de uocatione gentium ad cognitionem Chriſti tũc futuram de qua dicit ſtatim ſupra uiri ſublimes ad te tranſibunt & tui erunt & te adorabunt teq; precabuntur . Et ut declararet ꝙ gentiles ſic uenientes ad cognitionẽ Chriſti

VNIVERSIDAD DE SALAMANCA
GREDOS.USAL

negaturi erant ſuos deos falſos . Sequitur ſtatim eorum
confeſſio ſic dicentium Tantum in te eſt deus & non eſt
abſcꝫ te deus ſimpliciter ut propheta oſtenderet ꝙ gentiles
ad fidem Chriſti uenturi non cognoſcerent eum in propria
ſpecie : ſed ipſum cognoſcerent per fidem ſub aliis ſpecie-
bus abſconditũ ſtatim ſubdit in perſona gentiũ . Vere tu es
deus abſconditus deus iſrahel ſaluator qui proprie cõpetit
propoſito : ſi autem circa hoc ſacramentum fierent miracu-
la publice manifeſtata etiam coram infidelibus ſicut illa
que allegas que fieri conſueuerunt circa archam teſtamenti
in proprie dicerent gentiles ad cognitionem Chriſti in hoc
ſacramento uenientes Vere tu es deus abſconditus ſanctus
iſrahel ſaluator . Non enim eſt abſconditus deus cum per
opera miraculoſa publice manifeſtatur . Vnde ex hac occul-
tatione ſeu abſconſione recte conſiderata magna dulcedo
deuotionis in mentibus contemplantium ſane huius mi-
ſteria ſacramenti ſentiri debet Iuxta illud pſalmiſte . Quam
magna multitudo dulcedinis tue domine quam abſcõdiſti
timentibus te ꝙ poteſt intelligi de magnitudine dulciſſime
deuotionis ſeu contemplationis quam rite hoc ſacramentũ
ſpiritualiter ſumentes in ſuo guſtu ſpirituali ſentiunt .

**Capitulum** Septimum In quo oſtendit ꝙ ex occulta-
tione maximorum miraculorum que in hoc ſacramento
continentur dulcedo ſpiritualis in mente debite ſumenti-
um accreſcit .

## Diſcipulus

Peto ut michi declares aliquid ulterius de huiuſmodi
dulcedine deuotionis ſeu contemplationis q̃ hoc ſacramẽtũ
rite ſumẽtes ſeu cõtẽplantes ſentiũt Hoc enĩ maxime in me
ipſo experiri deſidero ut poſſẽ dicere Sub ũbra illius q̃ deſi-
derabã ſedi & fructus eius dulcis eſt gutturi meo Can . ii . c

## Magiſter

Deſiderium tuum in hac parte bonum eſt & a ſolo illo
ſpectandum eſt impleri de legitur in pſalmo Qui replet in
bonis deſiderium tuum . Verba etiam illa que allegas que
in Canticis continentur uerba ſponſe Chriſti . Que quidem
ſponſa eſt ipſa eccleſia dicit enim anima fidelis deuota que-
quidem uerba ſunt ad propoſitũ ſatis uidẽtur applicabilia
Vnde gloſa ibidem ſic dicit quaſi ab eſtu deſideriorum
carnalium ſub umbra illius ·i· ſub eius protectione requi-
eui & poſtq̃ protexit me umbra fructu eius ſaturata ſum ·i·
celeſti dulcedine eius uel corpore ſuo hec in gloſa . Ad ul-
teriorem autem declarationem quam a me petis circa mag-
nitudinem dulcedinis que ex occultatione ſeu abſconſione
ueritatis rei huius ſacramenti in mentibus rite ſumentium
ſeu contemplantium ſentitur ſeu ſpiritualiter guſtatur mul-
ta alte conſiderationis eſſent introducenda que forte huius
tractatus ueritatem & incipientium capacitatem excederẽt
condeſcendendo tamen ad tue petitionis affectum aliqua-
liter ſatiſfaciendum conſiderare debes ꝙ dulcedo in ſpiri-
tualibus intelligitur quodãmodo ad ſimilitudinem dulce-
dinis corporalis . Vnde ſicut inter ſapores ſpirituales ſua-
uior eſt ille qui de ſũmo intelligibili ſeu credibili ·ſ· de ipſo
deo recte accipitur . Vnde pſalmiſta de eloquiis diuinis
dicit eſſe dulciora ſuper mel & fauum cum igitur in hoc ſa-
cramento non ſolum diuina eloquia ab hominibus pro-
lata : ſed etiam ipſum uerbum dei quod ſemel locutus eſt
realiter continetur . Sequitur ꝙ eius ſpiritualis perceptio
ſeu manducatio ſuauiſſima ſit atcꝫ ſpiritualiter dulciſſima .
Et ideo eccleſia in officio inſtitutionis huius ſacramenti le-
git ſuauitatem huius ſacramenti nullus exprimere ſuffi-
cit : per quod ſpiritualis dulcedo in ſuo fonte guſtatur .
Et ultra hoc conſidera ꝙ hec dulcedo ſeu delectatio ſpiritu-
alis in ſumente diſpoſito augetur ex abſconſione ſeu occul-
tatione in eo contentorum quod ſic patet Nam admiratio
ſecundum philoſophum in primo Rethorice eſt dulcedinis
cauſa & propter hoc omnia mirabilia delectabilia ſunt .

VNiVERSIDAD DE SALAMANCA
GREDOS.USAL.ES

## Diſcipulus

Similiter & omnes repreſentationes rerum etiam non de/
lectabilium cauſant delectationem . Cum igitur in hoc
ſacramento tot mirabilia continentur non ſolum ſuper
omnem naturalem facultatem : ſed etiam ſuper naturalem
intellectum humanum utpote ꝙ Chriſtus deus & homo
perfectus ſub modici panis ſpecie continetur : Similiter &
ꝙ diuiſio ſacramenti ſub qualibet diuiſionis particula per/
ſeuerat totus Chriſtus : Similiter ꝙ accidentia que de ſui
natura non habent eſſe ſed ſolum ineſſe ſine ſubiecto tamē
in eodem ſacramēto realiter exiſtunt & ſic de aliis maximis
mirabilibus que in hoc ſacramento conſiderari poſſunt .
Quequidem admiratio maxima eſt cui nulla equalis forte
eſſe poteſt ex qua admiratione merito maxima delectatio
ſpiritualis ſeu dulcedo cauſari debet : & ideo de tali dulce/
dine proprie poteſt intelligi illud pſalmiſte ſupra allegatū
.ſ. Quam magna multitudo dulcedinis tue domine quam
abſcondiſti ꝛc̃ Abſconditur enim in hoc ſacramento mul/
titudo mirabilium que dulcedinum multitudines cauſant
ut dictum eſt .

## Diſcipulus

Licet uerum eſt ꝙ admirationes cauſant delectationes
ſeu dulcedines : hoc tamen uidetur uerum cum ipſa mira/
bilia magna uidentur ſenſibiliter ſeu ſentiuntur . De qui/
bus ut credo loquitur philoſophus in ſua Rethorica . In
his autem que non uidentur ſeu ſentiuntur ſed ſolum cre/
duntur : non uidetur habere locum ꝙ admiratio ſit cauſa
delectationis : cum enim in hoc ſacramento panis conſe/
cratus talis omnino ſe offert ſenſibus poſt conſecrationem
ſicut ante nichil admiratione dignum in ſacramento uide/
tur ſeu ſentitur & ſic non habet locum admratio nec per/
conſequens delectatio ab admiratione cauſata .

## Magiſter

Ille qui habet uerā fidē prime ueritati innititur īcredēdis
qui nullo modo falli poteſt & ideo ſecundum hoc talis
firmius & certius adheret his que per fidem cognoſcit quā
his qui ſunt per ſenſum ſeu intellectum naturalem cognita
que quandoq; fallibilia ſunt ut in Secunda Secunde Que/
ſtione Quarta . Et ideo uerus fidelis qui firmiſſime credit
abſq; ulla dubitatione Chriſtum eſſe ſub hoc ſacramento
oportet ꝙ admiretur non ſolum de hoc ꝙ totus Chriſtus
in eodem ſacramento continetur : ſed etiam de hoc ꝙ totus
Chriſtus non apparet ibi ſub propria ſpecie ſed eſt ſub ali/
enis ſpeciebus abſconditus . Quequidem admiratio ma/
nifeſte eſt delectationis cauſatiua ut dictum eſt non minus
quā in illo qui per ſenſum uel intellectū naturalem aliquid
cognoſcit cuius cauſam ignorat . Et ultra hoc conſidera ꝙ
in admiratione ſemper eſt deſiderium quoddam ſciendi de
quo admiratur & ſi illud eſt in ſe deſiderabile ad optinen/
dum ſic in tali admiratione eſt deſideriū conſequendi illud
de quo admiratur quodquidem deſiderium ex ſpe conſe/
quēdi eſt delectabile ut in prima Secūde queſtione . xxxii .
Et quia hec admiratio habet adiunctam ſpem conſequendi
cognitionem perfectam eius ꝙ ſcire deſiderat Similiter &
adeptionem illius quantum ſibi poſſile eſt ideo bene appli/
cantur recte ſumenti hoc ſacramentum uerba ſponſe per te
allegata .ſ. Sub umbra illius quem conſiderabam ſedi Vm/
bra enim ſol ſeu corpus lucidum obumbrat ſeu abſcondit
Sic accidentia quodāmodo occultāt ſeu obumbrāt corpus
Chriſti in ſacramento exiſtens ſi illud ſit occultum ſeu ob/
umbratum ſponſa deſiderat ut dictum eſt . Et quia fructū
illius deſiderati in gutture ſuo dulcem ſentit ideo ſubdit .
Et fructus eius dulcis in gutture meo . Fructus enim re/
demptionis per Chriſtum facte in hoc ſacramento ſpiritu/
aliter ſumpto ſentitur inquantum talis ſumens non niſi
per fidem per quam ſenſibilibus credenda incertitudine
prefert : hoc facit ſimiliter & per ueram ſpem que beatitu/
dinem futurā ex gratia & meritis certitudinaliter ſpectat :

VNiVERSIDAD DE SALAMANCA
GREDOS.USAL.ES

Similiter & per caritatem que unionem miſticam inter nutritum & nutrientem efficit. Quequidem tria ad manducationem ſpiritualem requiruntur ut ſupra dictum eſt. Conſtat autem ꝙ caritas inſeparabilis eſt ab ipſa gratia gratificante ut in prima Secunde queſtione. cx. Et ideo in manducatione ſpirituali huius ſacramẽti mens ſumẽtis gratia impletur & hic eſt fructus redemptionis Chriſti ꝙ debite uenerans iſtud ſacramentum ſentire habet pro eccleſia in collectat erat ſic dicens Ita nos corporis & ſanguinis tui ſacra miſteria uenerari ut redẽptionis tue fructus in nobis iugiter ſentiamus. Et ipſa eſt propria dulcedo ſpiritualis abſcondita de qua ut ſupra Quam magna multitudo dulcedinis tue quam abſcondiſti.

## Capitulum

Octauum In quo oſtenditur ꝙ licet in hoc ſacramento memoria paſſionis Chriſti celebratur nichilominus dulcedo ſeu delectatio ſpiritualis in recte ipſum ſumente cauſatur.

### Diſcipulus

Placent michi ea que dicis circa dulcedinem huius ſacramenti: ſed eſt unum ꝙ animum meum incontrarium mouet & eſt hoc. Conſtat autem ꝙ hoc ſacramentum inſtitutum fuit a Chriſto in memoriam ſue paſſionis iuxta Luce. xxii. capitulo Hoc facite in meam cõmemorationẽ. Vnde & in collecta quã allegaſti dicitur. Deus qui nobis ſub ſacramento mirabili paſſionis tue memoriam reliquiſti Memoria autem paſſionis nullo modo dicenda uidetur dulcis ſeu delectabilis ſed potius amara Vnde Eccleſiaſtici xl. capitulo O mors quam amara eſt memoria tua Exquo uidetur ſequi ꝙ in hoc ſacramento non eſt delectabilis dulcedo ſpiritualis: ſed potius memoria paſſionis ſupradicte que eſt triſtabilis & amara.

### Magiſter

Licet triſticia ſecundum ſe cõmuniter non ſit delectabilis poſſet tamen eſſe cauſa delectationis dupliciter Vno modo ſecundum quod eſt in actu inquantum facit memoriam rei dilecte de cuius abſentia aliquis triſtatur & tamẽ de ſola eius apprehenſione delectatur Vnde & in officio de corpore Chriſti legitur ab eccleſia ꝙ iſtud ſacramentum fidelibus eſt de abſentia Chriſti ſolacium ſingulare. Alio modo triſticia poteſt eſſe cauſa delectationis ſecundum quod eſt in memoria propter ſubſequentem euaſionem Vnde ſecundũ ꝙ homo apprehendit ſe ab aliquibus triſtibus & doloroſis euaſiſſe accreſcit ei gaudii materia & ideo quia per memoriam paſſionis Chriſti fidelis credit ſe euaſiſſe ab eternis ſuppliciis. Idcirco per hanc memoriam debet in eo accreſcere maximi gaudii materia eo ꝙ propter triumphum Chriſti in ſua paſſione liberati ſumus ab eternis ſuppliciis. Vnde Auguſtinus in Octauo confeſſionum dicit ꝙ quanto magis fuit periculum in prelio tanto magis erit gaudium in triumpho. Conſiderantur etiam in hoc ſacramento quedam repreſentationes abſcondite que ſunt maxime delectabiles & perconſequens dulciſſime.

## Capitulum

Nonum In quo redditur ratio quare repreſentationes cõmuniter ſunt delectabiles & conſequẽter oſtenditur ꝙ repreſentationes in hoc ſacramento abſcondite in rite ſumente ſunt maxime delectationis ſeu dulcedinis ſpiritualis.

### Diſcipulus

Peto ut michi declares primo repreſentationes rerũ que ſunt delectabiles: & deinde que ſunt ille repreſentationes abſcondite que in hoc ſacramento conſiderantur que ſunt maxime delectationis & dulcedinis ut dicis.

### Magiſter

Secundum philoſophum in primo Rethorice omnes repreſentationes rerum ſunt delectabiles & etiam illarum rerum que in ſe non habent rationem delectationis ſicut

VNIVERSIDAD DE SALAMANCA
GREDOS.USAL.ES

cum aliquis homo per imitationem repreſentat equum uel
aliquod animal eſt quoddam iocoſum & delectabile & ſic
de ſimilibus repreſentationibus imitatiuis & aliis cuius
ratio eſt quia gaudet anima in collatione unius ad alterum
conferre enim unum alteri eſt proprius & naturalis actus
rationis ut philoſophus dicit in ſua poetria Vnumquodꝙ
autē in ſua operatione non impedita delectatur ut in . vii .
& decimo Ethicorum .

## Diſcipulus

Intelligo quod dicis circa primū ·ſ· quare repreſētationes
ſunt delectabiles ſed peto ut ſecūdū michi declares ·ſ· quo/
modo in hoc ſacramēto cōſiderātur alique repn̄tationes ab/
ſcōdite que ut dicis ſūt maxime delectatiōis ſeu dulcedinis.

## Magiſter

In hoc ſacramento recolitur ſeu repreſentatur memoria
paſſionis Christi ut dictum eſt Similiter & in eodem repre/
ſentatur ſeu prefiguratur beata fruitio in qua anima beata
diuina fruitione repletur Vnde & in ultima collecta officii
de corpore Chriſti dicitur . Fac nos domine diuinitatis tue
perpetua fruitione repleri quā preciosi corporis & ſanguinis
tui corporalis perceptio prefigurat . Et ſic patet ꝙ ſicut in
hoc ſacramēto recolitur ſeu repreſentatur per modum me/
morie preteritorum paſſio Chriſti ſic in eodē repreſentatur
per modum prefigurationis futura fruitio beata & ſic ſunt
ibi due repn̄tationes que ſunt cauſe delectationis & quia
iſta repreſentata ſecundum ſe ſunt maxime dulcedinis . In
primo enim repreſentatur ſūmum meritum totius generis
humani ·ſ· paſſio Chriſti . In ſecūdo uero repreſentatur ſeu
prefiguratut ſūmū premiū ·ſ· fruitio beata conſequēs eſt ꝙ
iſte repn̄tationes nō ſolū ſint delectabiles inquātū repn̄ta/
tiones ſed & maxime delectatiōis ſeu dulcedinis ex parte re/
pn̄tatarū Quequidē inquātū abſcōdita dulciora reddūtur .
iuxta illud Prouer . ix . ca . Panis abſconditus ſuauior eſt .

## Capitulum decimum

Capitulum decimum In quo preponitur quedā alia
admiratio a diſcipulo circa hoc ſacramentum pro ut eſt ſa/
crifitium & ibidem ſoluitur a magiſtro .

## Diſcipulus

Placent michi ratiōes tue per quas michi oſtēdis quare
miracula contenta in hoc ſacramēto ſeu ea que in ipſo ſunt
repreſentata ſunt abſcōdita & etiam quare circa illud com/
muniter non fiunt publica miracula ſicut olim circa ar/
cham federis . ue . te . fieri conſueuerēt quas quidē rationes
credo eſſe ſufficiētes ad obſcurandum os loquētium iniqua
Sed ad huc unum eſt ualde mirabile ī oculis meis ·ſ· quod
in ſacrificiis antiqui teſtamenti que ex carnibus animaliū
occiſorum fiebant Vt patet leuitici primo capitulo & in
pluribus locis tamē ad eorum reuerentiā & potius ipſius
dei cui offerebantur non erat licitum ipſa offerri niſi tantū
in templo dei ꝙ erat unicū & non in alio loco . Vnde deut .
xii . capitulo Caue ne offeras holocauſta tua in omni loco
quē uideris ſed in eo quē elegerit dominus in unam tribū
tuarum offeras hoſtias zc̄ . Cum aūt hoc ſacramentū aperi/
tis audiui ſit ſacrificiū ꝙ qdē ſacrifitiū ī īfinitū ſeu īcōperabi/
liter ſacrifitia ātiqua ī dignitate & excellētia excedit uideretur
ad ipſius reuerētiam pertinere ut nō offerretur niſi tantū in/
unico loco ꝙ etiā eſſet magis conforme huic ꝙ ipſe chri/
ſtus cuius paſſionis memoria in hoc ſacramēto celebratur
nō niſi in uno loco per ſuā paſſionem oblatus eſt . Conſtat
enim ꝙ chriſtus uenit ad implēdum legē ut habetur Math.
V. capitulo Que quidem impletio & ſi intelligatur ſolum ī
moralibus non autem in cerimonialibus ſeu iudicialibus
ſicut ſupra ī prima parte . di . viii . ē tractatū quia ratione ſa/
crifitia ueteris legis que cerimonialia erāt tempore noue legis
euacuata ſunt illa tamen que ad ſacrifitiorū uenerationem
ſeu reuerentiam pertinere uidentur de dictamine naturalis
rationis eſſe dinoſcuntur & per cōſequēs tanquam moralia

VNIVERSIDAD DE SALAMANCA GREDOS

in noua lege dominare debēt cuius oppoſitum uideo in ec/
cleſia ſancta dei exerceri . offertur enim hoc ſacratiſſimum
ſacrifitium in omni loco indiſtincte ꝙ uidetur eſſe quodā/
modo contra ipſius uenerationem ut dictum eſt .

### Magiſter

In hac tua admiratione preſupponis quedam uera ut cū
dicis ꝙ hoc ſacramentum eſt ſacrificium quod uerum eſt
Nam non ſolum hoc ſacramentum nominatur uiaticum
ratiōe refectionis ſpiritualis ut dictum eſt ſed etiam nomi/
natur ſacrifitium . In eo enim repreſētatur paſſio chriſti que
ſūmum & acceptiſſimum ſacrificium ueſpertinum dinoſci/
tur quod quidem ſacrifitium in infinitum excedit cetera
ſacrifitia ut dicis . Preſupponis etiam ꝙ ſacrifitia antiqua
non niſi in unico loco offerri debebant ꝙ uerum eſt pre/
ſertim poſt edifficacionem templi . Preſupponis etiam quod
chriſtus uenit ad implendum legem ꝙ uerum eſt pro ut ip/
ſe teſtatur in euangelio pro ut tu allegaſti / Sed ex predictis
non concludis intentum . ſ . ꝙ hoc ſacro ſanctum ſacrificium
non debet offerri niſi in unico loco / Hoc enim non eſt de
dictamine naturalis rationis pro ut tu extimas ſed ſecun/
dum ꝙ deus ubiq; eſt & ubiq; dominatur ubiq; ei poteſt
ſacrificium offerri . Vnde & Exo . xx . capitulo poſt dacio/
nem legis decalogi ubi primo fit mentio de ſacrificiis deo
offerendis ſic legitur / altare de terra facietis michi & offere/
tis ſuper eo holocauſta & pacifica ueſtra oues ueſtras & bo/
ues in omni loco in quo memoria fuerit nominis mei ue/
niam ate & benedicam tibi . Ex quo patet ꝙ etiam de lege
diuina primo nō fuit probibitū ꝙ ī omni loco offerrētur ſa/
crificia ſed hoc fuit tantū durante templo ordinatum ut ab
ydolatra probiberentur uel etiam exiſtente tabernaculo in/
deſerto oportebat ratione predicta ut ad hoſtium taberna/
culi preſentarentur ſacrificia Vt habetur leuitici xvii . Tem/
pore autem noue legis quando per orbem terrarum fides
chriſti diuulgata eſt ubiq; conuenit ſacrificare deo . Iuxta
illud Malach . primo capitulo ab ortu enim ſolis uſq; ad
occaſum magnum eſt nomen meum in gentibus & ī om/
ni loco ſacrificatur & offertur nomini meo oblatio munda
quia magnum eſt nomen meum in gentibus . Huius enim
ratio manifeſta eſt . Nam ſicut cum lex diuina uni tantum
genti dabatur . ſ . iſrabelitice unicum templum tantum aſſig/
nabatur a deo ſacrificandum : Sic cum lex diuina āpliata
eſt ad omnes gentes cogruum eſt ut in omni loco deo dica/
to licet ipſi deo ſacrificare Vnde de hoc admirari nō debes
Sed quia in hac tua admiratione tetigiſti aliquid de imple/
cione diuine legis per chriſtum Idcirco tibi oſtendam ꝙ ī
huiuſmodi ſacro ſancti ſacrificii inſtitutione chriſtus excel/
lenter legem impleuit .

**Capitulum xi** . In quo declaratur quod tripliciter ī/
telligi debet impletio legis per chriſtum & ꝙ chriſtus legē
impleuit in inſtitutione huius ſacramenti pro ut eſt ſacrifi/
cium & ibidem tractatur de triplici cauſa ſacrificiorū anti/
que legis de erroris . Ra . Moy . circa reddendam cauſam
ſacrifitiorū .

### Diſcipulus

De hac ualde deſiderio informari . non enim uideo hoc
ſacrificium in aliquo conformari ſacrificiis antique legis .
Vnde nec intelligo quomodo in eodē chriſtus legē īpleuit .

### Magiſter

Circa hoc attendere debes ꝙ chriſtus multipliciter legem
impleuit & ſpiritualiter tribus modis quoꝝ duo ponūtur
in glo . ſuper illud uerbū ſupra allegatū . Non ueni ſoluere
legem ſed adimplere . Mat . v . capitulo . Vbi glo . ſic dicit
impleuit chriſtus legem faciendo quod iubet / uel ſupplēdo
ꝙ deerat . Tercius autem modus eſt cum illa que prophe/
tice de chriſto dicebantur futura chriſtus in ſuo aduentu ī/
pleuit ut cum dicitur de introitu chriſti in iheruſalē hoc totū
factum eſt ut adimpleretur ꝙ dictum eſt per prophetam .

VNIVERSIDAD DE SALAMANCA
GREDOS.USAL

Exulta ſatis filia ſyon 2c̈ Math xxi . & ad iſtũ tercũ mo/
dũ reduci poteſt illud ꝙ per uarias figuras ſignificabatur
futurum in chriſto que omnia per ipſum ſeu in ipſo fuerũt
impleta quequidem triplex impletio manifeſte apparet in
inſtitutione huius ſacramẽti quod eſt uerum ſacrificium ut
dictum eſt In hoc enim impleuit chriſtus legem . Primo
modo ·ſ· faciendo ꝙ iubet Nam oblatio ſacrificiorũ eſt de
iure naturali pro ut in ſecunda ſecunde . q . lxxxv . Et inde
eſt ꝙ in qualibet etate & apud quaſlibet hominum natiões
ſemper fuit aliqua ſacrifitiorum oblacio ꝙ autẽ eſt apud
omnes naturale eſt . Huius autem ratio eſt Nam ſicut ĩ re/
bus naturalibus ĩferiora naturaliter ſuis ſuperioribus ſub/
duntur Ita etiã naturalis ratio dictat . Vt ſecundũ naturalẽ
inclinaciõem homines ei ꝙ eſt ſupra omnes ſubiectionem
& honorem exhibeant ſecundum modum hominũ conue/
nientem quiquidem modus eſt ut ſenſibilibus ſignis uta/
tur ad exprimendum interiorem conceptum ſicut ex ſenſibi/
libus cognitionem accipit inuiſibilium . Vnde ex naturali
ratiõe procedit / quod homo ſenſibilibus rebus utatur offe/
rens eas deo in ſignum ſubiectionis & honoris ad ſimili/
tudinem eorum qui dominis ſuis aliqua offerunt in recog/
nitionẽ dominii . Ex quo patet ꝙ oblacio ſacrifitii pertinet
ad ius naturale . Ex quo poteſt inferri ꝙ Ra Moy . ille
egiptius qui ſolẽniſſimus doctor inter hebreos reputatur
manifeſte errauit in reddenda ratione ſacrifitiorum ueteris
legis in tercia parte ſui libri de directione perplexorũ capi/
tulo xxxii · & . xlvi . Nam ſecundum eũ in predictis cauſis
nulla ratio aſſignanda eſt ad ſacrifitiorum ueteris legis ob/
lationem niſi ſolum ut populus retraheretur ne ydolis ſa/
crificaret / quequidem ratio licet in parte uera eſt ut poteſt
haberi leuitici . xvii . non tamen uerum eſt ꝙ ex ipſa ſola ra
tiõe ſacrificia deo accepta fiebãt . Noe enim cũ egrederetur
de archa ubi nulla erat ydolatria nec ydolatrie deo ſacrifi/
cauit quod ſacrificium legitur deo fuiſſe acceptum in odorẽ

ſuauitatis ut habetur Geni . viii . capitulo . Similiter & mu/
nera Abel accepta deo fuerunt . licet pro tuuc non dũ orta
erat idolatria ut habetur Gen . iiii . capitulo . Ex quo patet
manifeſte ꝙ non ſolũ ſacrifitia erãt offerenda deo ut popu/
lus ab ydolatria retraheretur ut predictus Ra Moy . exti/
mabat . Sed etiam ut populus ſubderetur deo . oſtendẽdo
huiuſmodi ſubiectionẽ per ſigna ſenſibilia pro ut ratio na/
turalis dicit modo ſupradicto .

## Diſcipulus

Scrutando ueteres ſcripturas quedam uidentur facere
pro oppinione Ra Moy . ſupradicta quam periciores he/
breorum ſecũtur . Vnum eſt ꝙ non legitur deũ precepiſſe
populo iſrahel : ut ſacrificarẽt ſacrificia niſi poſtquã ydola/
trauit in fabricaciõe uituli . Vt patet Exodi xxxii . capitulo
& leuitici primo & ĩ ſequentibus capitulis . Ex quo patet
ꝙ ſacrificia fuerunt ordinata ſolũ ad retractionem a cultu
ydolorum . Si enim non ſolum ad hoc ſacrificia fierẽt ſed
ad oſtendendam ſubiectionem deo per ſigna ſenſibilia pro
ut tu aſſeris ſequeretur : ꝙ anteq̃ plus laberetur ĩ idolatria
debuiſſent percipi hoc idem uidetur Ieremias dicere vii .
capitulo . Non ſum locutus cum patribus ueſtris & nõ pre/
cepi eis in die qua eduxi eos de terra egipti / de uerbo ho/
locauſtomatum & uictimarum 2c̈ Quequidem uerba Iere/
mie neceſſario ĩtelligantur dicta ãte lapſũ populi ĩ idolatria
que & ſimilia allegantur per ipſum . Ra Moy . & eius ſe/
quaces ad ſuam opinionem perſuadendam . Vnde peto
ut michi illa declares conforte ad ueritatem tui propoſiti .

## Magiſter

Si bene ſcrutatus fueris ea que ĩ ſcripturis antiquis circa
ſacrifitia oblata ſeu offerenda dicuntur clare reperies quod
Ra Moy . non bene allegauit in ſupradictis & huiuſmodi
ſimilibus ad cuius declarationem ſcire debes . ꝙ cauſa ſacri/
ficiorum que in lege ueteri precipiebãtur non eſt unica tm̃

VNiVERSID
DE SALAMAN
GREDOS USAL

.ſ. ut per illa homines retraherentur a ſacrifitiis ydolorum ſicut Ra Moy. predictus erronee extimauit. Sed fuerũt alie cauſe principaliores quarũ una eſt ut per ſacrificia repu/taretur ordinatio mentis in deum ad quam excitabatur ſa/crificium offerens. In hoc enĩ recognoſcebat offerẽs omnia ſua habebat a deo tanq̃ a primo principio. Similiter & ea ordinabat in deum tanq̃ in ultimum finem in honorẽ dei ſua offerẽdo Vnde & Dauid dicebat Primo paralipp. xxix. capitulo. Tua ſunt omnia & que de manu tua accepimus dedimus tibi Vnde in oblatione ſacrifitiorum recte facta proteſtabatur homo ꝙ deus eſſet primũ principiũ creatiõis rerum & ultimus finis ad quem eſſent omnia referenda & ideo probibebatur in lege ſub anathema offerre ſacrificium niſi ſoli deo. Exo. xxi. capitulo tanq̃ in hoc peccato ĩcur/reretur crimen leſe maieſtatis. ꝙ autem aſſignatur alia ra/tio ſacrifitiorũ ex hoc ꝙ per huiuſmodi homĩes retraherẽtur a ſacrifitiis ydolorum licet cõcedatur eſſe parcialis cauſa ſeu minus principalis non tamen eſt totalis cauſa nec principa/lis ꝙ ſic patet. Nam etiã tempore quo ydola nõ colebãtur nec reperiantur in mundo laudabile & meritorie deo offe/rebantur munera ſeu oblationes & etiam ſacrificia ut patet de Abel. Gen. iiii. capitulo. Nam ſecundũ ſanctũ thomã ſecunda ſecunde. q. lxiiii. in prima etate nõ fuit ydolatria propter retentionẽ memorie creationis mũdi. Ex qua ad/huc cognitio in mente hominum & licet hec ſentencia non teneatur ab hebreis ſufficit ꝙ ipſemet. Ra. Moy. in ſuo deutro. lib. primo titulo de ydolatria capitulo primo ex/preſſe dicit ꝙ idolatria incepit in mundo a tempore Enos & non ante. Conſtat autem ꝙ abel fuit mortuus antequã Seth. naſceretur. quiquidẽ ſeth fuit pater ipſius Enos que omnia expreſſe habentur in predicto capitulo .ſ. Geneſis iiii. capitulo. Cum ergo Abel obtulit munera deo accepta ã/teq̃ ydolatria in mũdo inſurgeret ut patet ex dictis ꝙ etiam ipſe. Ra Moy. concedere habet Sequitur manifeſte quod

ratio ſacrificiorum deo acceptorum & oblacionum non eſt accipienda ſolum ex retractione ab ydolatria Idem etiam Ra Moy. dicit in ſuo deutro. in libro de Iudicibus capi/tulo de regibus capitulo xi. ꝙ Rex meſſias habet edificare templum & congregare diſperſiones iſrahel in quo templo fient ſacrifitia & iubilea eo modo quo in lege moſayca cõ/tinentur & ipſemet in eodem capitulo dicit ꝙ tempore ſui meſſie omnes gentes conuertentur ad legem moſaycã con/fitentes ꝙ mendaciũ hereditauerunt patres eorũ .ſ. in colẽdo ydola. Ex quo patet manifeſte ſecundum eum ꝙ tempore ſui meſſie non erit ydolatria & tamen ipſemet aſſerit quod tempore ſui meſſie erunt ſacrificia legalia Ex quo manifeſte habetur ꝙ ſacrificia non ſolum precipiuntur propter retra/ctionem ab idolatria ut ipſe erronee docet! hiis dictis Ad primum quod pro opinione Ra Moy. allegas. d. ꝙ nõ legitur deum precepiſſe populo iſrahel. ut ſacrificarent niſi poſtq̃ ydolatrauit in fabricatione uituli dicendum ꝙ hoc ẽ falſum. Manifeſtum eſt enim ꝙ quando deus eduxit po/pulum de egypto precepit eis de agno paſcali ĩmolando ꝙ fuit celebratum in ipſa nocte in qua de egypto exiuerunt & hoc fuit primum preceptum ꝙ legitur datum fuiſſe filiis iſrahel a deo per Moyſen Quiquidẽ agnus paſcalis uicti/ma uocatur Vnde Exo. xii. capitulo de predicto agno pa/ſcali dicitur. Cum dixerunt filii ueſtri que eſt iſta religio dicetur eis uictima tranſitus domini eſt. Ex quo patet ꝙ ſacrificare uictimam fuit preceptum populo iſra. ãte fa/bricacionem uituli ꝙ eſt contra predictum Ra. Moy. nec ualet ꝙ ipſe Ra. Moy. dicit in predicto capitulo. xlii. ꝙ primum preceptum datum iſrahelitis non fuit de agno paſcali eo ꝙ fuit ex certa ratione tunc expreſſe .ſ. ut euaderẽ/tur a plaga primogenitorum ut habetur Exo. xi. & etiam quia hoc preceptum fuit in terra egipti. Non autem cũ edu/cerentur de terra egypti ut ipſe dicit. Nam primum ẽ ma/nifeſte falſum ut littera teſtatur. Nullum enim preceptum

VNIVERSIDAD DE SALAMANCA
GREDOS.USAL.ES

legitur datum fuiſſe populo iſrabelitico ante preceptum de
agno paſcali & ſic tenet Ra. ſa. & omnes expoſitores he-
brei Idem licet per agnum paſcalem diſponente deo euaſe-
runt a plaga primogenitorum. Iſtud tamen preceptū per
totum tempus legis ueteris fuit obſeruādū pro ut ex preſſe
habetur Exo. capitulo allegato fuit etiam hoc preceptum
datum in terra egypti & in ipſa eductione de egypto obſer-
uatum & ſic cauillationes predicte ſunt nulle. Ad ſecundū
uero ꝙ allegas de uerbo Ieremie dicentis. Quia non ſum
locutus cum patribus ueſtris nec precepi eis in die qua e-
duxi eos de terra egipti de uerbo holocauſtomatū & uicti-
marum | dicendū ꝙ hoc eſt uerum Nam in exitu de egyp-
to quando deus precepit agnum paſcalē celebrare nō pre-
cepit eis facere holocauſta & uictimā. Sed ſolum uictimā
Agnus enim paſcalis uictima erat ut dictum eſt non autē
holocauſtum | poſtea uero cum lapſi ſūt in ydolatriam deus
precepit eis holocauſta & uictimas deo offerri a populo ne
talia offerentur ydolis que eſt ſecunda ratio ſacrificiorum
minus principalis quam prima Nam prima ratio que ſu-
mitur ex proteſtatione ſubiectionis ad deum ſtat omni tē-
pore. Etiam cum nulla ydolatria in mundo fuiſſet uel eſſet
Secunda uero ratio ſacrificiorum que ſumitur ex retracti-
one ab ydolatria non habet locum quando nulla ydolatria
eſt in mundo.

## Diſcipulus

Videtur michi ꝙ ſanctus thomas In prima ſecunde. q
C. ii. ar. iii. predictas allegationes facit ad probandum
ꝙ ratio ſacrifitiorum ſumitur ex retractiōe ab ydolatria.

## Magiſter

Si bene ſcrutatus fueris uerba ſancti thome manifeſte
reperies ꝙ non aſſignat rationem illam de retractione a ſa-
crifitiis ydolorum tanq̄ ſit totalis ratio & principalis ad ſa-
crificandum deo ſed aſſignat eam tanq̄ cauſam parcialem
eorū que fiebant particulariter circa ſacrificia Quequidē

particularia determinata fuerunt poſt fabricationem uituli
Vnde ſanctus doctor predictus in loco per te allegato ſic
dicit. & ideo de cauſa cerimoniarum circa ſacrificia poteſt aſ-
ſignari ratio Alio modo ex hoc ꝙ per huiuſmodi homines
retrahebantur a ſacrificiis ydolorum hec ille Vbi nota ꝙ nō
dixit, & ideo de cauſa ſacrificandi deo in generali poteſt
aſſignari alia ratio. quia ſacrificari deo pro ut ipſe ponit
in ſecunda ſecunde. q. lxxxv. eſt de iure nature ꝙ ſemper
ſtat ut dictum eſt Sed dicit notanter de cauſa cerimoniarū
circa ſacrificia poteſt aſſignari alia ratio ꝛc Et ſic manifeſte
ex uerbis eius habes. ꝙ retractio a ſacrificiis ydolorū nō
eſt cauſa totalis ad ſacrificandum deo ſed ſolū parcialis ad
cerimonias particularie que circa ſacrificia fiebant. Simi-
liter ſecundum eum allegatur illud uerbum Ieremie ubi di-
citur Non precepi eis in die qua eduxi eos de terra egypti
de uerbo holocauſtomatum & uictimarum ad oſtendendū
ꝙ uaria ſacrificia non fuerunt data populo iſrabelitico ante
lapſum ī ydolatria per quod non excluditur unum precep-
tum .ſ. de agno paſcali quod datum fuit tempore eduxiōis
de egypto ut dictum eſt Et ut bene habeas cauſas ſacrificio-
rum ueteris legis pro ut predictus ſanctus doctor tradit in
parte & queſtione parte allegata. ſcire debes ꝙ predicta ſa-
crificia triplicem habent cauſam. duas .ſ. litterales. quarum
una eſt prima & principalis ſecundum quam ſacrificia pro-
teſtabantur ordinatio mentis in deū ad quā ſacrificiū offe-
rens excitabatur ut dictum eſt | & iſta cauſa ſemper habet
locum in ſacrificiis ſiue ante legem ſiue in lege ſiue poſt per
quam redditur racio de uarietate cerimoniarum circa ſacri-
ficia ueteris legis eſt ut per ea homines retraherētur ab ydo-
lorum ſacrificiis quequidem cauſa habet locū tantummodo
in temporibus quibus ydolatria per mundum uniuerſum
uiguit Tercia uero cauſa ſacrificiorum. ue. le. eſt figuralis
.ſ. ut per illa ſacrificia multa & uaria que in lege tradeban-
tur unum ſingulare & precipuum ſacrificium .ſ. illud quo

VNiVERSIDAD
DE SALAMANCA
GREDOS.USAL.ES

ipſe chriſtus obtulit ſe ipſum deo in odorem ſuauitatis . ut
dicitur ad Ephe . v . figuraretur tanq̃ perfectum per im/
perfecta Vnde rationes ſacrificiorum ueteris teſtamenti
figurales ſumuntur ex uero ſacrificio chriſti ut in predicta
queſtione plene traditur . & iſta tercia cauſa habuit locũ
a principio mundi uſq; ad paſſionem chriſti que figurata
fuit per predicta ſacrificia quaquidẽ paſſione celebrata ra/
cio figurandi eam ceſſauit . Ex quibus tribus cauſis Ra .
Moy . ſolam ſecundam cauſam aſſignauit tanquam totalẽ
predictorum ſacrificiorum in quo a ueritate deuiauit ſicut
in multis aliis locis .

**Capitulum** xii . In quo oſtenditur ꝙ chriſtus legẽ i/
pleuit circa ſacrificium ſecũdum triplicem eius cauſam fa/
ciendo ꝙ lex iubet qui eſt primus modus ĩplendi legem .

## Diſcipulus

Ex quo ergo triplicẽ cauſã habens ſacrificia ſcire deſidero
ſecundum quarum illarum dici poteſt ꝙ chriſtus impleuit
legem inſtituendo predictum ſacrificium faciendo ꝙ lex
iubet que eſt primus modus ĩplendi legẽ ſecundum gloſam
ſupra . per te aillegatam .

## Magiſter

Si bene conſideras chriſtus in ſtitucionem predicti ſa/
crificii ·ſ· ſacramenti altaris excellenter implenit legem fa/
ciendo ꝙ iubet ſecundum omnes tre s cauſas ſupradictas .
Nam ſi homo offerens ex rebus ſuis deo ſacrificium in hoc
proteſtabatur ꝙ ea ·ſ· oblata haberet a deo tanquã a prin/
cipio & ordinaret in deo tanquam in ultimum finem quã/
to magis hoc oſtẽdebat ſeu proteſtabatur qui ſe ipſũ totũ
in honorem dei offerebat immaculatum pro ut chriſtus fe/
cit in ſua paſſione . quequidem paſſio in hoc ſacrificio cu/
ius memoriale eſt repreſentatur ut dictum eſt . Secunda
uero cauſa offerendi deo ſacrificia excellẽcius fuit per huiuſ/
modi ſacrificii inſtitucıõem impleta Nam poſt huiuſmodi

ſacrificium & eius diuulgationem per orbem per predica/
tionem apoſtolorum & diſcipulorum chriſti homines fue/
runt retracti a ſacrificiis ydolorum multo magis quã antea
ꝙ patet ad ſenſum Nam cultu diuino in templo dei uigẽte
ſecundum cerimonias moſayce legis ne dum inter gentes
ydolatria ubiq; uigebant . ſed etiam in populo iſrahelitico
publice colebantur ydola & hoc quo ad decem tribus ſem/
per quo ad tribum Iuda & ſi non ſemper tamen frequenter
Vt habetur iiii . Reg . per totum . Quantum uero ad tertiã
cauſam ·ſ· figuralem manifeſtum eſt ꝙ chriſtus legẽ ſacri/
ficiorum legalium perfectiſſime impleuit principaliter per
ſacrificium ſue paſſionis quodquidem ſacrificium tanqam
perfectiſſimum figurabatur per omnia illa ſacrificia im/
perfecta ueteris legis · Vt dictum eſt . Et ſic ſacramentum
altaris ꝙ predictam paſſionem repreſentat terminum po/
nit in finem omnibus figuralibus ſacrificiis in lege cõten/
tis Vnde & eccleſia in feſto de corpore chriſti in ymno cã/
tat . Dat panis celitus figuris terminum .

**Capitulum** . xiii . In quo oſtenditur ꝙ chriſtus imp/
leuit legem ſacrificiorum antiquorum ſupplendo ꝙ in eis
deerat qui eſt ſecundus modus implendi legem .

## Diſcipulus

Placent michi rationes tue quibus oſtendis ꝙ chriſtus
impleuit legem ſacrificiorum faciẽdo ꝙ lex iubet ſecundũ
predictas tres cauſas per te aſſignatas & uellẽ ulterius do/
ceri circa hoc ·ſ· an chriſtus impleuit legem ſacrificiorum
antiquorũ ſupplendo ꝙ in eis deerat qui eſt ſecundus mo/
dus implendi legem ſecundum gloſam per te allegatam .

## Magiſter

Ex hoc ꝙ chriſtus per ſuam paſſionem impleuit ea que ĩ
ſacrificiis ueteris legis prefigurabantur ut dictum eſt cõſe/
quens eſt chriſtum impleuiſſe per ſuam paſſionem ea que
deerant ĩ ſacrificiis antiquis Ad hoc enim ꝙ res ſignificãs

VNiVERSIDAD
DE SALAMANCA
GREDOS.USAL.ES

ſeu preſigurans aliquid perficiatur ſeu uerificetur requiritur ꝙ tale ſignificatum ſeu figuratum eſſe habeat in rerum natura ſicut ad ueritatem propoſitionis aliquid ſignificatur. requiritur ꝙ ſuum ſignificatū in rerum natura ſit. Exquo patet ꝙ chriſtus ſuppleuit quod in ſacrificiis antiquorum deficiebat inquantum per ſuam paſſionem ea que in eis figurabātur impleuit. & idem dicendum eſt de inſtitutiōe ſacramenti altaris in quo memoria predicte paſſionis recolitur. Sed autem ſunt alii modi conſecrandi circa hoc ſacramentum ſeu ſacrificium forte excellenciores quibus conſiderari poteſt ꝙ chriſtus ſuppleuit ea que ĩ ſacrificiis ātiquis deerant.

### Diſcipulus

Rogo ut michi aperias illa que dicis ut magis poſſem intelligere defectum ſacrificiorum ueteris legis & perfectiorem huius ſacrificii ꝙ ea que deerāt ĩ antiquis ſuppleuit.

### Magiſter

Si bene ſcrutatus fueris ea que in propheticis ſcripturis de ſacrificiis dicuntur antiquis manifeſte reperies ꝙ ſacrificia antiqua non erant deo grata neq̧ accepta ex parte rerum in eiſdem ſacrificiis oblatarum / ſed ſolū erant accepta ex parte offerentium quādo ſic erant diſpoſiti ꝙ illa ex fide uera & obedientia deo offerebant. Sacrificium uero chriſti in quo ſe ipſum deo obtulit in odorem ſuauitatis / non ſolū fuit deo gratum ex parte offerentis .ſ. chriſti qui ex ſumma obedientia & perfectiſſima caritate ſe ipſum deo obtulit. ſed etiam exparte ipſius rei oblate. que fuit ipſemet chriſtus quo ſecundum dei potentiam ordinatā nulla res gracior eſſe poſſet neq̧ equaliter grata Et idem dicendum eſt de ſacramento altaris ipſum chriſtum paſſum & oblatum realiter continente.

## Capitulum. xiiii. In quo oſtenditur ꝙ dictum eſt ĩ proximo precedenti capitulo per auctoritatem pſalmiſte in pſalmo qui incipit Deus deorum dominus locutus eſt nō obſtante cauillationibus hebreorū & finaliter concluditur ꝙ chriſtus inſtituendo hoc ſacrificium impleuit legem ſacrificiorum ſupplendo ꝙ deerat ꝙ eſt ſecundus modus ad implendum legem.

### Diſcipulus

Scire deſidero ſcripturas que hoc ꝙ modo aſſeris teſtētur.

### Magiſter

In pſalmo qui incipit Deus deorū dominus locutus ē 2c̄ Manifeſte habetur differentia inter ſacrificia ueteris legis & ſacrificiū legis noue In ipſo enim pſalmo poſtq̄ pſalmiſta loquens in perſona dei reddit populum addicenda attētū dicens Audi popule mi & loquar 2c̄ cōmuniter oſtendit eis ꝙ ſacrificia antiqua non erant deo accepta ſeu grata .ſ. ſecundum ipſa oblata dicit enim non in ſacrificiis tuis arguam te. q. d. Non arguam te de obmiſſione ſacrificiorū ſeu holocauſtomatum Nam ipſa non ſunt michi accepta de quo dicit Non accipiam de domo tua uitulos neq̧ 2c̄ .i. nō acceptabo Et infra Nunquid māducabo carnes thauroꝝ 2c̄ .q. d. manifeſtum eſt ꝙ iſta que michi offeruntur in ſacrificiis antiquis non pertinent ad me ſecundum ſe ipſa nō enim pertinet me manducare carnes neq̧ potare ſanguinē ſicut ydolatre inſipientes de ſuis falſis diis eſtimabant Et ex hoc patet imperfectio ſacrificiorum antiquorum ex parte ipſarum rerum oblatarum quia ad deum ſecundum ſe nō pertinebant ut dictum eſt. Et ſequitur ſtatim perfectio ſacrificii noue legis ꝙ aliorum imperfectionem ſuppleuit & hoc cum dicit ymmola deo ſacrificiū laudis. Nam ſacramentum altaris proprie dicitur ſacrificium laudis. Cum quia chriſtus in eodem contentus ſumme laudandus eſt In tantum ꝙ maior eſt omni laude. Eccle. xliii. & ſic dicitur ſacrificiū laudis anthonomatice Tū quia memoria paſſionis que in predicto ſacramēto recolitur maxime obligat hominem ad gratiarū acciones deo que ad laudes dei pertinent

VNIVERSIDAD DE SALAMANCA
GREDOS.USAL

cum per ipſam paſſionē homo fuit a dampnatiōe perpetua liberatus de illis enim quibus deus miſit uerbum ſuum & ſanauit eos · legitur in pſalmo Et ſacrificent ſacrificiū laudis & ſic ex auctoritate huius pſalmi habes defectum ſeu imperfectionem antiquorum ſacrificiorum quibus carnes thaureorum & ſanguis hyrcorum īmolabatur que ſecundū ſe non erant deo accepta . & perfectionem ſacrificii laudis deo acceptiſſimi Vnde manifeſtum eſt ꝙ chriſtus inſtituēdo hoc ſacrificium laudis quod ex ſe eſt deo acceptiſſimum & eſt maxime laudis dignum ſuppleuit defectum ſacrificiorum antiquorum in quibus iſta manifeſte deerant .

## Diſcipulus

Quare ſatrificia antique legis non eſſent deo accepta ſecuudū ſe oblata niſi ſolum ex fide & obediencia offerentiū ex multis ſacre ſcripture locis haberi poteſt Vnde Primo Regum xv . capitalo . Nunquid uult dominus holocauſta aut uictimas & nō pocius ut obediatur uoci domini . Similiter . Math . vi Quod dignū offeram domino ꝛc̄ Nūquid offeram ei holocauſta & uitulos āniculos Nunquid placari poteſt dominus in milibus arietum aut in multis milibus hyrchorum pinguium Ex quibus auctoritatibus & ſimilibus ſatis habetur ꝙ ſacrificia antiqua non erant deo accepta ex parte rerum oblatarum . Sed ꝙ tu ulterius addis ꝙ per illud ꝙ dicitur in pſalmo immola deo ſacrificium laudis Intelligitur ſacrificium noue legis . ſolet ab hebreis impugnari ſic Nam dictio que ī hoc pſalmo ponitur ubi dicitur Sacrificium laudis eſt omnino eadē dictiōi que ponitur leuitici . vii . Vbi dicitur Si per gratiarū actionem fuerit oblatio In quo loco agitur de tercio genere ſacrificiorū . ue . le . ·ſ· de hoſtia pacificorum Nam primum genus eſt holocauſtū quod totum conſumitur in altari Vt habetur leuitici primo capitulo . Secundnm uero genus ē pro peccato ꝙ non totum in altari conſumitur Vt habetur leuitici iiii . capitulo . Tercium uero genus eſt hoſtia pacificorū que ē duplex quia uno modo offertur pro gratiarū actione de preteritis benefeciis & alio modo pro uoto uel ſponte pro futuris ſpectandis beneficiis . & iſtud tercium genus uocatur in hebraico todda quequidem dictio ſecundum tranſlationem noſtrarum quandoꝗ ſignat gratiarum actionem quandoꝗ confeſſionē quandoꝗ uero laudē Vnde cum dicitur in pſalmo immola deo ſacrificiū laudis In hebreo habetur immola deo ſacrificium todda ꝙ exponitur ab hebreis de tercio genere ſacrificiorum ſupradicto ꝙ eſt diſtinctum a primo & ſecundo genere ſacrificiorum non autem de ſacrificio noue legis Et ideo ſcire uellem ſi hec ſua expoſitio que ad litteram uidetur rationabilis poſſet probabiliter euacurari .

## Magiſter

Verum eſt ꝙ hec dictio todda in hebraico poſita tribus modis ſolet trāſferri in latino ſecundum Ieronimū ſed omnes tres modi ad unum quodamodo reddūtur ·ſ· confeſſionem Hoc enim proprie ſignificat hec dictio todda in hebraico Sed quia confeſſio hominis ad deum quandoꝗ eſt de beneficiis iam acceptis Vnde cum dicitur in pſalmo . Confiteantur domino miſericordie eius & ſequitur : Quia ſaciauit animam eius īanem ꝛc̄ & iterum in eodem pſalmo Quia cōtriuit portas hereas ꝛc̄ In quibus locis & ſimilibus confeſſio facta a deo intelligitur cū quis confitetur ſe receпiſſe a deo aliquam miſericordiam ſeu beneficium & tunc talis cōfeſſio poteſt etiā dici gratiarū acceptis eo enim ipſo ꝙ homo confitetur beneficium recepiſſe ab aliquo Intelligitur eidem gratiarum actionem reddere Vnde Seneca in ſuis epiſtolis Qui grate beneficiū recipit premia eius penſionem ſoluit Eſt etiam alius modus confitendi deo ·ſ· cum quis conſiderata dei ſumma excellentia ſeu bonitate ipſum prout poteſt laudat De quo dicitur ī pſalmo Cōfitemini

domino quoniam bonus ·i· confitendũ eſt domino quoniã
eſt bonus ·ſ· per eſſentiam que eſt ſumma bonitas excedẽs
omnem laudem . Eſt etiam alius modus confitendi deo
·ſ· per confeſſionem peccatorum ſecundum quam homo
confitetur deo proprium defectũ ſeu fragilitatem quod etiã
pertinet ad laudem dei Vnde ioſue vii . capitulo Ipſe ioſue
dicebat Achan qui trãſgreſſus fuerat preceptum diuinũ
Fili mi da gloriam domino deo iſrahel & confitere atqꝫ in/
dica michi quid feceris ne abſcondas . Cui Achan reſpõ/
dit ibidem Vere ego peccaui domino deo iſrahel & ſic feci
Et ſic patet ꝙ ille qui peccata ſua debite deo confitetur eo
ipſo dat ei gloriam ſeu laudẽ . In quo loco ubi dicitur con/
fitere . In hebreo habetur . da ei todda Quiquidem modi
proprie concurrunt ĩ ſacrificio noue legis a chriſto pro no/
ſtra ſalute ĩſtituto In hoc enim ſacrificio rite celebrato homo
confitetur ſe a deo recepiſſe beneficium redemptionis quod
eſt ſummum inter cetera beneficia diuina & ſic pertinet ad
gratiarum actionem . Similiter & in eodem ſacrificio con/
ſideratur excellentia diuine poteſtatis ſecundum quam in/
ipſo ſacrificio miracula continẽtur in effabilia / de quibus
poteſt dici illud pſalmis . Cõfitemini domino ꝛc & ſequi/
tur Quis narrabit magnalia domini . Similiter & in pri/
mo ſacrificio conſiderare debet ſacrificãs ſeu ipſum ſumẽs
proprium defectum & fragilitatem ꝙ ad confeſſionẽ per/
tinet peccatorum cum enim quis ſũmam excellentiã diuinã
& eius miſericordiam pro ut poteſt in hoc ſacramento cõ/
ſiderat / conſequens eſt ſuum defectũ & fragilitatẽ agnoſcere
& quia omnia predicta in laudẽ dei maxime redundãt Id/
circo hoc ſacrificium proprie dicitur ſacrificium laudis De
quo proprie intelligi debet uerbũ pſalmiſte ſupradictum
·ſ· immola deo ſacrificium laudis . Ex quibus bene conſi/
deratis patet ꝙ impugnatio hebreorum in hoc paſſu non
habet locum & ſic eorum expoſitio per te dicta eſt omnino
irracionabilis ꝙ ſic patet Nam pſal . reprobãs ſacrificia

antiqua ex eorũ manna dicit ꝙ non erant per ſe deo accep/
ta nec per ſe deo pertinentia De quo dicit Nunquid mã/
ducabo carnes thaurorũ ꝛc quomodo potuit laudare terciũ
genus ſacrificiorum per te ſupradictũ quod erat de eadem
materia ·ſ· de carnibus thaurorum & ſanguinibus hyrcorũ
Nulla enim ratio eſt quare tertium genus ſacrificiorum le/
galium eſſet deo acceptum magis quam prima duo genera
cum omnia predicta tria genera conueniebant in materia
quam propheta dicit deo non eſſe acceptam & ideo neceſſe
eſt ꝙ ſacrificium laudis ꝙ deo dicit eſſe ĩmolandũ tanquã
deo acceptum non ſit de eadem materia ·ſ· de occiſis ani/
malibus brutis / ſecundum quam materiam ſacrificia an/
tiqua reprobauit ut dictum eſt Sed oportet ꝙ hoc ſacrificiũ
noue legis ꝙ per ſe deo eſt maxime acceptũ Vnde expo/
ſitio quam tibi propoſueram eſt catholica & uera tanquam
conſona rationi & etiam ſequenti littere .

## Diſcipulus

Video ꝙ expoſitio tua ẽ rationabilis Nulla enim ratio
aperiet quare prima duo genera ſacrificiorum reprobarẽtur
eo ꝙ eſſent de rebus corruptibilibus & nõ pertinẽtibus ad
dei obſequiũ ſecundum ſe / & tamẽ cum hoc approbaretur
Tercium genus ſacrificiorum ꝙ cum primis duobus con/
ueniebat in eadem ratione ſecundũ quã prima duo genera
reprobantur & uellẽ ut ulterius michi declares quomodo
expoſitio tua cõſonat hiis que ĩ littera ſecũtur pro ut aſſeris

## Magiſter

Continuantur hec uerba prophetice ·ſ· immola deo ſacri/
ficium laudis ſecundum predictam expoſitionem que uera
eſt & catholica hiis que ſecuntur ſic Nam ſtatim ſequitur
Et redde altiſſimo uota tua . per hec enim uota intellienda ẽ
bona uoluntas offerentis que ex ipſo eſt per gratiã dei Iux/
ta illud pſal . In me ſunt deus uota tua Vel per hec uota
in telligãtur ea que fideles fouent ĩ bapbtiſmo uel ĩreligiõe

VNiVERSIDAD
DE SALAMANCA
GREDOS.USAL.ES

ſuper errogãdo quia ad hoc quod immolatio ſacrificii lau/
dis proficiat in ſalutem eternã oportet ꝙ iſta uota reddan/
tur . & ſequitur Inuoca me in die tribulationis ·ſ· ĩ preſẽti
uita que dies tribulationis eſt . eruam te ·ſ· mitigando preſ/
ſuras huius uite per manifeſtam liberationem ſicut patet de
tribus pueris uel per occultã ſicut de martiribus qui eruũ/
tur a deo ne in tormẽtis ſuccumbant & ſic honorificabis me
quia ſic deo immolans ſacrificium laudis proprie deus ho/
norat ut in fine pſalmi concluditur & quia hoc ſacrificium
laudis immolantis non honorificant deum ſi ſint in mor/
tali peccato Ideo ſubdit . Peccatori autẽ dixit deus . quare
tu enarras iuſtitias meas ⁊c̃ . q . d . Cur credis ꝙ tibi ſuffi/
ciat enarratio iuſtitie per uocem ſine hoc ꝙ iuſte uiuas / &
aſſumis teſtamentum meum per os tuum In quo increpat
ſacerdotem celebrantem in peccato mortali exiſtentem qui
in hoc nouum peccatum cõmittit in q̃tum aſſumit teſtamẽ/
tum dei aſſumendo in ore ſuo uerba conſecrationis in per/
ſona chriſti uel aſſumendo ſanguinem noui teſtamenti . &
hoc eſt ꝙ dicit . Et aſſumis teſtamẽtum meum per os tuũ
& communiter exemplificat de peccatis grauibus ĩ quibus
homines incurrunt occulte falſe eſtimantes ꝙ talia latent
deo Vnde dicit Tu uero odiſti diſciplinam . tale enim odiũ
in corde cõſiſtit ſimiliter & proieciſti ſermones meos retror/
ſum eos in corde tuo uileſcendo Similiter dicit de furto &
adulterio & ſuſurratiõe quequidẽ predicta cõmuniter occulte
cõmittũtur ac ſi cõmittẽtes exiſtimẽt ꝙ deus neſcit occulta ſi/
cut & homines occulta latẽt Vnde ſubdit Exiſtimaſti ĩique
ꝙ ero tui ſimilis ſi ignorãdo ea que latẽt ſicut tu abſcondita
ignoras ꝙ falſum eſt Nam arguã te & ſtatuam contra faciẽ
tuã ·ſ· oſtendendo tibi ꝙ peccata tua licet occulta perfecte
nouerim Vnde tales exortando ſubdit . Intelligite hec qui
obliuiſcimini deum ⁊c̃ . q . d . Vos qui occulte peccata cõ/
mittitis eſtimantes falſe ꝙ deus talia ignorat obliuiſcemini
deus . ꝙ deus iſta non cõſideret . Vnde conuerte nequãdo

rapiat ⁊c̃ Vnde predicta proprie diriguntur ad offerentes
ſacrificium laudis ſupradictum qui non ſolum mundare ſe
debent a peccatis publicis ſed etiam ſcrutari occulta Vnde
prima Cor . capitulo . xi . Probet autem ſe ipſum homo &
ſic de pane illo edat ⁊c̃ In hoc enim ꝙ dicit probat ſe pro/
prie intelligitur loqui de occultis que probatione indigent
Iuxta illud Proba me deus & ſcito cor meum / & ſequitur
Sacrificium laudis honorificabit me . Ad quod ſciendum
quod cum honor ſecundum . phi . in Primo ethicoꝝ ſit ex/
hibitio reuerentie in ſignum uirtutis : ſequitur ꝙ quantũ
illa reuerentia exhibita ſit maioris uirtutis ſignũ tanto ho/
nor creſcit / & ideo quia in immolatione ſacrificii laudis ri
te celebrata exhibetur reuerentia deo tanq̃ omnipotenti ſe/
cundum maxima miracula in eodem contenta Similiter &
tanq̃ omnia ſcienti inquãtum occulta cordis ſcrutatur ut
dictum eſt Similiter & tanquam ſummo bono ſecundum
redemptionem humani generis per propriam paſſionem .
que in eodem recolitur Idcirco proprie dicitur Sacrificium
laudis honorificauit me quia in hoc ſacrificio ſummus ho/
nor diuinus qui in hac uita ex dei operibus percepi poſſet
conſideratur Et quia in hoc ſacrificio eſt uia ad uidendum
deum beatiffice In quaquidem uiſione ſalus conſiſtit Ideo
ſubdit / & illic eſt iter ⁊c̃ ·i· in illo ſacrificio laudis ẽ uia per
quam oſtendã illi ·i· ſic ſacrificanti ſalutare dei ·i· ſalutẽ eter/
nam Vides ergo ex ſupradictis i quomodo chriſtus inſtitu/
endo hoc ſacrificium impleuit legem ſacrificiorum ſupplẽ/
do ꝙ in eis deerat In ipſis enim ſacrificiis antiquis nec deo
ſimul honor attribuatur / nec ĩ ipſis ſimilis honor diuinus
erat cõſiderabilis nec etiã ĩ eis erat uia ad ſalutẽ dei oſtẽden/
do ꝙ fuit ĩtentũ Et attẽde ꝙ licet predicta uerba pſalmiſte ab
aliquibus ſãctis doctoribus aliter exponãtur ex hoc tamẽ
non excluditur quin predicta expoſitio ſit uera tãq̃ cõſona
catho . ueritati & littere **Diſcipulus**

Placet michi predicta expoſitio quia exprimit differẽtiã

VNIVERSIDAD DE SALAMANCA
GREDOS.USAL.ES

inter ſacrificia antiqua ꝙ ſacrificium laudis ·ſ· noue legis In
hoc quod antiqua ex opere operato non erant deo accepta
Sacrificium uero laudis ·ſ· noui teſtamēti in ipſo opere ope/
rato deo eſt acceptiſſimum | & ſic patet ꝙ chriſtus impleuit
legem ſacrificiorum non ſolū faciendo ꝙ iubet qui eſt pri/
mus modus implendi . ſed etiam ſuplendo ꝙ deerat quod
eſt ſecundus modus Nunc autē uellem . ut oſtendas michi
quomodo chriſtus inſtituendo hoc ſacrificium impleuit
legem faciendo illa que prophetice circa hoc dicebantur fu/
tura q̄ ē tercius modus īplēdi legē pro ut ſupra propoſueras

**Capitulum** xv . In quo oſtenditur ꝙ in inſtitutione
huius ſacramenti ſeu ſacrificii chriſtus legem impleuit im/
pleuit ea que de hoc fuerūt in ātiquo teſtamēto pronūciata
ſeu prefigurata .

**Magiſter**

De geſtis quedam fuerunt in uaticiniis propheticis anti/
quitus expreſſe tradita ſicut eſt de introitu eius ī iheruſalē
ſolemni | ne quo ȥach . ix . capitulo . Ecce rex tuus uenit
tibi iuſtus & ſaluator pauper & equitans ſuper aſinam ꝛc̈
& ſic de quibuſdam ſimilibus Quedam uero non ita plane
prophetantur ſicut eſt miſteriū incarnationis quod in pro/
pheticis traditur obſcure & figuratiue propter magnitudi/
nem miſterii & errores uitandos ut dictum fuit ſupra . &
quia in hoc ſacrificio miſterium incarnationis chriſti inclu/
ditur quiquidem chriſtus deus & homo in eodem realiter
continetur Idcirco in Propheticis ſcripturis nō ſic expreſſe
miſterium huius ſacrificii traditur ſed enigmatice ſeu figu/
ratiue Vnde geneſis xiiii .capitulo de melchiſedech qui ſa/
cerdos dei altiſſimi erat . legitur ꝙ cū procederet ad bn̄dicē/
dum abrahe de uictoria inimicorū uenienti ꝙ eduxit panē
& uinum ī quo figuratur ſacrificium euchariſtie quod ſub
ſpeciebus panis & uini cōficitur & a chriſto qui ē ſacerdos
in eternum principaliter conſecratum Vnde & pſalmiſta
loquens de ſacerdotio chriſti eterno dicit , Iurauit dominus

tu es ſacerdos ineternum ſecundum ordinem melchiſedeth
quia ſicut melchiſedech obtulit panem & uinum ut dictum
eſt : ſicut chriſtus ī ſacrificio euchariſtie ſub ſpeciebus panis
& uini conſecrat corpus ſuum & ſāguinem In quo ſacrificio
chriſtus ē ſacerdos principalis & hoſtia oblata quod quidē
miſterium ſic figuratum traditum in predictis auctoritati/
bus . Gen .& pſalterii licet hebrei ex toto non intellexerūt
ſic nec alia miſteria chriſti cognouerunt ad plenum: Nichil/
ominus quidam de eorum gloſatoribus antiquis aliquid
de hoc quaſi ſompniādo ſenſerunt Vnde ī gloſa ſuper Gen
magna que dicitur Vereſich . raba . ſuper illud Gen . xiiii .
capitulo Ac uero Rex ſalem eduxit panem & uinum ꝛc̈
ſic dicit : hoc eſt Ac ſi diceret ſcriptura . Tu es ſacerdos in
eternum ſecundum ordinem melchiſedech : hec ille . Ex quo
patet ꝙ ſecundum eum ſacerdos ineternum qui non erat
realiter ille Melchiſedech ſed per eum figuratus habebat
panem & uinum in ſacrificio offerre . quod proprie adapta/
tur propoſito noſtro Item in pſalmo qui incipit Deus iu/
ditium tuum regida In quoquidem pſalmo ſecundum ſuā
ueram expoſitionem litteralem de chriſto agitur . de ipſo
chriſto loquendo dictum ſecūdū tranſlationē noſtram . Erit
firmamentum in terra in ſūmis mōtium In hebraica tamē
ueritate ſic habetur . Erit placenta ſeu placentula frumenti
ī terra ꝙ proprie applicatur huic ſacrificio In quo ſub ſpe/
tie placentule frumenti chriſtus continetur cui concordat
tranſlatio caldaica in qua Vbi dicitur in ſūmis montium
Interpretatur in capitibus ſacerdotum ſeu ſupra capita ſa/
cerdotum | habes igitur manifeſte ex hac auctoritate cum
ſua caldaica tranſlatiōe | quod ipſe chriſtus de quo dixerat
in eodem pſalmo · Et adorabūt eū omnes reges & omnes
gentes ſeruient ei | & multa alia que non niſi chriſto con/
ueniunt de eodem ſubdit . Et erit placentula frumēti ſupra
capita ſacerdotum | quod cottidie impletur in eleuatione
corporis in ſacramento altaris .Item in ſupradicta gloſa ·ſ·

VNIVERSIDAD DE SALAMANCA
GREDOS.USAL.ES

uereſich rabba ſuper illud . Gen . xiiii . capitulo Melchi/
ſedech rex ſalem produxit panem & uinum ſic habetur .
Magiſtri dixerunt . quod legem reuelauit ei .ſ. . mel . reuela/
uit ipſi abrahe quequidē lex dicit Venite comedite panem
meū & bibite uinū quod miſcui uobis / prouer . ix . capi/
tulo . quo patet ꝙ melchiſedech reuelauit abrahe in illa pro/
ductiōe ſecretū legis ꝙ includitur ī illa auctoritate prouer .
Venite comedite panē meū & bibite uinū ⁊c quod proprie
propoſito noſtro adaptatur Vt patet intuenti . Item in hoc
pſalmo . qui incipit . Confitebor tibi domine . qui immedi/
ate ſequitur pſalmū illum In quo dicitur . Tu es ſacerdos
ineternum ſecundū ordinē melchiſedech / legitur . Memo/
riam fecit mirabilium ſuorum miſericors & miſerator do/
minus eſcam dedit timentibus ſe . Quequidem uerba ad
ſenſum planū litteralem intellecta clare dicunt ꝙ deus da/
turus erat eſcam timentibus ſe in memoriam mirabilium
ſuorum . chriſtus enim cum hoc ſacramentum inſtitueret
expreſſe dixit hoc facite ī meā commemorationē Math .
. xxvi . capitulo .

## Diſcipulus

Iſta auctoritas quam allegas .ſ. eſcam dedit timentibus
ſe exponitur ab hebreis de manna que fuit eſca data a deo
populo ſuo . Vt habetur . Exodi . xvi . capitulo ad quod
dicunt quod ad aptantur uerba pſalmiſte magis quam
ad noſtrū ſacramentū . Primo ex hoc ꝙ non dixit pſalmiſta
eſcā dabit timentibus ſe / ſed eſcam dedit timentibus ſe .
Ex quo dicunt ꝙ pſalmiſta loquebatur de preterito nō aūt
de futuro . Item dicunt quod manna fuit datum populo
eo ꝙ deus miſertus fuit eis ne in fame perirent per deſertū
quod non ſic uerificaretur de eucharistia . de qua ī proprie
ſecundum eos diceretur . miſericors & miſerator dominus
quia non per miſericordiā hec eſca fuit data ſed ī memoriā
mirabilium .

## Magiſter

Verum eſt ꝙ hebrei hoc exponunt de manna ſed uere
intuenti illum pſalmum ſecundū ſuam expoſitionē litteralē
proprie adaptatur propoſito noſtro nō obſtante eorū cauil/
lationibus . Nam hoc ꝙ dicunt quod pſalmiſta loquitur
de preterito . d . eſcam dedit . nō facit aliquam difficultatē
cūm prophete ſepiſſime loquuntur de futuro ad modū pre/
teriti propter prophecie certitudinem Vt patet in innume/
rabilibus locis ſacre ſcripture : hoc etiam ꝙ deus prouidit
populo chriſtiano de hoc ſacramento pertinet ad diuinam
miſericordiā ſecūdū quam / quia de abſentia corporali chriſti
in ecleſia merito contriſtaretur populus fidelium niſi per
ſingularem conſolationem ipſius preſentie in hoc ſacramē/
to de abſentia chriſti habetur ſolatiū ſingulare . & de hoc
etiam exponitur uno modo illud uerbum chriſti Math .
xxviii . Ego autem uobiſcum ſum omnibus diebus uſqꝫ ad
cōſumationem ſeculi ad magnum enim diuinam miſericor/
diam pertinet ꝙ chriſtus ſemper principaliter adſit ſue ec/
cleſie . Vnde ſi uis expoſitionē predicte auctoritatis & totius
pſalmi plene habere . Vide poſtillam nicolai de lira ſuper
hunc pſalmū cum additione que ibidem ponitur & uide/
bis ibi ꝙ iſta allegatio eſt propria & litteralis ad propoſi/
tum Idem etiam habetur in pſalmo qui incipit Expectans
expectaui dominum . Vbi de reprobatione ſacrificiorum
antique legis dicit . Sacrificium & oblationem noluiſti ⁊c
& ſequitur in perſona chriſti Aures autem perfeciſti michi
.ſ. ad obediendum quia chriſtus in paſſione factus eſt obe/
diens uſqꝫ ad mortem . Philipp . Idem in aliis locis que
cauſa breuitatis obmittuntur .

## Capitulum . xvi . In quo agitur de multitudine nominum huius ſacramenti que multitudinem effectuum eius ſalubrium denotat ex qua excitari debet deuotio ipſum ſpiritualiter ſumentium .

## Diſcipulus

Habeo mentem tuam circa hoc ſacramentum per quam

VNiVERSIDAD DE SALAMANCA
GREDOS.USAL

michi oſtendis quod eſt ſacrificiũ uerum & deo acceptiſſimũ
ſecundũ ſe quod nõ pertinebat ad ſacrificia antiqua . Ex quo
habetur ꝙ chriſtus impleuit legem in hoc ſacrificio ſuplẽ/
do quod deerat in antiquis ſed miror quare hoc ſacrificiũ
multis nominatur nominibus preſertim cum ſit unum in ſe
indiuidualiter : quantum ad rem contentam & non plura
pro ut in ueteri lege erant plura inter ſe diſtincta non ſolũ
ſecundum in diuiduum ſed etiam ſecundum ſpeciẽ V nde
ſufficiebat ipſum nominari ſacrificium tantum .

## Magiſter

Si bene cõſideras hoc ſacrificium rationabiliter diuerſis
nominabatur nominibus ſecundũ diuerſas eius excellẽtes
proprietates ſeu notabiliſſimos effectus quequidem nomi/
nationes excitatiue ſunt denominationis fideliũ Vude hoc
ſacramẽtum eucbariſtia uocatur quod idem eſt quod bona
gratia Nam licet in omnibus ſacramentis eccleſie gratia
confertur / attribuitur tamen huic hoc nomine eucbariſtia
anthonomatice in q̃tum continet chriſtum plenum gratia
ex cuius plenitudine omnes gratiam accepimus Vt . Ioh .
Primo capitulo Item in q̃tum eſt cõmemoratiuũ dominice
paſſionis que fuit uerum ſacrificium poſt quod nullum ſa/
crificium deo eſt acceptum niſi per ipſum Idcirco ſacrifitiũ
ſimpliciter nominatur . Nominatur etiam ſacrificiũ laudis
Vt cum dicitur in pſalmo ĩmola deo ſacrificium laudis / &
ſacrificiũ laudis honorificabitis me rationibus ſupratactus
Nominatur etiã ſacrificiũ iuſtitie Vt cum dicitur ĩ pſalmo
Sacrificate ſacrificium iuſtitie ꝛc̈ & alibi Tunc acceptabis
ſacrificium iuſtitie inq̃tũ deuotio per ipſum recte ſumptũ
accreſſit . Quequidem deuotio eſt actus religionis . Et in
ſecunda ſecunde . q . lxxxii . Religio aũt eſt pars iuſtitie ut
in eadem . q .lxxxi . Item inq̃tũ per ipſum comunicamus
chriſto eius carnẽ & ſanguinem participantes Similiter &
per ipſum unimur ad inuicem nominatur ſacra cõmunio .
Item inquantum nos reficit in uia ſpiritualiter ut in eius

uirtute ad fruitionem diuinam que eſt in patria perueni/
amus eo modo quo de helya figuratiue dictum eſt . Et am/
bulauit in fortitudine cibi illius uſq; ad montẽ dei Viaticũ
nominatur ut ſupra eadem dicitur quequidem fruitio per
ipſum uiaticum prefiguratur Vt ſupra . Conſiderandum
eſt igitur quod magna multitudo dulcedinis in hoc ſacra/
mento abſconditur In quo non ſolũ gratia ſed fons tocius
gratie continetur . Similiter & in eo ſummum ſacrificium
ueſpertinum cõmemoratur . Similiter & per ipſum chriſtũ
uerum cõmunicamus & in ipſo ad inuicẽ uiuimur . Simi/
liter & per ipſum fortitudinẽ ſpiritualem ad diuinam frui/
tionẽ perueniendi accipimus per quod rite acceptũ pignus
quodamodo future glorie figuratiue nobis datur . Et ſic ha/
bes ꝙ multitudo nominationũ huius ſacro ſancti ſacramẽti
multitudinẽ deuote dulcedinis in corde ipſum ſpiritualiter
ſumẽtis excitari debet .

## Diſtinctio Quarta

de ſcrutinio ſcripturarũ circa
differentiam inter modum uiuendi patrum antiquorum ſ.
ſanctorum patriarcharum & aliorum ſub ãtiquo teſtamẽ/
to uiuentium an aduentũ chriſti & inter patres ſeu ſanctos
qui poſt chriſti aduentũ fuerũt Et cõtinet . xi . capitula .

In capitulo Primo continuãtur ea que dicta ſunt de ſacra/
mento altaris addicenda circa differentiam inter modum
uiuendi ſanctorum utriuſq; teſtamenti .

In capitulo Secũdo redditur alia ratio quare antiqui pa/
tres bonis temporalibus ut cõmuniter uidebantur adhe/
rere & non ſancti noui teſtamenti qui cõmuniter conſilia
euangelica ſecuti ſunt .

In capitulo Tercio oſtẽditur quod conſilia euãgelica licet
non ad ſalutem neceſſaria ſunt tamen ualde utilia & ibidẽ
redditur ratio quare huiuſmodi conſilia non fuerũt ãtiquis
data explicite .

In capitulo . iiii . oſtenditur quod cõſiliũ de ſignificatiõe

VNIVERSIDAD DE SALAMANCA
GREDOS.USAL.ES

temporaliū eſſe utile ad deū adherendū implicite cōtinetur
in ueteri teſtamento .

In .cap . v . oſtenditur quod continentiā eſſe laudabilem
& opertunam ad diuinam ſuſtipienda in ueteri teſtamento
ſatis implicite traditur .

In capitulo . vi . oſtenditur ꝙ obediētia pro ut cadit ſub
uoto religionis eſt uirtuoſa & laudabilis & etiam implicite
in antiquis documentis traditur .

In capitulo . vii . ponuntur quedam obiectiones pha .
contra uiros iuſtos ſeu ſanctos noſtre religionis qui per ie-
iunia & abſtinentias frequenter ſe affligunt . quequidem
obiectiones ibidem ſoluuntur .

In capitulo . viii . oſtenditur quod auctoritates in qui-
bus rabbini phariſeorum fundantur ad reprobandas ab-
ſtinentias & ieiunia noſtre religionis nichil faciunt pro eis .

In capitulo . ix . agitur de differentia uictorie antiquoꝝ
patrum ad uictoriam noui teſtamenti .

**Capitulum** primum in quo continuātur ea que dicta
ſunt de ſatramento altaris addicenda circa differentiam
inter modum uiuēdi ſanctorū utriuſqꝫ teſtamenti .

## Diſcipulus

Precipio pro ut poſſum quātum fragilitas noſtre mētis
ſufficere ualet quam magna multitudo dulcedinis ſpiritu-
alis in ſacramento altaris ſupradictio abſcondita eſt ſecun-
dum quam deuotio ipſum ſpiritualiter ſumentium maxīe
excitari habet Ex quo cogito quod forte huiuſmodi cauſa
uiri ſancti ſub lege nature ſeu ſub antiquo teſtamento ui-
uentes qui huiuſmodi ſacrificium ſeu ſacramentum realiter
nō habeant niſi tamē figuraliter : Sed ſacrificium brutorū
animalium occiſorum Vtebantur . nō leguntur cōmuniter
fuiſſe cauſa deuoti deo ſicut ſancti noui teſtamenti qui ex
uſu debito huius ſacrificii tam excellentiſſimi deuotiores
deo uiuere ſe oſtendunt . Videmus enim ꝙ in primordiis

ecclesie tanta deuotio in ipſis fidelibus demonſtrabatur
quod quam plurimi eorū & fere omnes omnia bona tem-
poralia relinquebāt ut chriſtum ſeu eius doctrinam ſeque-
retur . Ex quo manifeſte oſtenditur quod tanta in eis uige-
bat chriſti deuotio ꝙ omnia terrena pro ipſius amore ſeu ſe-
quela contemnebant neqꝫ ſolum hoc faciebant circa bona
terrena exteriora que ſunt minima hominis bona ſed etiā
circa bona corporis que maiora ſunt bonorum reſpectu ex-
teriorum . Euerunt enim in primitiua eccleſia & etiā poſtq̄
plurimi martires qui in ſuis corporibus crudeliſſima mar-
tiria pro fide chriſti ſuſtinuerunt . Similiter & uirgines deo
dicate quā plurime ꝙ tamen de ſanctis antiquis minime
ſeu rariſſime talia leguntur / fuerunt enim precipui eorum
omnes fere adherentes mūdi diuitiis & in eis habundātes
Vt patet de Abrahā patriarcha qui de excellentiſſimis uiris
antiqui teſtamenti fuit de quo legitur Gen . xiii . capitulo
Erat autem Abraham diues ualde in poſſeſſione argenti &
auri & ſic de multis ſanctis illius temporis . Princeps aūt
apoſtolorum de ſe dicebat actuum . iii . capitulo Argentū
& aurū non eſt michi Vnde generaliter loquendo pauper-
tas uolūtaria que ualde cōmendatur ī ſtatu noui teſtamēti
In antiquo tamē minime legitur cōmendari quod ad uirtutē
huius ſacroſancti ſacrificii in eo iudicio ſaluo ſēper meliori
attribuendum uidetur Nam licet in utroqꝫ ſtatu fuerūt ſā-
cti uiri non tamen in utriſqꝫ equalia deuotionis ſigna ſunt
oſtenſa In antiquis enim qui nō habebāt ſacrificia ī quibus
tanta dulcedo deuotiōis abſcondita eſſet : deuotio nō tantū
ad gratiam aſcēdere uidebatur ut ad dimiſſionem bonoꝝ
temporalium nec ad martiria ſeu uirginitatem attingeret
ſicut in hiis que ſub nouo teſtamento deo militant & hoc
ut extimo ratione predicta .

## Magiſter

Extimatio tua ſatis uidetur rationabilis In collecta enim
Prima de corpore chriſti legitur ꝙ eccleſia a deo petit ut per

VNIVERSIDAD
DE SALAMANCA
GREDOS.USAL.ES

ueneratıonem debitam huius ſacramentı fructus redemp/
tıonis ī ipſis fıdelibus iugiter ſentıatur Opera autē uirtutū
ſecundum ambroſium Vt in prima ſecunde . q . lxx . dicū/
tur fructus eo ꝙ ſuos poſſeſſores ſancta & ſincera delecta/
tıone reficıūt | ſunt igıtur fructus redēptıonis chriſtı opera
uirtutum illarum que per imitatıonem paſſionis chriſtı per
quam noſtra redemptıo celebrata fuit effıcıuntur In chriſto
enim ſumma paupertas uoluntarıa & ſūmum martırium
& ſūma uirginitas proculdubıo fuerunt ex quibus fructus
ſimiles in ſuis fıdelibus per uirtutē huius ſacramētı debite
ſumpti iugiter ſenciuntur pro ut per te dictum eſt Vnde
ad conſideratıonem tuam applicarı poteſt illud pſalmiſte .
Quoniam ſi uoluiſſes ſacrıfıcıū dediſſem utiqꝫ holocauſtū
non delectaberis . In quo reprobatıo ſacrıficiorum demō/
ſtratur antıquorum | quequidē ſacrıfıcıa non ſolū ex opere
operante ut dictum eſt deo placebāt . & ideo ſtatım ſubdit
Sacrıfıcıum deo ſpirıtus contrıbulatus 2c̈ . q . d . holocau/
ſta noſtra non delectant deum ſecundum ſe niſi inq̄tū offe/
runtur ab ſpirıtu contrıbulato & corde contrito & ut deſig/
naret quod factū erat ī eccleſia deı ſacrificıū ſeu holocauſtū
per ſe deo acceptum ideo petıt Benigne fac domine ī bona
uoluntate ſyon ut edificentur muri iheruſalē | ꝙ de eccleſia
chriſtı pro ut tunc futura intelligendū eſt In qua ſacrıficıū
iuſtıtıe offerendū erat pro quo ſacramentum altarıs ut ſupra
dictum eſt Intelligıtur de quo dicıt Tunc acceptabis ſacri/
fıcıum iuſtitıe 2c̈ & quia uirtute iſtıus ſacrıficii fideles ad
maximam imitatıonem chriſtı que per martırıum perfıcıtur
attingere debebant Ideo ſubdit . Tunc imponent ſuper al/
tare tuum uitulos ꝙ ſecundum gloſam ītelligıtur de ſāctıs
martırıbus qui in odorem ſuauitatis ſe ipſos quaſı ī altare
dei per modum holocauſtorum aſcendunt quod ſatıs con/
cordat cum tua extımatıone . Et ſcıas quod licet predicta
extımatıo tua ſit ratıonabilis ut dictū eſt tamen circa diffe/
rentiam ſupradictam alia propria conſideratıo ut patet per

ſcripturas ſacras ſcrutantı .

**Capitulum** ſecundū In quo redditur alia ratıo quare
antıqui patres bonıs tēporalibus ut cōmunıter uidebāntur
adherere & non ſanctı noui teſtamentı qui communiter
conſilıa euangelica ſecutı ſunt .

## Diſcipulus

Indica michi queſo cauſam illam quam dicis eſſe aliam
ab ılla ſuperıus dicta Nam animum meum quedam admi/
ratıo uehementer pulſat | que talıs eſt Cum enım fıdes antı/
quorum ad neceſſitatem ſalutıs pertınens una & eadem ſit
niſı ſolū inq̄tum quedā que antıqui crediderunt ut futura
moderni credunt ut iam preterıta Vt in Conſtat
autem ꝙ ex recta fıde mentıum pietas ſequi debet actıonū
conſequens uidetur quod ın appetıtu ſeu conceptu bonorū
eſſet equalıtas uel ſaltım magna ſimılıtudo ınter ſanctos
utrıuſqꝫ teſtamentı cuius oppoſitum manıfeſte legımus In
geſtıs enım ſanctorum antıquorum comuniter reperıtur
quia adherebant temporalıbus bonıs & in ıllıs aſſidue ex/
ercıtabantur gaudentes de ipſorum licıta acquiſitıone & de
eorū amiſſione ualde dolentes Legıtur enım de Iacob pa/
trıarcha ꝙ cum credidiſſet Ioſeph fılıū ſuum fuiſſe mortuū
indutus eſt ſacco & lugebat per multos dıes Nec alıquo
modo conſoları uolebat . Gen . xxxvii . de Moyſe etıam
legıtur quod affligebatur ualde de afflıctıone populi ıſra/
helitıcı In tantū ꝙ deo dicebat Domine cur afflixiſtı popu/
lum tuum quare miſiſtı me 2c̈ . Exo . v . capitulo de Ioſue
autem legitur quod eo alıqui de exercıtu iſrahel terga uer/
terunt ab hoſtıbus quod ſcıdıt ueſtımenta ſua & queruloſe
dicebat deo Quid dicam uidens iſrahelem terga uertentē
Ioſue . vii . capitulo hec & multa ſimılia ſcripturas ſcrutāntı
patent : Ex quibus habetur ꝙ antiqui non pacienter tolle/
rabant temporalia mala cuius contrarıū in diſcipulis chriſtı
& eorum ſequacıbus frequenter reperıtur gaudebant enım

VNIVERSIDAD
DE SALAMANCA
GREDOS.USAL.ES

cum de bonis propriis expoliabantur propter deum ad hebre . x . capitulo Rapinarum bonorum ueſtrorum cum gaudio ſuſcepiſtis Nec ſolum hoc ſed etiã in iniuriis & con/tumeliis pro nomine chriſti ſuſtinendis Unde actuum . v capitulo Ibi apoſtoli gaudentes a conſpectu cõcilii quoniã digni habiti ſunt pro nomine ieſu contumeliam pati Nec ſolum hoc ſed etiam tormenta grauia uſqꝫ ad mortem pro/priam cum magna patientia & nonnunquam cum mentis hylaritate ſuſtinebãt ut in geſtis martirum latius cõtinetur Non igitur imerito querẽda Videtur eſſe ratio tante diffe/rentie inter ſanctos utriuſqꝫ teſtamẽti quorũ fides ſalutiffera eadem fuit Ut dictum eſt .

## Magiſter

Ad iſtam tuam admirationem tollendam preſupponere debes ꝙ ſicut in ſcientiis oportet ordinate procedere ſic ut ex notioribus incipiat diſciplina Uti Primo phi . & in aliis locis docet philoſophus Ita etiã oportet ꝙ qui inducere uult hominem ſeu populum ad obſeruantias legum preceptorũ eum incipiat mouere ex illis que ſunt magis in eius affectu Pueri enim qui nondum habent plene rationis uſum non prouocantur ad aliquid faciendum ſeu addiſcendum niſi puerilibus munuſculis que in eorum affectu magna bona extimantur Cum enim ad perfectã perueniunt etatẽ deſpe/ctis puerilibus mouẽtur ad aliquid faciendum ſub ſpecie maiorum bonorum Ut puta diuitiarum ſeu bonorum & huiuſmodi Conſtat autẽ ꝙ lex uetus diſponebat ad chriſtũ ſicut impefectum ad perfectũ eo quod dabatur populo rudi & imperfecto in comparatione ad perfectionem que futura erat per chriſtum qua ratione populus ille puero ſub peda/gogo exiſtẽti cõparatur ad . Gal . iiii . capitulo Imperfecto/rum autem eſt temporalia bona in magnam extimationem habere | perfectorũ autem ẽ quod temporalibus contẽptis in ſpiritualibus bonis tantum finem conſtituant | Et ideo

ſub ueteri lege exiſtentes quia tanꝗ imperfecti temporalia querebant & eis adherebant oportebat ut per temporalia promiſſa manu ducerentur ad deum qua ratione promiſſi/ones que in ueteri lege continẽtur cõmuniter ſunt de bonis temporalibus que in affectu hominum imperfectorum magna repreſentabãtur & ſic ex talibus adeptis ualde gau/debant & in eorum amiſſione uehementer cõtriſtabantur ſecus eſt a fidelibus ſub nouo teſtamento exiſtentes quibus tanꝗ perfectis non per bona temporalia que minima ſunt inducãtur ad legis obſeruantiã ſed per ſpiritualia que max/ima ſunt Unde appoſtolus ad philipp . iii . capitulo Que quidem retro ſunt obliuiſcentes ad anteriora me extendo quicumqꝫ ergo perfecti ſumus hoc ſentiamus Unde iſti de bonis temporalibus adeptis uel amiſſis nõ multum gau/debant nec triſtabantur ſed ſolũ de ſpiritualibus ex quibus diligẽter cõſideratis habes rationẽ ſupradicte differentie .

## Diſcipulus

Nec ratio tua ſatis uidetur ſufficiens quãtum ad differẽ/tiam utriuſqꝫ populi in cõmuni | populus enim antiquus indubie rudis erat & imperfectus | ut ex eorũ geſtis ſatis patet nichilominus tamen inter antiquos erant aliqui uiri perfecti . de Abraham enim legitur . Geneſis . xvii . cap . Ambula coram me & eſto perfectus & de Moyſe Nume/ri . xii . capitulo · Seruus meus Moyſes ĩ tota domo mea fideliſſimus eſt ore enim ad os loquor ad eum & palam nõ per enigmata & figuram dei intuetur . Ex quibus auguſti/nus concludit ꝙ Moyſes tante perfectionis fuit ut in hac uita deum uideret per eſſentiam quod maxime perfectionis eſt Non igitur modica admiratiõe uidetur dignũ quomo/do predicti & eorum ſimiles non legũtur in aliquo mũdũ contemſiſſe nec temporalia bona propter deum relinquere ſed huiuſmodi bonis ſicut & alii ſimplices adherere Non enim dicendum eſt ꝙ tales erant rudi ſeu imperfecti cum de eis ſcriptura ſacra oppoſitum teſtatur | uellem igitur de

UNIVERSIDAD DE SALAMANCA
GREDOS.USAL.ES

hoc amplius a te erudiri.

## Magiſter

Ad hoc ꝙ queris ſane intelligendum preſupponere de/
bes quod perfectio ſpiritualis uite non conſiſtit eſſencialiter
in dimiſſione diuiciarū & uirginitatē ſeruādā & huiuſmodi
licet iſta ſint uia ad perfectionem facilius ſeu ſecurius ac/
quirendam ſicut aliqua ſunt que iuuant ſeu proficiunt ad
ſanitatem corporalem habendam que tamen non ſunt ad
hoc neceſſaria nec etiam in eis conſiſtit eſſencialiter corpo/
ralis ſanitas & ideo de huiuſmodi ſignificatione tempo/
taliū non legitur chriſtum dediſſe preceptū quod neceſſitatē
imponit. ſed tantū conſilium quod non de neceſſario datur
ſed de utili Vnde poſſibile eſt ꝙ aliquis diuitias poſſidens
habeat perfectionem ſpiritualem ideo per caritatem q̄tum
in ſtatu uie pertinet adherendo In tali enim adheſione per/
fectio caritatis eſſencialiter conſiſtit Vnde pſalmiſta Michi
autem adherere deo bonū eſt Vnde Abrahā & Moyſes
& alii ſancti patres āntiqui licet non leguntur temporalia
reliquiſſe nichilominus tenendum eſt ipſos fuiſſe perfectos
ſicut multociens reperitur quod aliquis ſanitatem corpo/
ralem perfectam acquirit etiam non ſeruando medicorum
conſilia que dei miratibus ad ſanitatem dātur imo ex hoc
ꝙ aliquis perfectam ſanitatē acquirit ſine huiuſmodi me/
dicinali conſiliis fortioris nature eſſe iudicandum eſt q̄
ille qui non poteſt acquirere ſeu conſeruare ſanitatem niſi
talia conſilia ſequatur ut ī de celo & mundo Vnde
ſi bene ſcrutatus fueris uerba ſaluatoris circa euangelice cō/
ſilia clare reperies quod non imponunt neceſſitatem Sed
in opcionem eius cui dabantur ea relinquid dicunt enim
Si uis perfectus eſſe uade & uende 2c̄ Math.xix. capitulo
Ex quo patet ꝙ non neceſſetatem imponendo ſed ſolum
conſiliando hec dicit Non enim dicit Si uis ſaluus eſſe Vel
ſi uis ad uitā ingredi eternā Sed ſi uis perfectus eſſe Simi/
liter ī hoc quod ſubdit Et ſequere me ſatis inuit ꝙ i ſequela

chriſti perfectio eſſencialiter dimiſſo uero diuitiarū non per/
fectio ſed perfectionis uia eſt / & ſic intelligit iſtum paſſum
Ieronimus & alii doctores Abraham igitur qui diuitias
poſſidebat perfectus fuit non enim habebat animū diuitiis
irretitum / ſed totaliter q̄tum in ſtatu uie poſſibile eſt deo
cōiunctum Vnde ſi diligenter uerba domini ad eū ītelligis
dicentis Ambula coram me & eſto perfectus ſatis reperies
ꝙ perfectio Abrahe in ambulando coram deo eū perfecte
amando uſq; ad contēptum ſui & omnium ſuorum cōſiſtit
quēquidem contēptum in immolatione filii ſui unigeniti
maxime demonſtrauit manifeſtum eſt enim ꝙ Abraham
prediligebat filium ſuum unigenitum quam omnia bona
ſua exteriora dicebat enī ad deū Domine quis dabit michi
& ego uado ſine liberis & ibidem infra. Ecce michi nō de/
diſti ſemē & uernaculus meus heres meus erit & tamē ipſe
Abraham ad unicum iuſſum deum uolebat īmolare filiū
quem tam diu deſiderauerat habere Vnde & ibidem dictū
eſt ei: Quia perfeciſti rem hanc & non peperciſti filio tuo
propter me benedicam tibi 2c̄ uſq; ibi. Et benedicentur in
ſemine tuo omnes gentes terre In quibus uerbis facta eſt
promiſſio abrahe de chriſto ex ſemine ſuo uenturo in quo
omnes gentes ſecundum ſufficientiam ſpiritualem benedi/
cuntur ut apoſtolus dicit capitulo Non igitur dubitā/
dum eſt ꝙ bona exteriora Abrahā propter deū dimiſiſſet
qui īmolationem filii tam prompte propter deum facere ī
tendebat Similiter & de Moyſe legitur ꝙ in tantū proxi/
mos diligebat propter deum ꝙ pro remiſſione peccatorū
populi deum deprecans dicebat Autem dimitte eis noxam
hanc / aut ſi non facis dele me de libro tuo quem ſcripſiſti
Quomodo autē ītelligatur talis delectio poteſt haberi Exo.
.xxxii. capitulo ubi eſt proprius locus tam in poſtilla quā
ī additione & quocūq; modo exponatur / ex hoc manifeſte
habetur ꝙ caritas Moyſi ad proximos propter deū erat
tantum incenſa q̄tum poſſibile erat in ſtatu uie & ſic non

VNIVERSIDAD DE SALAMANCA
GREDOS.USAL.ES

eſt dubitãdum ꝙ Moyſes dimiſiſſet omnia bona tẽporalia exteriora & etiam uitam corporalem propter bonũ populi ſpiritualẽ Similiter & de Dauid legitur ii Regum ultimo ꝙ cum uidiſſet angelum percucientem populo dixit deo Ecce ego ſum qui peccaui iſti qui oues ſunt quid fecerunt Vertatur obſecro manus tua contra me & cõtra domum patris mei Ex quo patet ꝙ in ipſo dauid uirtus caritatis ſic erat ordinata ꝙ preeligebat mortem propriam temporalem ſui & ſuorum plus quam mortem populi qui non peccauerat in illo peccato & ſic non eſt dubitandum ꝙ dauid reliquiſſet omnia bona temporalia quibus uita corporalis prefertur propter deum & proximum. Ex premiſſis igitur habes ꝙ antiqui patres & ſi non leguntur relinquiſſe temporalia pro ut in conſiliis euangelicis continetur que ad uitam perfectionis pertinent Non ex hoc tenendum eſt quod ipſam perfectionem ſpiritualem non haberent Nec mirari debes ex hoc ꝙ antiqui patres nõ leguntur mundum contemſiſſe ſeu bona temporalia Nam quia ex ruditate populi oportebat eos per promiſſionem bonorũ temporalium populos ad obſeruantiã legis inducere ut iam dictũ eſt Ideo neceſſarie erat ut temporalia bona per quorum promſſiones rudes & ſimplices inducere ad ſpiritualia conabantur tamq̃ preciosa uiderentur reputare Ille enim qui puerum per munuſcula parua uult ad aliquid bonum inducere oportet quod illud munuſculum ut magnum & precioſum puero oſtẽdat ut puer per illud attrahatur ad bonũ ſi enim illud munuſculũ puer ille uilem eſſe oſtenderet ſicut eſſet in rei ueritate nequaq̃ per promiſſionem illius munuſculi puerum promoueret Iſto igitur Modo antiqui patres temporalibus bonis uidebantur adherere ſicut ceteri ut uulgares rudes temporalia bona magis eſſe extimarent ut ſic per taliũ promiſſiones ad ſpiritualia bona inducerentur.

**Capitulum** Terciũ In quo oſtenditur ꝙ conſilia euãgelica licet nõ ad ſalutem neceſſaria ſunt tamen ualde utilia

& ibidem redditur ratio quare huiuſmodi conſilia non fuerunt antiquis data explicite.

## Diſcipulus

Si conſilia predicta que tu dicis ſolum uiam perfectionis demonſtrare non ſunt neceſſaria ad ſalutem eo ꝙ perfectio etiam ſine illis haberi poſſet / ad quid queſo predicta conſilia data ſunt cum ſine eis ut dicis perfectio haberi poſſit.

## Magiſter

Manifeſtum eſt ꝙ licet ad uictoriam querẽdã de aduerſario non ſit neceſſarium armis uti militaribus legitur enĩ de Samſone ꝙ cum mandibula aſini interfecit quã plurimos philiſteos Iudicũ. xv. capitulo Similiter & Dauid deuicit philiſteum ſine armis militaribus cũ ſola fundibula Primo Regũ. xvi. capitulo Non tamen ex hoc ſequitur ꝙ non ſit conſilium utile militantibus ut armis cõpetentibus utantur in bello pauci enim ſunt qui inermes triumphum belli obtineant nec ſua ſecure poſſideant Vnde Luc. xi. capitulo Si fortis armatus cuſtodit atrium ſuum ꝛc̃ Vnde & conſimilia euangelica de dimiſſione temporalium & huiuſmodi ualde utilia ſunt Illa enim que in cõſiliis continentur euangelicis ſunt quaſi arma contra ſpirituales nequicias que impediunt perfectionem uite ſpiritualis & ideo ſũme utilia ſunt preſertim pro infirmis qui ex huiuſmodi temporalibus ut plurimum impediuntur a conſecutione ſpiritualium ut dictum eſt ſupra licet talia conſilia quãdoq; non ſunt neceſſaria quo ad fortes & robuſtos qui radicati ſunt in caritate dei ut patet ex predictis ſanctorũ antiquorum teſtamenti exemplis.

## Diſcipulus

Si hec conſilia pro ut tu dicis utilia ſunt ſpecialiter infirmis qui modicum habent de uirtute congruum uidetur ꝙ huiuſmodi conſilia fuiſſent data antiquis qui cõmuniter ut ſupradictũ eſt erant rudes & imbecilles in ſpiritualibus

VNiVERSIDAD DE SALAMANCA
GREDOS.USAL.ES

Vnde tales potius indigebant conſiliis quam iſti qui iam non ut paruuli ſed ut adulti iudicantur Vnde appoſtolus ad hebreos . v . capitulo fidelibus noue legis qui adhuc imbecilles circa ſpiritualia erant dicebat Facti eſtis quibus lacte opus ſit non ſolido cibo .

## Magiſter

Ratio autem quāre conſilia euangelica non leguntur in antiquo teſtamento expreſſe data poteſt eſſe duplex Prima quia inter conſiliū & preceptum talis differentia cōmuniter aſſignatur . ſ. ꝙ preceptum neceſſitatem importat Cōſilium autem in optione eius cui datur ē impoſitum Vnde ī lege noua que eſt lex libertatis conuenienter fuerunt addita cō/ſilia preceptis non autem ī ueteri lege que lex ſeruitutis erat Et hec ratio habetur Prima ſecunde . q . Alia ratio poteſt ad hoc aſſignari & eſt talis Nam antiquus populus ſic erat rudis ꝙ ſpiritualia ualde difficiliter capiebat & tem/poralibus cōmuniter adherebat Vnde ſi talibus expreſſe dimiſſionem temporalium proponeretur tamq̄ ualde utile tunc tales ex ſui ruditate a cultu diuino faciliter recederent Legitur enim Math . xix . capitulo ꝙ cum chriſtus de cō/ſiliis ad perfectionem pertinens expreſſe loqueretur Vt di/cendo adoleſcenti . Si uis perfectus eſſe ꝛc ꝙ ille abiit triſtis Similiter & cum diſcipulis dixiſſet de conſilio continentie/ ſunt eunuchi qui caſtrati ſunt propter regnum celorum Illi dixerūt Quis ergo poterit ſaluus eſſe / Si igitur iſti qui do/ctrinam ſalutifferam ab ipſo chriſto immediate audiebant eius miracula continue uidentes cum hoc tamen ex talibus conſiliis contriſtabantur ſeu turbabantur : quanto magis ſenciendum eſt de populo illo ātiquo qui puero ſub peda/gogo exiſtenti comparatur . Ad Gal . iiii . capitulo Vnde talia conſilia non conueniebāt ut talibus darentur expreſſe ſicut populo noue legis in quibus cōmuniter gratia habū/dantius data eſt per chriſtum Iuxta illud . Ioh . i . Lex enī per Moyſem data eſt gratia & ueritas per ieſum chriſtum

facta eſt Et circa hoc notare debes ꝙ licet conſilia predicta in antiquo teſtameto nō fuerunt expreſſe data propter rati/ones predictas nichilominus tamē talia conſilia eſſe ad per/fectionem utilia implicite ibidē continentur licet phariſeoꝝ turba hoc non ſenciat .

## Capitulum Quartum In quo oſtenditur ꝙ conſiliū de ſignificatione temporalium eſſe utile ad deum adherē/dum implicite continetur in ueteri teſtamento .

## Diſcipulus

Declara michi rogo quomodo conſilia euangelica impli/cite in ueteri teſtamento contineantur .

## Magiſter

Ad iſta ſciendum attendere debes ꝙ ſicut de hiis que ſūt de neceſſitate ſalutis credēda ad que naturalis ratio huma/na im me attingit ſicut eſt miſterium trinitatis in diuinis & miſterium incarnationis chriſti / ſimiliter & ultimū pre/mium beatorū non tradūtur in ueteri teſtamento expreſſe propter debilitatem intellectus illius populi ut ſupra dictū eſt Nichilominus tamen predicta traduntur implicite ſeu figuratiue ī tantum ꝙ habētes ſēſus ſpirituales exercitatos poſſunt illa percipere ſic eadem ratiōe ī agibilibus illa que cadunt ſub conſiliis euangelicis ad que implenda homines modice uirtutis ſeu conſiderationis difficiliter attraherētur talia nō traduntur in lege ueteri expreſſe nichilominus tra/duntur īplicite Vnde ſi ſcripturas ſacras antiquas diligēter ſcrutatus fueris reperies ꝙ paupertas pertinet ad illos qui ad cultū diuinū ſingulariter deputantur & hoc ut liberius & expeditius ſe haberent ad obſequium diuinum Tribus enim leui que ex ordinatione diuina fuit ſeparatus ab aliis tribus : Vt dei ſeruitio deputaretur Idcirco fuit ſibi prohi/bitū habere poſſeſſiones ſeu hereditatē cum ceteris Legitur enim deutro . x . capitulo Eo tempore ſeperauit dominus tribum leui ut portaret archam phederis domini & ſtaret

VNIVERSIDAD DE SALAMANCA
GREDOS.USAL.ES

in miſterio coram eo ac benediceret in nomine illius uſqꝫ in preſentem diem quāobrem non habuit leui partē neqꝫ poſſeſſionem cum fratribus ſuis quia ipſe dominus poſ/ſeſſio eius & hec ibi Ex quo habes manifeſte ꝙ dimiſſio ter/renorum propter dei obſequium uirtuoſum eſt & laudabile alioquin non fuiſſet hoc ſingulariter impoſitum tribui leui qui inter alios diuino cultui aſſignabatur.

## Diſcipulus

Iſta que proponis ulteriori indigent declaratione pauper/tas enim leuitarum non erat per deſertionem omniū tem/poralium bonorum ſicut ad conſilium euangelicū pertinet de quo Math. xix. capitulo Vade & uende omnia que habes ⁊c̄ Leuite enim habebant decimas omniū fructuum in mercedem laborum ſuorum Vnde leuitici. xviii. cap. Legitur filiis autē leui dedi omnes decimas iſrahel in poſ/ſeſſionem pro miſterio quo ſeruiunt michi in tabernaculo federis Conſtat autem ꝙ illi qui omnes decimas totius iſrahelis habebant Non debent dicere pauperes nec omnia exteriora deſerentes ſed potius diuites poſſunt dici.

## Magiſter

Ad iſtam tuam obiectionē tollendā preſupponere debes generaliter ꝙ ſicut illa que figuratiue traduntur in ueteri teſtamento de credendis / non ſūt omnino ſimiles rebus per ea figuratis ſed multum differentes alioquin eſſēt eedē: ſicut īter implicitam traditionē eorū que in ueteri teſtamēto tra/duntur agendorum & inter ipſorū explicitam expreſſionē magna differentia cēſenda eſt Particulariter etiā circa deci/mas que in ueteri teſtamento precipiuntur ſolui: debes ſcire ꝙ de huiuſmodi decimis uarii uaria ſenſerūt Fuerūt quidā oppinantes ꝙ tres decime debebant dari in quolibet anno Vna .ſ. pro leuitis De qua leuitici. xviii. Filiis leui dedi omnem decimam iſrahelis ⁊c̄ Vt ſupra fuit allegatū Secun da uero decima erat retinenda apud dominos prediorum ad hoc ut ipſam uel precium eius portarent in iheruſalem & ibidem expenderentur in uictualibus ad uotum domi/norum eam portantium de qua decima habetur expreſſe Deut. xv. capitulo Vbi dicitur Decimabis omnē fructū ſeminis tui & comedes coram domino deo tuo in loco quē elegerit ⁊c̄ Tercia uero decima erat danda peregrinis pu/pillis & uiduis & huiuſmodi pauperibus Vt infra eodem capitulo. & ſecundum hanc opinionem ad leuitas pertine/bat in quolibet anno preterꝗ̄ in anno ſeptimo .ſ. ſabati una decima integra Sed licet hec opinio ſatis poſſet in littera fū/dari / non tamen ſic tenetur cōmuniter ab hebreis quibus in ſimilibus que non reſpiciunt fidem noſtram aſſenciendū eſt / preſertim cum ratio dictat ꝙ tres decimas in quolibet anno ſoluere ſeu ſeparare eſſet grauiſſimum Videmus enim per expergentiam ꝙ fideles chriſti ut plurimum unā ſolam decimam difficiliter ſoluūt & hoc in aliquibus regionibus quia in multis aliis nulla ſoluitur decima Vnde ſecundum cōmunem ſententiam hebreorū predicte tres decime aliter ſunt intelligende Ad cuius declarationem ſciendum ꝙ in qualibet ebdomoda annorum erat unus annus ſabati terre In quo nō licebat ſeminare nec colere terrā & fructus illius enim erat communis tam hominibus ꝗ̄ beſtiis agri Vt habetur leuitici. xxv. capitulo & ſic in illo ſabato terre nō dabantur decime cū fructus terre non erant proprie alicu/ius ſed ocupanti ſeu cōmedenti concedebantur In ſex uero annis cuiuſlibet ebdomode decime dabantur iſto modo.

Nam primo anno decime dabantur leuiticis Secundo uero anno decime aſſignabantur dominis .ſ. decimantibus ad hoc ut eas uel precium earum cōmederent in iheruſalem.

In Tercio uero anno decime dabantur pauperibus & iſte ordo ſeruabatur ī tribus ſequentibus cuiuſlibet ebdomode Ita ꝙ ī quarto āno decime pertinebāt ad leuitas In Quinto uero ad ipſos dominos decimantes In Sexto pertinibant ad pauperes Vnde cum legitur leuitici. viii. capitulo Filiis

VNiVERSIDAD DE SALAMANCA
GREDOS.USAL.ES

autē leui dedi omnes decimas iſrabel / hoc eſt intelligendū
in primo anno & in quarto cuiuſlibet ebdomade tantum
Cum autē dicitur Deu . xiiii . capitulo Decimam partem
ſeparabis de cunctis fructibus tuis que naſcuntur in terra
per annos ſingulos & cōmedes in conſpectu domini dei tui
& locus quem elegerit dominus deus tuus nec potueris ad
eum hoc cuncta portare Vendens omnia & in precium
rediges portabiſꝗ manu tua & proficiſceris ad locum quē
elegerit dominus deus tuus & emes ex eadē peccunia quit
quid tibi placuerit & comedes ⁊c̃ hoc ītelligitur de decimis
ſecundi & quinti anni cuiuſlibet ebdomode ad dominos
decimantes pertinentibus Cum autem in aliis locis dicitur
ꝙ decime erāt dande peregrinis pupillis & huiuſmodi pro
ut in predicto capitulo & in aliis habetur Hoc intelligēdū
eſt de decimis tercii & ſexti anni que ad pauperes pertine/
bant Vt dictum eſt & ſic intelligunt omnes hebraici expo/
ſitores tam antiqui quā moderni diſtributiones diuitiarū
Et quia in fine cuiuſlibet trienni domini prediorum debe/
bant computare decimas illorū trium annorū ut predicti
perfecte haberent portionem ſuam modo ſupradicto Id/
circo legitur Deu . xxvi . quādo conpleueris decimā cūcta/
rum frugum tuarum anno decimarum tercio dabis leuite
& aduene pupillo & uidue ut cōmedat intra portas tuas
& ſaturentur In quo loco non fit mentio de portione pro/
pria pertinenti domino decimanti ut dictum eſt quia illa
erat ſua ad predictū uſum ꝙ fit mentio de leuita cuius erat
decima primi anni & de peregrino & uidua ⁊c̃ cuius erat
decima tercii Ex quibus patet ꝙ ad leuitas nō pertinebāt
decime cuiuſlibet anni ſed ſolum decime duorum annorū
.ſ. primi & quarti in qualibet ebdomada ſeptem annorū
& ſic preſumendum eſt ꝙ ex iſta decima leuite non eſſent
diuites Nam cū tribus leui eſſe duodecima pars ſeu . xiii .
totius iſrabel & tamen nō haberet aliquas poſſeſſiones ſicut
cetere tribus ut dictū eſt Conſtat ꝙ decima duorū annorū

tantum in qualibet ebdomoda non correſponderet eis ad
totalem ſufficientiam uite ſed ſemper eſſent indigentes ſeu
egeni Vnde ī ſacra ſcriptura leuite cum pauperibus & pere/
grinis & huiuſmodi mirantur Deut . xii . cap . Gaudebitis
cum domino deo ueſtro uos & filii & filie ueſtre & ſerui &
ancille & leuita qui in portis ueſtris eſt & non habet partē
nec hereditatem uobiſcum Similiter in eodem decimo . v .
Venit leuita qui non habet partē nec hereditatem tecum
& peregrinus & orphanus & uidua & cōmedent ⁊c̃ & ſic
in quampluribus locis . Ex quibus patet ꝙ leuite & pau/
peres reputabantur inter omnes tribus iſrabel quequidem
paupertas diſpoſitione diuina fuit tribui leui aſſignata eo ꝙ
erant deputati ad miſterium diuinum prout habetur Deut .
. x . ut ſupra eſt allegatum Ex quo ulterius ſequitur ꝙ de/
ſertio temporalium bonorum exteriorum pertinet ad eos
qui deo & ſuis obſequiis mācipantur ꝙ eſt propoſitum .

## Diſcipulus

Paupertas leuitarū etiam prout tu etiam exponis nullo
modo eſt ſimilis paupertati que ī conſiliis euangelicis cō/
tinetur In illa enim nichil debet remanere propriū Legitur
enim de appoſtolis Math . xix . capitulo Nos qui reliqui/
mus omnia & ſecuti ſumus te / & Math . xix . Vade &
uende omnia que habes ⁊c̃ Vbi ergo omnia dimitti deberēt
nichil deberet remanere Vnde & ſi predicte decime duorū
annorum tantum in ebdomada preſumantur ſufficere ad
ſuſtentationem ſufficientem leuitarum ſufficiunt tamen ad
excludendum ab eis paupertatem ut manifeſtum eſt .

## Magiſter

Si decime duorum annorum predictorum que ad leui
tas pertinebant eſſent ſingulariter aſſignate ita ꝙ quilibet
leuita haberet certam portionem aſſignatam ſibi de illis de/
cimis ſicut modo in eccleſia ubi decime dantur : clerici cō/
muniter habent portiones ſuas aſſignatas in diuerſis locis

VNiVERSIDAD DE SALAMANCA
GREDOS.USAL.ES

uel in eodem ſecundum certam taxationem ſic uerum eſſet
ꝙ leuite non deberent dici pauperes ſecundũ omnimodã
deſertionem temporalium etiam ſi portio ſua non eſſet ſibi
ſufficiens / ſed ſic pertinebant decime illorũ duorũ annorũ
leuitis ꝙ nullus eorũ habebat aliquam portionem certam
Nam in optione ſeu libertate dominorum decimantiũ erat
ſoluere decimas ad leuitas pertinens cuiꝫ leuite maluiſſent
Vnde ſi omnes darent decimas ſuas uni leuite tantũ nulli
aliorum tenerentur dare decimas ſuas & ſic nullus eorum
dici debet habere proprium ĩ decimis quia erãt quaſi om/
nibus cõmunia habere autem proprium in cõmuni tantũ
nõ ſemper excludit rationem paupertatis Vt poteſt haberi
ſecunda ſecunde . q . lxxxviii . articulo . vii . In primitiua
enim eccleſia tempore appoſtolorũ a quibus religio ſũpſit
exordium omnia erant eis cõmunia Actuum . ii . capitulo
Vnde huic primitiue paupertati quodãmodo aſſimilatur
paupertas leuitarum & hoc in duobus . Primo in habẽdo
aliquid in cõmuni Secundo in nõ habendo bona ĩmobilia
quia tempore appoſtolorum fideles uendebant talia bona
Vnde etiam ſi ſtricte paupertas leuitarum non ſit omnino
ſimilis tamen ſatis ſufficit ad oſtendendum ꝙ dimiſſio ter/
renorum utilis eſt ad adherendũ deo ſeu ad uacandũ diui/
nis obſequiis nec obſtat predictis ꝙ ĩ promiſſionibus legi/
tur antiquo populo factus indigens & mendicus non erit
inter uos Deu . xv . capitulo & infra xxviii . & fenerabis
gentibus multis ꝛc̃ Ex quibus apparet ꝙ paupertas non ẽ
laudabilis / ſed potius habundantia diuitiarum Nam iſta
& conſimilia pertinent ad cõmunem ſtatum illius populi
qui per promiſſiones temporales erant reducendi ad opera
uirtutum ut iam dictum eſt Sed ad inuendum ꝙ deſertio
terrenorum eſt utilis ad deo adherendum ſatis oſtenditur
per paupertatem leuitarum ſupradictam .

**Capitulum** Quintum In quo oſtenditur ꝙ continẽ/
tiam eſſe laudabilem & oportunam ad diuina ſuſcipienda
in ueteri teſtamento ſaltim implicite traditur .

## Diſcipulus

Sufficiunt michi predicta ad oſtendendum ꝙ deſertio
temporalium ſit utilis uel oportuna ad uacandum deo ſeu
adherendum ei preſertim ad eos qui alios habent docere
legem diuinam ſicut de leuitis legitur Deut . xxxiii . cap .
Docebunt iudicia tua iacob & legem tuam iſrahel / ſic eſt ĩ
hebreo Sed ad huc ſcripturas ſcrutãdo antiquas nõ ĩuenio
ꝙ continentia ſit ibidem cõmendata in tantum ꝙ ſit licitũ
& multo minus meritorium ut homo a contrahendo ma/
trimonio abſtineat potius enim reperio oppoſitum Legitur
enim Deut . vii . capitulo Benedictus eris ĩter omnes gẽ/
tes non erit in te ſterilis utriuſꝫ ſexus . Ex quo patet ꝙ ad
benedictionem ſingularem illius populi inter omnes gẽtes
fecunditas reputabatur ꝙ non poteſt exerceri cum omni/
moda continentia que inter euangelica conſilia habetur .
Talem enim continẽtiam nullus patriarcharũ ſeu ſanctoꝝ
antiquorũ nec etiam ipſi leuite deo ut dictũ eſt ſpiritualiter
famulabãtur leguntur obſeruare Vnde peto ꝙ michi oſtẽ/
das ſi forte in aliquo loco ſcripturarũ antiquarum reperiri
poſſet ſaltim ĩplicite ꝙ huiuſmodi cõtinentia ſit laudabilis .

## Magiſter

Virginitas ſeu continentia perpetua in ueteri teſtamẽto
nou legitur commendari eo ꝙ maior ſeu potior benedictio
quam antiqui a deo habuerunt fuit illa per quam fuit eis
diuinitus denunciatum ꝙ in ſemine ſuo .ſ. in chriſto bene/
dicerentur omnes gentes . Gen . xxii . Ad cuius maxime
beneditionis executionem neceſſario requirebatur fecũdi/
tas in illa natione qua propter in illo ſtatu ſterilitas nõ cõ/
mendabatur ſed potius fecunditas Nichilominus tamen ſi
ſcripturas antiquas ſcrutatus fueris reperies ſaltim ĩplicite
ꝙ continẽtia requiritur & eſt laudabilis ſaltim ĩ illo tẽpore

VNiVERSIDAD
DE SALAMANCA
GREDOS.USAL.ES

quo quis habet ſe ipſam eleuare ad diuinas ſuſcipiendas reuelationes quandoq etiam cum habet uti aliquo ſacro in ſolito modo. Primum patet Nam q deus moueret populum per Moyſen diſponerentur ſeu ſanctificarentur ad legem diuinam in monte ſynai recipiendam tūc ſpecialiter prohibuit eis acceſſum ad uxores Vnde exo. xix. cap. cum dedatione legis tractaretur ſic legitur Deſcēdit Moyſes de monte ad populum & ſanctificauit eos / cum leuaſſet ueſtimenta ſua dixit ad populū Eſtote parati in diem tercīū .i. per tres dies ne appropinquetis uxoribus ueſtris. Ex quo ſatis innuitur q actus matrimonialis licet in aliis tēporibus eſſet licitus tamen in preparatione ad audiendam ſeu recipiendam legem diuinam illicitus erat q ſatis demōſtrat in tentum ſaltim implicite Secundum patet Nam cū dauid a facie Saulis fugiens abymalech ſacerdote panem peteret & ſui & ſuorum neceſſitatem ſubueniendam legitur ſacerdotem reſpondiſſe ipſi dauid Primo Regum. xxi. Non habeo panes laycos ad manum / ſed habeo panem ſanctum ſi mundi ſunt pueri maxime a mulieribus manducent Ex quo patet q etiam ad debitum uſum rei ſacre continentia ſaltim mometanea requiritur q ſatis ſufficit ad oſtendendum implicite q continentia laudabilis eſt in caſibus predictis & ſimilibus.

**Capitulum** Sextum In quo oſtenditur q obedientia prout cadit ſub uoto religionis eſt uirtuoſa & laudabilis & etiam implicite in antiquis documentis traditur.

## Diſcipulus

Satis habeo ex parte dictis q dimiſſio temporalium & etiam carnalium affectionum per continentiā que ſecūdum conſilia euangelica ad uiam pefectionis pertinent in antiquo teſtamento licet non explicite ſaltim implicite innuitur de obedientia uero que inter cetera conſimilia continetur ſi conſideretur in communi ſecundū quā quilibet inferiorum tenetur ſuo ſuperiori obedire ī hiis que pertinent ad talē ſuperioritatem ſatis habetur in ueteri teſtamento Nam de hiis que pertinent ad obedientiam dei que ſe extendit ad omnes & per omnia manifeſtum eſt In hac enim obedientia tota uis obligationis diuine legis fundatur: Vnde Exo. xix. capitulo cum deus intenderet populū diſponere ad ſue leges receptionem premittit Nunc ſi audieritis uocem meam ꝛc q idem eſt ac ſi diceret Si obedieritis mandatis meis Vnde talis obedientia ſecundum quā deo oportet obedire neceſſaria eſt Nec pertinet ad conſilium Sūt etiam alia ī quibus obedientia eſt de neceſſitate ſalutis in antiquo teſtamento in hiis enim que pertinent ad iudicialia negocia Lex antiqua docuit ut obediretur ſūmo ſacerdoti Vel iuditii ī loco a deo electo preſidenti ſeu preſidentibus Vt habetur Deut. . xvii. capitulo In aliis uero agibilibus obediendū eſt uero prophete Deut. xviii. capitulo Ex quibus licet habeant q obedientia ſit laudabilis & uirtuoſa que tamē non ſit de neceſſitate ſalutis ſicut eſt obedientia religioſorum que ante uotum cadit ſub cōſilio tantum non autem ſub precepto.

## Magiſter

Quod autem quis totum ſuum uelle in poteſtate alterius ſupponat propter deum de quo datur conſilium euangelicū Quodquidem conſilium religioſi fouent Si diligenter antiquas ſcrutatus fueris ſcripturas ſatis reperies q ſaltim implicite talis obedientia que eſt totalis ī quātū fit per obedientiam proprie uoluntatis ē laudabilis & meritoria quod ſic patet Nam ut legitur Primo Regum. xv. cap. obediētia prefertur uictimis in holocauſtis cuius ratio eſt Nam in ſacrifitiis que deo offerūtur ut ait Gregorius alia caro mactatur In ipſa uero obedientia propria uolūtas deo offertur Conſtat autem q inter ſacrificia que deo offeruntur holocauſtū principaliorem tenent locū inquātum totū incēditur in dei honorem / de ceteris uero ſacrificiis pars incenditur in altari & pars cedit ī uſum offerentum ut habetur leuiticis

VNIVERSIDAD DE SALAMANCA
GREDOS.USAL.ES

Primo capitulo & infra ſicut ergo ſe habet holocauſtum ad cetera ſacrificia ſic ſe habet obedientia totalis ad particulares obiectiones ſupradictas Item circa obedientiam totalem de qua agimus conſiderandum eſt ꝙ per deſertionem temporalium bonorũ exteriorũ propter deum ꝙ ad uiã pertinet perfectionis Vt dictum eſt homo offert deo ſacrificium de bonis exterioribus per continentiã autẽ offertur deo ſacrificium de bono anime cum uoluntas ĩ regione anime prĩcipatum tenet | per ipſam enim homo dominatur ceteris uiribus anime & corpori proprio & etiam rebus exterioribus anima corpori ſic qui propriã uoluntatẽ offert propter deum aliquid magis offert quam qui offert bona corporis ſeu bona exteriora Vnde & Samuel ubi ſupra uictimis & holocauſtum ad obedientiam pertulit Vnde ex predictis ſatis habes ꝙ abdicati proprie uoluntatis ad uiam perfectionis precipue pertinet .

**Capitulum** Septimum In quo ponuntur quedam obiectiones phariſeorum contra uiros iuſtos ſeu ſanctos noſtre religionis qui per ieiunia & abſtinentias frequenter ſe affligunt quequidem obiectiones ibidem ſoluuntur .

### Diſcipulus

Ex dictis tuis ſufficienter habeo ꝙ tria uota in quibus conſiſtit eſſentialiter religio pertinẽt ad uiam perfectionis habende & etiam ꝙ illa ad perfectionem pertinere in ſcrutinio ſcripturarum antiquarum implicite reperiuntur . Sed adhuc uideo quedam que in religione chriſtiana conſueuerunt laudari de quibus tamẽ ĩfideles murmurãt dicẽtes hoc eſſe cõtra doctrinã legis antique . Vnde amplius uellẽ a te circa illa erudiri .

### Magiſter

Explica mihi illa ut ueritas pateſiat .

### Diſcipulus

In fideles & ſpecialiter illi qui ſectam phariçaycã ſecũtur non ſolum ſimplices ſed etiam eorum precipui rabini ſeu magiſtri in ſuis codicibus ſepe derident de ſanctis atqꝫ religioſis noſtris in hoc ꝙ affligunt ſe ad uitam aſperã dicunt abiecte uiuendo & corpora ſua uarii ieiuniis & abſtinẽtiis macerando ꝙ aſſerunt eſſe contra mentem moſayce legis Vnde Ra . Moy . ille magnus magiſter eorũ in ſuo deu . libro Primo titulo de moribus humanis capitulo . iii . dicit qui abſtinent a carnibus uel a potu uini uel a contrahendo matrimonio uel ab honeſtis ĩdumentis Ita ꝙ nõ niſi ſacco uel laneis groſſis induantur ſicunt faciũt religioſi ydumitte per ydumitas cõmuniter autẽ intelliguntur apud eos chriſtiani de quo ſubdit hec eſt uia peſſima & qui ĩ ea ambulat impius ſeu peccator uocat hec ille Ad quod probandum inducit illud ꝙ legitur Numeri . vi . de Naſçareo qui ĩ trãſlatione noſtra dicitur conſecratus qui ex uoto proprio tenebatur a uino & ſic cam abſtinere & a racemis retẽtibus ſeu ficis & huiuſmodi | De quo Naçareo legitur in eodem capitulo ꝙ debebat offerre par turturum & duos pullos columbarum unum pro peccato & alium pro holocauſto & ꝙ ſacerdos debebat orrare pro eo & ꝙ peccauit ſuper animam ſic eſt in hebreo Ex quo arguitur in nomine Talmudiſtarum antiquorum ſic ſi Naſçareus qui non afflixit ſe niſi tãtum per abſtinentiam uini indiget propiciatione ſeu indulgentia eo ꝙ afflixit animam ſuam in abſtinendo quãtomagis peccat ille qui a multis rebus licitis abſtinet & poſt multa dicit Ibidẽ concludendo ꝙ illi qui ieiunant frequẽter non bene faciunt & ꝙ de iſtis Salomon ſcripſit Eccleſiaſtes vii . Noli eſſe iuſtus multum hec & alia ſimilia predictus Rabbi ſcribit contra abſtinentes & ieiunantes & hoc quã plurimi eorũ ſecuntur uertentes quaſi in deriſum abſtinencias & uigilias & alias auſteritates quibus ueri deuoti & ſancti noſtri religionis comuniter utuntur.

### Magiſter

Non mireris ſi phariſei & eorum ſequaces in predictis

VNIVERSIDAD DE SALAMANCA
GREDOS.USAL.ES

erant in ꝗplurimis enim aliis que ad uerum i tellectũ ſacre
ſcripture & etiã ad bonos mores pertinẽt m ãifeſte erraſſe re-
periuntur prout patet ex quibuſdã ſupradictis & deo duce
forte in ſequentibus amplius patebit Ad preſens autem
ipſos erraſſe ĩ hoc ꝙ abſtinentias & ieiunia noſtra reprobãt
manifeſte in quibus putant uitam eternã habere ſcrutiniũ
Moyſes enim legiſlator de quo deus teſtatur ꝙ in tota do-
mo dei fideliſſimus ẽ | & multas alias preeminentias habuit
reſpectu ceterorum prophetaꝝ Vnde numeri . xii . cap .
de eo tamẽ legitur ꝙ bis ieiunauit . xl . diebus & . xl . no-
ctibus ut mereretur legẽ diuinã accipere Vnde in predicto
capitulo legitur Quando aſcendo in montem ut acciperem
tabulas lapideas 2c & perſeueraui in monte . xl . diebus &
xl . noctibus panem non cõmedens & aquã non bibens
& infra : Cũqꝫ tranſiſſẽt . xl . dies & tottidem noctes dedit
michi dominus duas tabulas lapideas : tabulas federis .
ieiunauit etiam ſecundum alios . xl dies & · xl . noctes pro
peccato populi expiando Vnde ibidẽ infra Et procidi ãte
dominum ſicut prius . xl . diebus & noctibus panem non
comedens & aquam no bibens propter omnia peccata ue-
ſtra que geſſiſtis contra dominum quanta ergo in ſania ẽ
illorum qui ieiunia deuota facta reprobant cum ſcriptura
teſtatur ꝙ mediantibus ieiuniis dominus legem diuinam
dedit moyſi & peccata populi pepercit Iſti enĩ duo effectus
·ſ· receptio legis diuine & remiſſio peccatorũ maxime tocius
populi quos mediantibus ieiuniis Moyſes a deo ĩpetrauit
maximi ſũt Vnde & ieiunia deuote facta quibus talia a deo
impetrantur non modici meriti reputanda ſunt . Item dan-
ielis Primo de Daniele & tribus pueris qui a cibo & potu
regio abſtinentes ſolis liguminibus & aqua contentabãtur
de eis Ibidem legitur ꝙ eis dominus dedit ſcientiã & diſci-
plinam ĩ omni libro & ſapientia : Danieli autẽ ĩtelligentiã
omnium uiſionum & ſompniorũ quomodo ergo abſtinẽtia

etiam ſtricta reprobari poſſet cũ deus ipſa mediante talia
dare famulis tuis conſueuit Item daniel . ix . capitulo de ſe
ipſo Daniel dixit Et poſui faciem meam ad dominum deũ
meum & rogare & deprecari in ieiuniis ſacco & cinere &
oraui dominum deum meum & confeſſus ſum & dixi obſe-
cro 2c Per quod quidem ieiuniũ reſponſum accepit ab an-
gelo de aduentu meſſie quem daniel uir deſideriorũ maxĩe
deſiderabat Vnde pro tunc habuit reuelãtionem angelicã
de . lxx . ebdomadibus per quam terminũ aduẽtus meſſie
cognouit Item ibidem capitulo . ix . legitur In diebus illis
ego daniel lugiebam trium ebdomadaꝝ diebus panẽ de-
ſiderabilem non comedi & caro & uinum non introierunt
in os meum ſed neqꝫ ungẽto unctus ſum donec explerẽtur
trium ebdomadarum dies In quo capitulo poſtꝗ narratur
quedam uiſio terribilis danieli facta per quẽdam danieli
miſſi legitur Et ait ad me . Noli metuere daniel quia ex die
Primo quo poſuiſti cor tuũ ad ĩtelligendum ut te affligeres
in conſpectu dei tui exaudita ſunt uerba tua Ex quibus
habetur ꝙ oratio danielis audita ſeu accepta fuit apud deum
mediantibus afflictionibus ieiuniorũ & aliorum que ad
humiliationem & afflictionem corporis pertinent Item de
niniuitis legitur Quod audita ſẽtentia diuina cõtra eos cre-
diderunt in deum & cum maximis ieiuniis induti ſunt
ſaccis & deũ uocauerunt in fortitudine auerterunt ſe a uia
mala & ſic deus miſertus eſt eis & ſentẽtiã contra eos latã
reuocauit : Ione . iii . capitulo Qui ergo ſane mẽtis contẽp-
nere ieiunia poteſt & afflictiones & huiuſmodi que tãti me-
riti ſunt apud deum ut etiam ſententia condemnationis
a deo lata reuocetur .

## Diſcipulus

Ex hiſtoria niniuitarum quam allegas pharizei & eorum
ſequaces arguere nitũtur cõtra laudabilitatem ieiunii dicũt
enim ꝙ ſi quis uerba de niniuitis ĩ hoc loco dicta diligẽter
ſcrutetur | manifeſte reperiet ꝙ non fuit ſententia dei cõtra

VNiVERSIDAD DE SALAMANCA
GREDOS.USAL.ES

niniuitas reuocata propter meritū ieiunii / ſed propter hoc
ꝙ penituerunt & conuerſi ſunt a uiis ſuis peſſimis / legitur
enim ibidem ·ſ· de Ione . iii . ſic . Et uidit deus opera eoꝝ
quia conuerſi ſunt de uia ſua mala & miſertus ē ſuper ma/
licia q̄ locutus fuerat ut faceret eis & non fecit . Ex quo ſic
arguit non dixit ſcriptura / Vidit deus ieiunium eorum &
ſaccum & miſertus eſt ꝛc Ex quo patet ꝙ non propter ieiu/
nia ſeu indumenta ſaccina niniuitarum deus miſertus ē eis
ſed propter conuerſionem a uiis eorum peſſimis & ſic ex
hac hyſtoria ſecundum eos non habetur ꝙ ieiunia lauda/
bilia ſint ſeu meritoria ſed forte potius oppoſitum .

## Magiſter

Ieiunium de quo loquimur prout ·ſ· ē uirtuoſum inq̄tum
eſt actus uirtutis ē illud ꝙ per ratione ordiatur ad aliquid
bonum honeſtum . Aſſumitur enim tale ieiunium princi/
paliter ad tria . Primum ·ſ· aſſumitur ieiunium uirtuoſum
ad hoc ꝙ mens liberius eleuetur ad ſublimia contemplāda
Secundum uero q̄tū ad concupiſcentias carnis reprimen/
das Per abſtinentiam enim cibi & potus ſecundū ieiuniū
tempeſcit luxuria . Tercium uero ad ſatis faciendum pro
peccatis Vnde primum ieiunium *Moyſes* ſupradictum
intelligitur eſſe aſſumptū Primo modo ut ·ſ· mens eius ele/
uaretur ad ſuperna ut legem dei recipere mereretur Similiter
& ieiunium danielis trium ebdomodarum Nam poſt illud
ieiunium reuelationem a deo recepit ut ibidem Secundum
uero ieiunium moſaycum aſſumptū eſt Tercio modo ·ſ· ut
pro peccatis populi ſatis faceret Ieiunium uero niniuitarū
intelligitur aſſumi ſecundo & tercio modo Nam cum ipſi
haberent peccata carnalia ad que reprimenda ieiunia ut
dictum eſt conferunt Similiter & peccata alia quibus per
ieiunium ſatis facerent Idcirco ieiunia eorum ad talem finē
ordinata reputāda ſūt inter bona opera de quibus dicitur
Vidit deus opera eorum quia conuerſi ſunt de uia mala ꝛc
Niniuite enī q prius carnalibus uiciis dediti erāt ieiunādo

ab illis malis uiis conuertebātur Similiter & pro preteritis
peccatis ſatis faciebant & ideo ī hoc ꝙ dicitur Vidit deus
opera eorum non excludūtur ieiunia prout phariſei intel/
ligere uolunt ſed potius intelligēda ſunt includi inter cetera
bona opera eorum Ieiunia enim ſimpliciter ſumpta in quā/
plurimis locis ſacre ſcripture & bona opera reputantur in/
q̄tum ſecundum ſe intelliguntur ordinare ad elationē mētis
& carnis ſuperbiam ſupprimendam Vnde Iohel . ii . cap .
ad conuerſionem generalem exhortans dicit Conuertimini
ad me ī toto corde ueſtro ī ieiunio & fletu & ſacco ꝛc Circa
ꝙ ſi amplius ſcripturas ſcrutari uolueris repertes ꝙ ieiunia
& indumenta ſaccina & huiuſmodi quādoq̄ etiam in hiis
qui non ſunt uere penitentes cōmendātur a deo inq̄tū talia
inducunt quandam humiliationem attritionem que ſunt
diſpoſitiones ad penitentiam .

## Diſcipulus

Vellem ſcire ubi habetur hoc ꝙ dicis ·ſ· ꝙ etiā ſine uera
penitētia ieiunia & huiuſmodi quādoq̄ cōmēdantur a deo·

## Magiſter

De achab qui peſſimus fuit ut hyſtoria ſacra teſtatur de
eo tamen legitur ꝙ cum audiſſet ab helya ſentētiā dei cōtra
eum latā de deletione ſua cum ſua poſteritate / ꝙ ſcidit ueſti/
menta ſua & indutus eſt ſacco & ieiunauit ꝛc & licet iſta
non fecit ex deteſtatione peccati neo amore dei / ſed ſolum
quedam timore ſeruili ·ſ· pene Cum legitur deum dixiſſe
Helie nō uidiſti achab humiliatū corā me eo ꝙ humiliatus
ē in eum non inducam malum in diebus eius Quequidem
hiſtoria habetur . iii . Regum . xxi . Ex quo patet ꝙ per
ieiunia & alia que ſuperbiam mentis ſupprimunt etiam ſi
non ſint ex corde totaliter contrito facta deus leuat aliquid
ſaltim de pena temporali Vnde ieiunia & alia ſimilia que
humiliationem mentis inducunt non ſunt contempnenda
ſeu deridenda ſicut phariſei extimant niſi forte cum fiūt per

VNiVERSIDAD DE SALAMANCA
GREDOS.USAL.ES

exteriora ſigna tamen ſine hoc ꝙ interius aliquem effectum
humiliationis inducant ꝙ pertinet ad ypocriſim que ē bo-
nitas ſimulata & per conſequens ſecundū Gregoriū duplex
iniquitas de qua falſa humiliatione prouerb . cap . legi-
tur Eſt ꝗ nequiter ſe humiliat & īteriora eius plena ſūt dolo

**Capitulum** Octauum In quo oſtenditur ꝙ auctorita-
tes in quibus rabini phariſeorum fundātur ad reprobandas
abſtinētias & ieiunia nr̄e religiōis nichil faciūt pro eis .

## Diſcipulus

Licet uera ſint & michi grata ea que circa ieiunia & ab-
ſtinentias per te ſunt dicta adhuc reſtat dicendum contra
auctoritates Ra . Moy . ſupra allegatas quarum prima eſt
de Naçareo Numeri . vi . capitulo qui propter hoc ꝙ uo-
uerat abſtinere a uino & ſicera incurrebat peccatū in tātū
ꝙ indigebat propiciatione cum ſacrificio & oratione ſacer-
dotis licet non afflixerat ſe niſi tamen per abſtinētiā a uino
Ex quo arguitur ꝙ multomagis peccat ille qui a multis re-
bus licitis abſtinēdo ſe affligit Alia auctoritas ſumitur ab
eccleſiaſtice . vii . cap . Vbi dicitur Noli eſſe iuſtus multū
Ex quo intelligunt ꝙ ſupra iuſtitiam legalem moſaycā per
quam prohibētur certa cibaria & comeſtibilia non ſunt ad-
dende alie abſtinētie ſeu ieiunia quia hoc uidetur eſſe multa
ſeu ſuperflua iuſtitia Declara ergo michi has auctoritates ſic
ut ſciam quomodo non contradicant illis que a te circa hoc
ſupradicta ſunt Sequitur prima auctoritas .

## Magiſter

Prima auctoritas ſupradicta ·ſ. de Naçareo manifeſte
facit contra ipſum allegantē ·ſ. Ra . Moy . & ſuos Rabini
phariçeos Nam aſpicienti legem naçareoꝝ ſeu conſecratoꝝ
que numeri . vi . cap . continētur : manifeſte patet ꝙ naça-
reus conſecratur ſeu ſanctifficatur deo per uotum de abſti-
nentia a uino & ſicera & aliis ad hoc pertinentibus Vnde
legitur enim ibi ſic Loquere ad filios iſrahel uir ſiue mulier
qui fecerint uotū ut ſanctifficentur & ſe uoluerint conſecra-
re dn̄o a uino & omne quod īebriare poteſt abſtinebūt ꝛc
Ex quo clare habetur ꝙ uotum predictum de abſtinentia
a uino & aliis inebriatis ad ſanctificationem & conſecra-
tionē uouentis pertinent & ideo infra de ipſo legitur omni
tempore conſecracionis ſue ſuper mortuum nō egredietur
nec ſuper patrem ꝛc & reddens rationem huius ſubdit .
Quia conſecratio domini ſuper caput eius eſt | & eſt ratio
Nam ſicut ſacerdotes miniſtrantes olim ſeruari ſe debebāt
a contaminatione mortui : Vt leuitici . xxi . cap . Sic na-
çareus conſecratus per uotum abſtinentie ſupradictū a tali
cōtaminatione mortuorum obſeruari debebat . Quequidē
obſeruatio ita ſtricte percipiebatur Naçareo ſicut ſummo
ſacerdoti qui etiam pro patre & matre non debebat conta-
minari . Simplices uero ſacerdotes licet a contagiis quoꝝ-
cumꝙ mortuorum obſeruari debebāt Non tamen a patre
ſeu matre defunctis Vt habetur leuiti capitulo ſupra alle-
gato & Numeri . vi . capitulo Ex quo manifeſte habetur ꝙ
ſanctitas naçarei equiperatur ſanctitati ſummi ſacerdotis
incerimonialiis ſupradicti de contagio mortuorū . Et quia
poſſet contingere ꝙ naçareo minimus circa hoc prouidēte
talem contaminationem mortui incureret Ideo legitur īfra
Si autem mortuus fuerit quiſpiam ſubito coram eo pollu-
etur caput conſecrationis eius ad cuius reparationem ſeu
reconciliationem debebat offerre ſacrificium pro ut ī littera
& ſacerdos debebat deprecari pro eo ꝙ peccauerit ſuper
mortuo modo predicto Vnde expiatio iſta requirebantur
eo ꝙ non diligenter fuerat obſeruatus a contagio mortui
cum tamen eſſet deo conſecratus . Ex quibus patet ꝙ uotū
naçarei de abſtinentia a uino & huiuſmodi cōmendatum
eſt & laudatum tanꝗ uirtuoſum & deo ſanctifficatū ſeu cō-
ſecratum eius tamen neglientia circa obſeruationē a cōta-
minatione ad quam tenebatur indigebat propitiatione &
īdulgētia ut dictū ē quod māifeſte facit contra Ra . Moy .

Et attende ꝙ in hoc loco male interpretauerunt illud uerbũ
eo ꝙ peccauerit ſuper animam dicendo ꝙ peccauerit ſuper
animã ſuam in abſtinẽdo quod tamen littera non patitur
que predictum uotum naçarei ad ſanctifficationem & con/
ſecrationem pertinere dicit | ꝙ etiam Amos . ii . capitulo
manifeſte oſtẽditur ubi ĩter magna beneficia que propheta
in perſona dei recitat fuiſſe impenſa populo iſrabelitico de
quibus fuerunt deo ingrati Vnde cum dicitur Et ego aſcẽ/
dere feci uos de terra egipti & deduxi uos per deſertũ . xl .
annis 2c Ibidem ſubdit & ſuſcitaui de filiis iſrabel prophe/
tas & de iuuenibus ueſtris naçareos Ex quo habetur mãi/
feſte ꝙ ad magnam gratiã reputare debedat populus iſra/
beliticus diuinitus ſibi cõceſſũ ꝙ de eis ſuſcitarẽtur naçarei
Vnde igitur quãta ſit fatuitas pbariçaica que naçareos
peccatores reputat ĩtelligendũ eſt ergo ꝙ dicit ſuper animã
ſuper mortuum a quo ſtrata eſt anima ſicut in tranſlatione
noſtra Nam anima in ſcripturis ſacris quandoqꝫ accipitur
pro toto homine ut cũ dicitur Eçech . xviii . cap . Anima
que peccauerit ipſa morietur & ſic in aliis Quãdoqꝫ autẽ
per animã intelligitur mortuus Vnde cum dicitur numeri
vi . Immundi ſumus ſuper animam hominis Quequidem
immunditia ĩtelligitur ex tactu hominis mortui modo pre/
dicto Item illa auctoritas quam allegat ab Eccle . vii . cap .
ſumpta Vbi dicitur Noli eſſe iuſtus multum : Nichil facit
pro eo arguit enim a diſperatis Ibi enim agitur de uirtute
iuſtitie que corrumpitur quãdoqꝫ per exceſſum ·ſ. cum quis
acrius punit quã oportet quod pertinet ad crudelitatem ꝙ
cõmuniter procedit ex hoc ꝙ aliquis de iuſtitia ſua nimis
eſtimat ad quod reprimendum dicit Noli eſſe iuſtus multũ
Hic autem agimus de ieiuniis & abſtinentia que pertinẽt
ad temperantiã que eſt alia uirtus diſtincta a iuſtitia Vnde
ſua argumentatio in hoc loco non ualet .

**Capitulum** Nouum In quo agitur de differẽtia uicto/
rie antiquorum patrum ad uictoriam noui teſtamenti .

## Diſcipulus

Ad huc uideo quandam differentiam inter ſtatũ ſeu uitã
iuſtorum ſeu ſanctorum ueteris teſtamenti & inter ſtatum
uitam ſanctorum teſtamenti noui cuius differentie rationẽ
habere cupio quequidem differentia talis eſt | ſancti enim
antiqui teſtamenti in hoc gloriabãtur & deum in gentibus
magnificabant quia ſuperabãt infideles & eos ultra modũ
uincebãt ſeu ſupprimebãt & hoc quandoqꝫ per armorũ po/
tentiam ſicut legitur de abrahã . Gen . xiiii . cap . qui qua/
tuor reges uicit potentes cum paucis ſue comitiue uis &
hoc ſine aliquo miraculo patente Similiter de Caldeis qui
plures debellauerunt grecos qui ualde plures eis erant nu/
mero & magis armis muniti bellicis Vt habetur Mach .
Primo & ſic de aliis quãplurimis fuerunt etiã in illo ſtatu
qui mediantibus miraculis uiſibilibus aduerſarios uince/
bant : uel eorum reſiſtebant tyrannidi Primum patet per
Moyſen in mari rubro contra egyptios Exo . xiiii . cap . &
de aliis quam plurimis que in libro iudicum & aliis libris
canonicis continentur . Secundum patet in daniele quem
dominus ab ore leonum miraculo ſe eruit Daniel . vi . cap
& de tribus pueris qui uirtute diuina impetũ ignis ĩ fornace
ardenti euaſerunt & ſic reſiſterunt ſeu ſuperauerũt perſecu/
torum rabinem Vt habetur Danielis . iii . capitulo In ſtatu
autem nouo ſpecialiter in primitiua eccleſia aliter contingit
& quaſi per oppoſitum Nam appoſtoli & ſancti martires
tunc temporis non leguntur ſuperare aduerſarios ſed poti/
us ab eis affligi & occidi Vt patet in q̃plurimis legendis
ſanctorum Cum antem eadem ſit fides utrorumqꝫ ſcire
cupio tante differentie rationem .

## Magiſter

Ad rationẽ huius differentie quã queris oſtendã oportet
te reducere ad memoriam quedam ſupradicta Ex quibus
cum aliis quibuſdam ueris rationem differentie quã petis

VNIVERSIDAD DE SALAMANCA
GREDOS USAL.ES

habebis manifeſte In ſupradictis enim ·ſ· in prima parte
diſtinctione . v . oſtenſum fuit ꝙ duplex eſt uictoria ·ſ· cor-
poralis & ſpiritualis & ꝙ uictoria ſpiritualis eſt melior ſeu
dignior quā uictoria corporalis / ꝙ teſtatur ſcriptura pro-
uer . xvii . cap . Vbi dicitur Melior eſt patiens uiro forti
& qui dominatur auimo ſuo expugnatione urbium cuius
excellentie rationem in predicta . di . plane habetur Vnde
in uictoria chriſti ſecundum quam hoſtem humani generis
deuicit non fuit corporalis uictoria que imperfecta eſt ſed
ſpiritualis : patiendo enim & moriendo uicit Victoria enī
antiquorum patrum ut cōmuniter corporalis fuit ſuper-
ando diuina uirtute aduerſariorum corporales potentias
Ex quibus habere poſſes differentie rationem quam petis
Ad populum enim antiquum qui tamq̄ imperfectus per
corporales promiſſiones inducebatur ad legis obſeruattio-
nem Victoria corporalis que ſenſibilis ē licet minus digna
pertinebat ad populū nouum qui tanq̄ perfectus per ſpiri-
tuales promiſſiones dicitur. Victoria ſpiritualis que dig-
nior eſt pertinet . Et ideo appoſtoli & alii diſcipuli ueſtigia
chriſti ſequentes uictoriam ſpiritualem ſequuntur que per-
ficitur per ueram patientiam perſecutionem uſq; ad mortē
propriam docente uero magiſtro Luce . ix . cap · Qui uult
uenire poſt me abneget ſemet ipſum & tollat crucem ſuam
& ſequatur me Circa quod ulterius attēdere debes ꝙ utraq;
uictoria in teſtamentū fidei fidelibus eſt conceſſa Sicut enī
antiqui uidentes uictorias miraculoſas corporales in deū
credebāt Vnde Exo . xiiii . cap . Vidit iſrahel manū mag-
nam quam deus fecerit in egiptiis crediderunt in deum &
in moyſen ſeruum eius Sicut tempore noui teſtamenti uidē-
tes populi meſſiam conſtantiam & paciētiā appoſtolorum
& aliorum diſcipulorum chriſti qui paciendo terribilia acer-
biſſima tormenta uiriliter in fide chriſti permanebant uſq;
ad mortem crudeliſſimam per hoc populi ad aſſenſū fidei
inducebantur ut patet in hyſtoria eccleſia . & aliis ſanctorū

marturū legendis . De quaquidē differentia circa teſtimonia
fidei inter patres ueteris teſtamenti & patres noui conſide-
randa Appoſtolus ad hebre . xi agit ubi de primis dicit
per fidem uicerunt regna operati ſunt iuſtitiam abſcuraue-
runt ora leonum extinxerunt impetum ignis ⁊c̄ Vſq; ibi .
Alii uero excluſiue que omnia ad ſtatum antiquorum per-
tinet Vbi omnia illa & plura ſimilia legūtur facta fuiſſe per
ſanctos antiquos ut patet per diſcurſum ueteris teſtamenti
Vnde diuina ſapiētia que ōnia diuina ſuis tēporibus & locis
ſuauiter diſponit antiqui teſtamenti patribus uictoriā tem-
poralem ſicut & bona temporalia cōmuniter preſtauit in te-
ſtimonium fidei ut ex talibus bonis imperfectis populus
ille imperfectus induceretur ad agendum & credendū
illa que ad perfectionem uite pertinebant : Conſequenter
poſtq̄ appoſtolus narrauit uictorias & alia miraculoſa anti-
quorum patrum ſubdit . Alii uero extincti ſunt non inue-
nientes redemptionem ⁊c̄ Vbi loquitur de ſanctis noui te-
ſtamenti qui ſunt alii a predictis ·ſ· antiquis : Quiquidem
ſancti preſertim in primitiua eccleſia non leguntur uictorias
temporales habuiſſe de aduerſariis ſed potius ab eis affligi
& occidi Vnde de hiis dicit Non inuenientes redemptio-
nem ·ſ· corporalem ab hoſtibus ut meliorē inuenirent re-
demptionē ·ſ· ſpiritualem Vnde de iſtis ·ſ· de ſanctis noui
teſtamenti dicit lapidati ſunt ſecti ſunt in occaſione gladii
mortui ſunt ⁊c̄ Vbi finaliter de omnibus concludit : Hii
omnes teſtimonio fidei probati inuenti ſunt . Si autē quis
querat de comparatione alterius uictorie ad alterā ·ſ· corpo-
ralis ad ſpiritualem que ·ſ· illarum ſit maior ſcrutando di-
ligenter appoſtolorum dicta hanc reperiet comparationem
De āntiquis ſanctis enim proprie dicitur ꝙ uicerunt regna
Illi enim per fidem ueram uicerunt egyptum chananeam
phaleſtinam ydumeam & huiuſmodi que ſunt regna parti-
cularia .Sancti uero noui teſtamenti per uictoriam ſpiritu-
alem non ſolum regna dicuntur uincere ſed mundū Vnde

VNiVERSIDAD DE SALAMANCA
GREDOS USAL.ES

. i . Iob . v . cap . Hec eſt uictoria que uincit mũdum fides
noſtra Cuius ratio eſt Nam iuſtus ille qui tormenta mũdi
uſqꝫ ad mortem patiendo immobiliter in fide manet non
ſolum unum regnum uel plura regna particularia uincere
dici debet . ſed uincere mundũ ſi enim totus mundus uiſi-
bilibus agregatus eſſet non contra unum hominem facere
quã ipſum multipliciter torquendo interficere Et ideo ſãcti
noui teſtamenti ſuperando omnia in teſtimoniũ fidei . que
mundus contra illos poſſet facere totum mundum uinceret
Vnde chriſtus per huiuſmodi noua uictoria cõmendanda
dicebat ne terreamini ab illis qui occidunt corpus Et poſt
hoc non habent amplius quid faciant Luce . xii . capitulo
Et ſi uis amplius de hac materia habere Vide in addiciõe
ſuper epiſtulam ad hebre . xi . .

## Diſcipulus

Satis habeo rationem differentie quã petebam in aucto-
ritatibus noui teſtamenti quam modo allegas fundatam
Vellẽ tamen ad huc informari ſi forte in antiquis ſcripturis
de hac differẽtia . ſ . uictorie ãtique & noue aliquid habeatur

## Magiſter

Scripturas ſcrutando antiquas aliquid de hoc inueniri
poſſet licet non ita clare ſicut in aliis contingit ut dictum ẽ
De uictoria enim antiquorũ que corporalis erat . ſ . per cor-
poralem potentiam ſatis traditur in hyſtoriis antiquis in
quibus habetur ꝙ populus dei ſepe aduerſarios uincebat
eos debellando corporaliter & affligendo non uirtute pro-
pria ſed diuina Vnde pſalmiſta de huiuſmodi uictoriis ã-
tiquorum dicebat non in gladio ſuo poſſiderunt terram nec
brachium ſuum ſaluauit eos Sed dextera ſua & brachiũ 2c
De uictoria tamẽ ſpirituali non palam ſed figuratiue anti-
quitus traditur & hoc per ſacrificia diuerſa & uaria que in
ueteri lege fiebant ad prefigurandum principaliter ſacrifi-
ciũ chriſti ꝙ per uictoria ſpiritualis habetur Vt ſupradictũ
eſt De qua figuratione in prima ſecũde queſtioque . Ca .
ii . plene habetur

## Diſcipulus

Licet in hiis que modo allegas duplex uictoria intelli-
gatur Hoc tamen eſt in diuerſis auctoritatibus Vellem autẽ
ſcire ſi forte in una aliqua auctoritate ee antiquis duplex
uictoria tradatur

## Magiſter

Scrutanti diligenter ſcripturas hoc ꝙ petis reperiri poſ-
ſet & ſpecialiter in pſalmo . lxxvi . qui incipit Voce mea
Ibi enim proprie pſalmiſta in perſona fidelium chriſti qui
ĩ primitiua eccleſia ſub tyrãnica poteſtate Romani imperii
maxime affligebantur principaliter loquitur ut recte intu-
enti litteram illius pſalmi hoc patet & quia hoc erat contra
modum diuinitus conſuetum circa antiquos ut dictum
eſt qui aduerſarios ſupprimebant & debellabant Idcirco
Pſalmiſta ibidem dicit Et dixi nunc cepi mutatio dextere
excelſti Cuius ſẽſus ẽ potẽtia dei que per eius dexterã cõmu-
niter in ſcripturis ſignificatur Iuxta illud Exo . xv . capi .
dextera tua domine confregit inimicum antiquitus mani-
feſtabatur per deſtructionem aduerſariorum corporalem .
Nunc autem . ſ . in ſtatu primitiue eccleſie de qua ibidẽ pſal-
miſta tractat prĩcipalius mãifeſtabatur dextera dei ſeu eius
potentia per miram patientiam fidelium qua grauiſſimas
perſecutiones uſqꝫ ad acerbiſſimã mortem ab aduerſariis
per fide ueritatis tollerabant Vnde de hoc pſalmiſta pro-
prie dicebat Nunc cepi imitatio dextere excelſi que una &
eadem eſt eſſentialiter . ſ . diuina potentia non uniformiter
ſed mutabiliter incipiebat manifeſtari ĩ ſtatu primitiue ec-
cleſie ab eo modo quo manifeſtabatur tempore antiquorũ
Vt dictũ eſt Et ſic ex iſta auctoritate bene intellecta habes
differentiam ſupradictam quam petis .

## Diſcipulus

Hic pſalmus cõmuniter exponitur de fidelibus in cap-
tiuitate babilonica afflictis pro ut in poſtilla Nicolai qui

VNIVERSIDAD DE SALAMANCA
GREDOS USAL.ES

ad litteram Pſalmum predictum ſic exponit habetur Vnde ſecundum ſuam expoſitionem que litteralis eſt non habet locum allegatio tua ſupradicta .

## Magiſter

Vide addicionem ſuper poſtillam in predicto pſalmo Vt ibi manifeſte reperies ꝙ expoſitio poſtillatoris non proprie applicatur littere ut patet ex multis ratiōibus que ī predicta additione hoc oſtendunt . ſed proprie applicatur dicta additione litteram ſtatui primitiue eccleſie ut iam tibi allegaui In quo ſtatu īcepit mutatio dextere excelſi modo ſupradicto Vnde ſi de expoſitione illius pſalmi plenius uis informari uide ibi in poſtilla & in additione .

## Diſcipulus

Ad huc littera iſtius uerſus non uidetur conſonare tue ſententie & enim . & dixi Nunc cepi mutatio dextre excelſi debuiſſet enī dicere ſecundū te Et nūc cepi mutatio dextere excelſi .

## Magiſter

In ſcripturis ſacris ut noſti ſepe ponitur preteritum pro futuro & ecōtra . Similiter & uerba ſeu pronomina prime perſone pro tertia Vnde Exo . iii . cap . Angelus loquens Moyſi dicebat Ego ſum dominus deus patris tui ꝛc̄ Vnde in hoc loco non eſt inconueniens ut uerbum prime perſone ponatur loco uerbi tercie .

**Diſtinctio** Quinta de ſcrutinio ſcripturarum que ī libro Iob continentur declarando mentem ipſius Iob & ſociorum . Similiter & helui in quibus expoſitores hebreorū manifeſte errauerunt & continet . xiiii . Capitula .

In capitulo primo oſtenditur ꝙ Iob in dictis ſuis ſeu altercationibus quas cum ſociis habuit non eſt blaſphemus nec hereticus cenſendus ſicut Ra . Moy . & omnes antiqui talmudici erronee extimauerunt .

In capitulo Secundo ponuntur quedam dicta ipſius Iob ex quibus predicti hebrei arguunt Iob fuiſſe hereticum ſeu blaſphemum & ponitur quoddā preambulum ad uerā intelligentiam quorūdam que in diſputatione Iob cum ſociis continentur .

In capitulo Tercio ponuntur in quibus tam Iob ꝙ ſocii eius conueniebant & ea in quibus differebant & ibidē reſpōdetur ad auctoritates ſupradictas que per Ra . Moy contra Iob allegantur

In capitulo Quarto arguitur contra predictam reſponſionem & ſoluuntur argumenta .

In capitulo Quinto ponuntur quedam alia uerba ipſius Iob ex quibus arguunt ſupradicta iob negaſſe reſurrectionem futuram . & ibidem ſoluuntur argumenta eorū per ueram expoſitionem uerborum ipſius Iob

In capitulo Sexto ponuntur quedam uerba dei ad ipſū Iob ex quibus apparet ꝙ Iob loquebatur contra iuſtitiam diuinam & exponuntur uerba predicta ſic ut ex hiis non ītelligatur Iob fuiſſe locutū ī derogatione diuine iuſtitie.

In capitulo Septimo oſtēditur ꝙ ex hoc ꝙ Iob natiuitatē ſuam & conceptionem & huiuſmodi maledixiſſet & etiam uitam propriam dicebat ſe abhoerere non derogatur perfectioni ipſius Iob ſeu ipſius uirtuoſe pacientie Nam talia ſecundum partem inferioris rationis dici intelligenda ſunt non autem ſecundum partem rationis ſuperioris .

In capitulo Octauo ponitur quedam obiectio contra ea que dicta ſunt in precedenti capitulo & ibidem ſoluitur .

In capitulo . ix . declaratur conuenientia amicorum Iob in ipſius impugnatione & diſtinctio eorum inter ſe .

In capitulo Decimo exponitur oppinio helui que fuit erronea & a deo condemnata contra hebreos qui aſſerunt ꝙ helui uictoriam obtinuit de ipſo iob .

In capitulo . xi . oſtenditur ꝙ ſicut tres amici iob erant de ſecta phariçeorum ſic & helui erat de ſecta ſaduceorum quibus aſſimilatur tam ī ſuis oppinionibus erroneis quā in conditionibus ſuis.

VNIVERSIDAD DE SALAMANCA
GREDOS.USAL.ES

In capitulo . xii . oſtenditur qui in reſponſionibus diui-
nis ſuperaddi intelligitur quo ad queſtionem propoſitam
de Iob pertinere uideatur .

In capitulo . xiii . oſtenditur ꝙ ex malis temporalibus
que homĩbus eueniũt nõ ſẽper cõcludi poſſet eoꝝ malicia

## Capitulum

Primũ In quo oſtenditur ꝙ Iob ĩ dictis
ſuis ſeu altercationibus quas cum ſociis habuit non eſt blaſ-
phemus nec hereticus cenſendus ſicut Ra . Moy . & om-
nes talmudici erronee extimauerunt .

## Diſcipulus

Placent michi rationes tue quas aſſignas ad hoc ꝙ an-
tiqui patres ueteris teſtamenti bonis temporalibus adhere-
bant propter conformitatem ad populum quem ad obſer-
uationem diuinorum preceptorum inducere intendebant
Quiquidem populus ex ſui ruditate temporalibus adhere-
bat in tantum ꝙ non niſi per temporales promiſſiones ad
dei obſequium induci oportebat Sed circa hoc quedam in
ſurgit michi admiratio que talis eſt quomodo Iob de quo
ſcriptura teſtatur ꝙ erat ſimplex & rectus timens deum &
recedens a malo Iob Primo cum hoc tamen in tantum tẽ-
poralibus adherebat ꝙ ex eorum ãmiſſione quandoqꝫ in
blaſphemiam dei uerba prorũpebat pro ut Ra . Moy .
in libro de directione parte Tercia capitulo . xxiii . dicit
Non enim dicendum eſt ꝙ Iob adheſiſſet temporalibus
propter ruditatẽ populi quẽ intendebat inducere ad fidem
ſeu opera legis facienda quia Iob gentilis erat Nec de eo
legitur fuiſſe ſub aliqua lege diuina propter legem naturalẽ
conſtitutus Nec fuit a deo miſſus ad aliquem populum de
lege diuina informandum Vnde admiratione dignum
uidetur ꝙ tantus uir a deo ſic approbatus ĩ blaſphemiam
diuinam prorũperet propter temporaliũ bonorũ amiſſionẽ

## Magiſter

Dicere ꝙ iob fuit blaſphemus uel non bene ſenciens de
deo ſeu de prouidentia diuina eſt ualde erroneum tamq̃
contra ueritatem ſacre ſcripture dictum manifeſte enim te-
ſtatur ſcriptura de eo : In principio ſue hyſtorie ꝙ fuit rect-
us & timens deum 2c̈ Similiter ꝙ deus frequenter uocat
eum ſeruum : tam in allocutione cum ſathana Vt cũ dicitur
Nunquid poſuiſti cor tuũ ſuper ſeruũ meum Iob quia non
eſt ſimilis ei in terra 2c̈ Iob . ii . quam etiã in fine huius hy-
ſtorie deus alloquens ad ipſũ Eliphã dicit Iob ſeruus meus
orabit pro uobis Ex quibus & ſimilibus manifeſte patet ꝙ
Iob conputandus eſt inter ſeruuos dei Non autẽ inter blaſ-
phemos . Itẽ Eçech . xiiii . cap . deus alloquẽs prophete
dicit Et ſi fuerunt tres uiri ĩ medio eius Noe Daniel & Iob
ipſi iuſtitia ſua liberabunt animas ſuas Ex quo patet ꝙ de-
us reputabat Iob inter iuſtos qui per ſuã iuſtitiã fuerãt dig-
nos liberari Abſit ergo dicere Iob fuiſſe blaſphemũ & hui-
uſmodi ſicut Ra · Moy . erronee aſſerit ĩ loco per te allegato
Quẽquidem errorẽ ipſe Ra . Moy . nõ habuit ex ſe ſed in
hoc ſequitur talmudicã ſeu phariçaycã opinionem qui in
diuerſis locis habent errorem tenet ſicut & in multis aliis ſu-
pradictis & deo duce infra dicendis .

## Diſcipulus

Ad hoc quod allegas pro defẽſiõe iuſtitie ipſius Iob Ra .
Moy . Vbi ſupra reſpondit dicens ꝙ de blaſphemia & de
aliis erroribus ſuis Iob penituit Vnde in ultima locutione
ipſius Iob ad deũ ſicut dicit Idcirco me reprehendo & ago
penitentiam ĩ fauilla & cinere Iob . xliii . In quibus uerbis
ſecundum ipſum Ra . Moy . oſtenditur ꝙ Iob penituit de
blaſphemia diuina & de aliis erroribus per ipſum dictis
& ideo poſt predictam penitentiam deus uocat ipſum ſer-
uum in predicto capitulo Similiter & in prophetia Eçech .
& ſic etiam anteq̃ temptaretur Nec in peccata predicta in
curreret ſeruus uocatur Vt in primo capitulo & . ii . ipſius
Iob hoc patet Motiuũ autẽ ſeu cauſã penitentie ipſius Iob
ipſe Ra . Moy . Vbi ſupra aſſignat dicẽs ꝙ Iob opinabatur

ꝙ proſperitate tēporales erant finis ultimus uite humane & hoc quando ipſe Iob cognoſcebat deum ſolum ex nar/ratione ſeu auditu non autem per uiam ſpeculatiuā ꝙ pro/bat ex hoc ꝙ Iob dicit deo in capitulo . xlii · ſupradicto . Auditu auris audiui te & nūc occulus meus uidet te Vnde ſecundum eum non fuit Iob commendatus in principio ſue hyſtorie de intelligentia ſeu ſapientia & huiuſmodi ſed de ſimplicitate & rectitudine uite & timore dei & receſſu a malo que conditiones poſſunt conpetere etiam rudibus Ex quo dicit ꝙ Iob quādo ex ſolo auditu cognoſcebat deū erat perplexus in predictis opinionibus ſed poſt habuit noticiam diuinam per uiam ſpeculatiuam tunc cognouit ꝙ finis ulterius humane uite non conſiſtit in proſperitatibus huius mundi ·ſ· temporalibus & ideo penituit de hiis que dicta fuerunt per eum contra diuinam iuſtitiam atꝙ pro/uidentiam pro ut in libro Ra . Moy . ſupradicto per te & capitulis allegatis iſta plenius habentur .

## Magiſter

Si bene uerba dei ad Elipham & ſocios eius directa ſcru/tatus fueris ſane reperies ꝙ deus tamꝗ uerus ſeu proprius determinator diſeptationis ſeu contentionis ipſius Iob & eius aduerſariorum determināt ꝙ in ipſa diſceptatione ſeu diſputatione Iob cum illis locutus fuerat rectum corā deo Non autem aduerſarii eius Dicit enim ſic deus ipſi eliphā Iratus eſt furor meus in te & in duos amicos tuos quoniā non eſtis locuti coram me rectum ſicut ſeruus meus Iob Ex quibus manifeſte patet ꝙ deus approbat uerba ipſius Iob in predicta diſputatione contenta tamꝗ recta & con/demnat partem illorum tamꝗ expoſitam Quamquidem ſententiam deus infra paucis interpoſitis replicat ſub eiſdē uerbis Conſtat autem ꝙ ſi Iob in diſputando cum aduer/ſariis prouidentiam dei negaſſet ſeu eius iuſtitiam contra ꝙ aduerſarii eum impugnaſſent ꝙ tunc falſum eſſet dicere ꝙ Iob fuerat locutus rectum coram deo & ſocii oppoſitum .

Ex hoc autem ꝙ Iob feciſſet penitentiam de commiſſis ſeu de dictis ſuis non recte dictis Non ſequitur ꝙ fuerat locu/tus rectum in precedenti diſputatione Oportet ergo dicere ꝙ in diſputatione ipſius Iob cum aduerſariis Iob tenuit ꝙ rectum eſt Vt littera teſtatur & ſic patet tam Ra . Moy · ꝗ magiſtri ſui quos ſequitur ·ſ· pharizei non recte ſed falſe & erronee dicta ipſius Iob in diſputatione cū ſotiis tamꝗ he/retica condempnauerunt cum conſtat hoc eſſe manifeſtum contra diuinam determinationem ſupradictam Item ꝙ aſ/ſerit ipſe Ra . Moy . de motiuo penitentie ipſius Iob ꝙ fuit quia antea congnouerat deum per ſolum auditū Nunc autem per uiam ſpeculatiuam eſt inconuenieter dictū cum quia in hiis que pertinent ad cognitionem humanam de diuinis magis meritoriū ē ꝙ homo ex auditu accipit quā ſi per ſpeculationem humanam hoc haberet Fides enim eſt ex auditu ad Ro . x . Cum quia per ſpeculatiōem humanā non ſufficienter habetur prouidentia diuina eſſe circa par/ticulares actus hominis & ꝙ remuneratio & punitio ho/minis ſecundū ipſius actus ſit in alia uita & multo minus in reſurrectione futura de quibus Iob aliqua docuit ut īfra patebit Item ꝙ ipſe Ra . Moy aſſerit Iob non fuiſſe com/mendatum a deo de ſapientia ſeu intellectu falſum eſt Nam commendatus fuit de timore dei & receſſu a malo in prin/cipio hyſtorie & etiam poſtea . ii . capitulo dicente deo de Iob ad ipſum ſathan ꝙ non erat ſimilis ei in terra uir ſim/plex & rectus timens deū & recedens a malo Conſtat autē ꝙ timor dei eſt ipſa ſapientia que in ſcripturis commenda/tur Similiter & recedere a malo eſt īelligentia que laudatur in ſcripturis Vt habetur expreſſe Iob . xxviii . Et ſic Iob de quo deus teſtatur ꝙ erat timens deum & recedens a malo neceſſe eſt dicere ꝙ erat ſapiens & intelligens .

**Capitulum** Secundum In quo ponūtur quedā dicta ipſius Iob ex quibus predicti hebrei arguunt Iob fuiſſe hereticum ſeu blaſphemū & ponitur quoddam preambulū

VNIVERSIDAD DE SALAMANCA

ad ueram intelligentiam quorum que indiſputatione Iob
cum ſociis continentur .

## Diſcipulus

Quitquid ſit de aliis uellem habere ueram intelligentiã
de auctoritatibus quas ipſe Ra . Moy . allegat Ex quibus
ad litterã uidetur haberi ꝙ Iob credebat ꝙ differentia erat
inter iuſtum & impium apud deum Vterqꝫ enim ut dicit
ſimili modo ab eo conſumũtur Vnde in capitulo . ix . Ipſe
Iob dicit Vnum eſt ꝙ locutus ſum & in nocentem & impi/
um ipſe conſumit Item infra Iob . xxi . capitulo Videtur
dicere de impiis : ꝙ aliqui moriuntur in magna tranquil/
litate & opulentia & aliqui ĩ magna amaritudĩe & de utriſqꝫ
concludit & tamen ſimul in puluere dormient & uermes o/
perient eos . Ex quibus auctoritatibus uidetur arguere ꝙ
de mente Iob erat ꝙ deus indifferenter punit innocentem
& impiũ Similiter & quoſlibet impios ĩ diſtincte quod ui/
detur contra diuinam iuſtitiam ſeu prouidentiam Vnde ex
iſtis concludit ꝙ ſecundum Iob deus nõ prouidet de actu/
bus humanis quorum utrumqꝫ eſt erroneum tamquam
repugnans ſacre ſcripture in multis locis in quibus mani/
feſte habetur ꝙ deus habet noticiam de omnibus actibus
humanis & retribuit unicuiqꝫ ſecundum opera ſua Vnde
& ĩ pſalmo de primo dicit Qui finxit ſigillatim corda eoꝝ
& intelligit omnia opera eorum De ſecundo uero pſalmiſta
deo dicit Tu reddis unicuiqꝫ ſecundum opera ſua & ſic in
multis aliis locis uellẽ igitur ut michi oſtendas quomodo
uerba Iob & ſimilia poſſunt intelligi ſine derogatione di/
uine iuſtitie & prouidentie .

## Magiſter

Ad intelligentiam predictorum & ſimilium oportet pri/
mo ſcire in quo pendat huiuſmodi diſceptatio .ſ. Iob & ſu/
orum aduerſariorũ : ſic ut opinio cuiuſlibet eorum diſtricte
habeatur alias procederetur in confuſe & indeterminate &

circa hoc ulterius ẽ attendendũ ꝙ ſtilus libri Iob & ipſius
modi loquendi eſt ualde ſingularis in obſcuritate inter ce/
teros libros ueteris teſtamenti Vnde communiter tradunt
hebrei ꝙ modus loquendi iſtius libri eſt non ſolum poeti/
cus ſed etiam metrice compoſitus In quibus concordat Ie/
ronimus Vnde ĩ prologo huius libri ſic dicit a uerbis Iob
inquibus ait Pereat dies in qua natus ſum uſqꝫ ad eum
locum Vbi ante finem uoluminis ſcriptum eſt Idcirco me re/
prehendo exameter uerſus Sunt dactilo ſpondeoqꝫ curren/
tes . & ſic patet ꝙ liber iſte per modũ poematis conſcriptus
eſt Vnde per totũ hunc librum figuris & coloribus utitur
quibus poete uti conſueuerunt Ille autem que metrice tra/
duntur non plane exprimũtur ſicut fit in locutionibus pro/
ſaicis ſed truncate & quandoqꝫ proprie quãdoqꝫ ĩproprie
& quandoqꝫ breuius quandoqꝫ largius q̃tum oportet pro/
ponuntur ſimiliter & in talibus una ſentẽtia ſepe replicatur
ſub diuerſis uerbis ſeu ſimilitudinibus . Item in ſimilibus
quandoqꝫ quedam traduntur que prima facie uidentur eſſe
ſecundum mentem loquentis & tamem ſignificare diſcep/
tationis proſpecta oportet ea intelligere nõ ſecundũ mẽtem
loquẽtis ſeu ſecũdũ mẽtem aduerſarii quẽ loquẽs ſeu propo
nens uult ĩducere ad ĩcõueniẽs prout ĩ quibuſdã uidebitur
Vnde ad habendã uerã ĩtelligentiã de mente ipſius Iob &
ſociorũ : & in quo uel in quibus conſiſtit huiuſmodi diſpu/
tationis fundamentũ oportet primo certitudinaliter habere
cuiuſlibet mentem per dicta plana cuiuſlibet eorum & ſic de
ſingularibus dictis cuiuſlibet poſſet ſciri quomodo ſint in/
telligenda & in quo ipſorum diſceptatio conſiſtat.

## Capitulum Tertium

In quo ponuntur ea in quibus
tam Iob quam ſocii eius conueniebant & ea in quibus diſ/
ferebant & ibidem reſpõdetur ad auctoritates ſupradictas
que per Ra . Moy . contra Iob allegantur .

## Diſcipulus

Ante omnia placeat ut michi declares mentem ipſius Iob
fundando eã ĩ ſuis dictis & hoc fũdato procedetur ad alia .

VNiVERSIDAD DE SALAMANCA
GREDOS USAL.ES

## Magiſter

Ad hoc ꝙ petis clarius oſtendẽdum preſupponere debes
ꝙ tam Iob quam eius amici qui ei aduerſabantur firmiter
tenebant ꝙ res humane a diuina prouidentia reguntur ſic
ut boni diuina iuſtitia prouidente premiantur mali uero
eadem iuſtitia puniuntur : Quodquidem cõmnne concep-
tum ſe habet ut principium licet per ſolam rationem natu-
ralem a philoſophis antiquitus non fuit repertum per in
ſpirationem tamen diuinam antiquis ueteris teſtamenti
patribus reuelatum fuit & in ſacris ſcripturis dupliciter tra-
ditum tam ·ſ· per hyſtorias ſacras hoc teſtantes quam per
dogmata diuina que hoc expreſſe aſſerunt . Primum patet
in q̃plurimis locis quibus diuinam iuſtititiam res hu-
manas prouidentem hyſtorialiter teſtantur ꝙ patet tam in
ſingularibus perſonis . Vt Gen . iiii . cap . de punitione
Caym fratricida & de premiatione Noe iuſti . Gen . vi . &
de premiatione Abrahe Gen . xii . & . xv . quã etiam in
quodam uniuerſali : Vt de punitione pereuntium in diluuio
Gen . vii . & de punitione ſodomitarum . Gen . xix . cap .
& ſic de quam plurimis hyſtoriis ſacris teſtantibus ꝙ di-
uina iuſtitia prouidente mali puniuntur & premiantur .
Secundo modo idem patet per diuina ſcripturarum ſacra
dogmata . Vnde Gen . xviii . Abraham dicebat deo abſit
a te ut rem hanc facias ut occidas iuſtum cum impio non
ẽ hoc tuum ꝙ iudicas omnem terram ꝛc & in datione legis
Exo . xx . capitulo Ego ſum dominus deus tuus deus ze-
lotes uiſitans peccata patrum in filios ꝛc & faciens miſeri-
cordiam diligentibus me ꝛc quequidem prouidentia circa
actus humanos iuxta ſacrarum teſtimonium ſcripturarum
non tantum conſiderat exteriora hominum opera ſed etiã
interiora & intima ut unicuiq; reddatur premium uel pe-
na ſecundum propria merita ſeu demerita Legitur enim
Iere . xvii . Ego dominus ſcrutans cor & probans renes
qui do unicuiq; iuxta uiam ſuam & iuxta fructum ad

ĩuentionũ ſuarum Vbi propheta poſtq̃ oſtendit ꝙ humana
noticia non attingit ad interiores hominum cogitationes
ſeu actiones cognoſcendas . d . paruum eſt cor hominis
& inſtrutabile ·ſ· ab homine qui tantum ea que apparent
uidet Primo Regum . xvi capitulo ſtatim ſubdit ꝙ hec
interiora ſcrutantur dicens Ego dominus ſcrutans cor &
probans renes In quo intelliguntur cogitationes & affecti-
ones humanes q̃tumcumq; ſint occulte & ut oſtendat hu-
ius ſcrutinii diuini ſeu probationis effectum ſubdit . Qui
do unicuiq; iuxta uiam ſuam & iuxta fructum adinuenti-
onum ſuarum Vbi per uiam ſuam intelligetur finisquem
homo in ſuis operibus conſtituit ſicut per uiam corporalẽ
homo tendit ad terminum intentum per fructus adinuen-
tionum autem intelligantur ipſa opera ab homine facta
Vnde ex hac auctoritate & quibuſdam ſimilibus habetur
manifeſte ꝙ deus prouidet de actibus humanis ipſos ex-
aminans ſecundum ſe & etiam ſecundum petitionem ope-
rantis ſeu adinuenientis Ex qua auctoritate & q̃plurimis
ſimilibus habetur ꝙ dictum eſt de prouidentia diuina cir-
ca res humanas quod quidem principium a quolibet fideli
credendum eſt tamq̃ quoddam preſuppoſitum ad omnia
que per fidem traduntur ſeu creduntur . Vnde apoſtolus
ad hebreos . xi . capitulo accedentem ad deũ oportet cre-
dere quia eſt Et inquirentibus ſe remunerator eſt Hoc autẽ
preſuppoſito ſcire debes ꝙ fuerunt nonnulli qui licet pre-
dictum principium credidiſſent : errauerunt tamen circa
premium iuſtorũ & punitionem malorum ponentes utrũq;
in hac uita tantum eſſe non autem in futura quam ·ſ· uitã
omnino negabant : aſſerentes animam hominis eſſe mor-
talem Vnde poſt hanc uitam ſecundum illos nulla remanet
pena uel premium homini communiter etiam eandem er-
roneam rationem de mortalitate anime humane ſequentes
reſurrectionem negabant & de hac falſa ſeu heretica ſecta
fuerũt ſaducei : de quibus Ioſephus ĩ libro . xx . ãtiquitatũ

refert ꝙ recipiebant tantum quinqꝫ libros Moyſi ī qui/
bus non fit mentio expreſſa de alio ſeculo nec de immorta/
litate anime ſed potius cōmunicationes & punitiōes ſecūdū
littere ſuperficiem omnes ſunt temporales Vnde ſequentes
penthatecum ſuperficialiter tantū & nichil aliud de ſcripturis
diuinis ī hūc inciderunt errorē quem errorē confutat chri/
ſtus Math . xxii · capitulo Vt ibidem plene continetur
Vlterius autem conſiderandum ꝙ hii tres aduerſarii ipſius
Iob proprie uidentur fuiſſe de ſecta predicta ſaduceorum
nephanda & ideo omnes tribulationes temporales que ipſi
Iob contigerūt attribuebant peccatis ſeu delictus ipſius fal/
ſe extimantes ꝙ in hac uita nullus affligitur niſi in pena
proprii delicti Vnde innocentes & recti ſecundum eos nū/
quā affligebantur in hac uita ꝙ patet per dictum ipſorum
Elipham enim dicebat ipſi Iob Recordare obſecro quis
umq̄ innocens periit aut quando recti deleti ſunt quin
potius uidi eos qui operantur iniquitatem ꝛc̄ Iob . iiii .
Baldach etiam dicebat ipſi Iob Si mundus & rectus inceſ/
ſeris ſtatim euigilabit te etiam peccatum reddet habita
cum iuſtitie tue Iob . viii . Sophar etiā ipſi Iob dicebat & in/
telliges ꝙ multo minora exigaris ab eo quā meretur īiqui/
tas tua Iob . xi . capitulo & hec ſententia pluries replicatur
in dictis eorum Ex quibus patet ꝙ non credebant ꝙ ali/
quis homo in hoc mundo tribularetur ut meritum ſuum
augeretur in alia uita : talem enim uitam eſſe non credebant
Iob autem tamq̄ uerus fidelis firmiter credebat per diuinā
prouidentiam actus regi humanos Sed uerum & propriū
premium iuſtorum & uera & propria punitio reproborū
non ponebat in hac uita que momentanea eſt & caduca Sed
uita futura : & cōmuniter ex hoc ꝙ ſibi in hac uita tribula/
tiones maxime deuenerunt non crecebat ſequi ꝙ ipſe eſſet
iniuſtus ſicut nec ſecundum uiertatem fidei hoc ſequitur
Ex quibus patet ꝙ Ra . Moy . manifeſte errauit aſſerens
ꝙ Iob in prouidentia diuina conueniebat cum Ariſtotole

qui negauit prouidentiam diuinam eſſe ī iſtis inferioribus
niſi ſolum ſecundum genus uel ſpēm Non autem ſecundū
in diuidua & particulares actiones cuius oppoſitum ī mul/
tis dictis ipſius Iob manifeſte patet Dicit enim Iob de eo
Nonne ipſe conſiderat uias meas & unctos greſſus meus
dinumerat Iob . xxxi . & infra in eodem ſe excuſans a pre/
ſumtione ſeruorum ſuorum ſic dicit Si contemſi ſubire iu/
dicium cum ſeruo meo & ancilla mea cum diſceptarent
aduerſum me : quid enim faciam cum ſurrexerit ad iudi/
candum deus & cum queſierit quid reſpondebo illi Ex qui/
bus manifeſte patet ꝙ Iob credebat prouidentiam diuinā
ſe extendere uſqꝫ ad actus particulares humanos / & etiam
ꝙ iuditium diuinū contra ſe ſi a iuſtitia deuiaſſet timebat
Ridiculum enim enim uidetur aſſerere ꝙ Iob negaſſet di/
uinam prouidentiam in actibus particularibus humanis
cum expreſſe tam generationem q̄ formationem ſuam q̄
omnia que ipſi deuenerunt deo tamq̄ principali actori attri/
buebat Vt patet in multis locis ſpecialiter Iob . ix . cap .
Vbi dicit Manus tue fecerunt me & blaſmauerunt me ꝛc̄
uſqꝫ ad finem capituli & in omnibus dictis ſuis fere clariſ/
ſime patet ꝙ ipſe gubernationem diuinam ſe extendere ad
actus humanos fatebatur Ad auctoritates ſupradictas per
Ra . Moy . allegatas quarum una eſt illa In qua Iob di/
cebat Vnum eſt ꝙ locutus ſum innocētem & impium ipſe
conſumit Ex qua intendit probare ꝙ Iob loquebatur cōtra
diuinam iuſtitiam / dicendum ꝙ hoc eſt uerum ſed intelli/
gendum eſt hoc dixiſſe Iob ſacundum oppinionem aduer/
ſariorū quā ad inconueniens ītendit deducere quaſi diceret
hoc eſt ꝙ dixi ·ſ· ꝙ ſi in hac uita tantum totum premium
iuſtorum & pena impiorum conſiſteret ut uos aſſeritis ſe/
queretur ꝙ innocentes & impii equaliter a deo punirentur
cum tam iſti quam illi morte tēporali que maxima pena ē
temporalium eſt conſumuntur & quia ſecūdum uos nulla
pena nec premiū hominis remanet in alia uita : ſequeretur

VNiVERSIDAD DE SALAMANCA
GREDOS.USAL.ES

ꝙ deus non iuſte procederet in hominum gubernatione
Et quia contra hoc poſſet dici ꝙ pena mortis eſt cōmunis
omnibus propter peccatum nature ꝙ eſt cōmune adhuc
uidetur irrationabile ꝙ īnocentibus qui ex propriis pecca-
tis non ſunt rei alias paterentur afflictiones preter mortē
cum ſecundum uos nulla alia cauſa eſt quare alicui infligi-
tur pena niſi propter peccatum proprium Conſtat autem
innocentes penas pati in hoc mundo : & ſic ſecundum
uos ſequeretur ꝙ tales ſine cauſa punirentur : de quo ſub-
dit Si flagellat occidat ſemel & nō penis innocentum irri-
deat Idem dicendum eſt ad aliam auctoritatem Iob . xxi .
Vbi dicitur Simul inpuluerem dormient ꝛc̄ quia hoc dicit
Iob ad confutandum aduerſarios qui tantūmodo in hac
uita dicunt eſſe totalem penam īpiorū cum tamē uidemus
ꝙ aliqui impii continue uiuunt & moriuntur ī proſperitate
temporali & alii per oppoſitum qui tamen ſimul ī puluere
dormiunt ꝛc̄ ꝙ eſſet contra diuinam iuſtitiam ſeu prouidē-
tiam niſi in alia uita iſta reducerentur ad ueram iuſtitiam
& ſic Iob impugnat ſuos aduerſarios in huiuſmodi locu-
tiouibus & ſimilibus deducendo eos ad inconueniens ex
hoc ꝙ futuram uitam negabant .

## Capitulum Quartum In quo arguitur contra pre-dictā reſponſionem & ſoluuntur argumenta .

### Diſcipulus

Contra expoſitionem tuam de dictis ipſius Iob ſupra-
dictis Ra . *Moy* . & turba talmidicorum poſſent obicere
ſic dicentes Verba Iob plane intellecta intelligi debent
fuiſſe de mente ipſius Iob Non autem aduerſariorum Nō
enim dixit ſecundum uos innocentem & impium ipſe ·ſ·
deus conſumit Sed dicit ſimpliciter unum eſt ꝙ locutus ſū
īnocentē & īpiū ipſe cōſumit ꝙ plane ſonat hoc eſſe dictū
de mēte Iob Cū autē ī expoſitione tua ſuperaddis ꝙ hoc
intelligitur ſecundū mentē aduerſariorū hoc eſt extra textū
Vnde nec uidetur talis ſenſus recipiendus niſi aliqua ratio
ſeu auctoritas non cogat ad hoc . Idem poſſet dici contra
expoſitionem ſecunde auctoritatis ſupradictam .

### Magiſter

Ex duobus cogimur exponere uerba Iob ī hac diſputati-
one eſſe fideliſſima & uera Et ſpecialiter ea que ipſe dixit cir-
ca futurā uitam & circa reſurrectionē . Primū ē auctoritas
diuina que falli non poſſūt : que teſtatur ꝙ Iob fuit locutus
rectū corā deo in illa diſputatione Nō aūt ſui aduerſarii Iob
Vltimo . nō eſtis locuti rectū corā me ſicut ſeruus meus Iob
pro ut ſupra fuit allegatū Si enī Iob in ſua diſputatione cō-
tra ea que in fidei ueritate continētur aliquid aſſeruiſſet non
potuiſſēt predicta uerba uerificari de locutione ipſius Iob
cū aduerſariis Et ultra hoc notādū eſt ꝙ nō dixit deus ſolū
Non fuiſtis locuti rectū ſicut ſeruus meus Iob Sed addit :
corā me In quo denotatur ꝙ uerba Iob intellecta ſecundū
intimā ſui intētionē que nuda eſt & aperta corā deo fuerūt
recta licet poſſūt iudicari ſicut ſonāt aliter Deus enī qui ſo-
lus nouit corda hominū teſtatur ꝙ uerba ipſius Iob recta
fuerūt coram deo & ideo uerba ſua & ſi poſſūt dupliciter ītel-
ligi oportet ut expnātur eo modo quo recta ſint corā deo
& hoc eſt ꝙ nos cogit ad predictā expoſitionē eſt ꝙ ex uer-
bis Iob proprie intellectis nō oportet cōcedere ipſū habere
ſpem in aliā uitam ꝙ ē manifeſtū cōſonū fidei & repugnās
errori aduerſariorum dicit enim Iob ſic : cap . xiii . Etiam ſi
occiderit me ī ipſo ſperabo Verūtamē uias meas ī cōſpectu
eius arguā & ipſe erit ſaluator meus Nō enim ueniet ī cō-
ſpectu eius omnis ypocrita In quibus uerbis manifeſte ha-
betur ꝙ Iob in hac uita exiſtens habebat ſpē ut deus ipſū
ſaluaret poſt mortē ꝙ eſt manifeſte cōtra errorē ſociorū qui
uitā futurā & ſalutē omnīo negabāt Vnde uerba ſua alibī
dicta ī quibus appareat ꝙ ipſe parificat īnocentē & impiū
oportet ut intelligātur nō ſecundū ſuā mentē ſed ſecundum
mentē aduerſariorum & ut īſinuaret ꝙ uerba predicta ·ſ· Si

VNIVERSIDAD DE SALAMANCA
GREDOS.USAL.ES

occiderit me in ipſo ſperabo ꝛc dicta ſint ſecundũ mentem
propriã & nõ aliter Idcirco inmediate ante illa premittũtur
hec Tacete pauliſper ut loquor quodcũqꝫ michi mens ſug-
geſcerit quare lacero carnes meas dentibus meis & animã
meã leuo in manibus meis etiã ſi occiderit me ꝛc In huiuſ-
modi enim uerbis ante premiſſis duo exponũtur Vnũ eſt ꝙ
illud quod erat locuturus ex propria mẽtis ſubiectiõe pro-
cedebat : & de hoc dicit Tacete pauliſper & loquar quod-
cũqꝫ michi mens ſuggeſcerit Secundũ eſt ꝙ omnia que pa-
ciebatur tam in carne quã in ſpiritu ſuſtinebat propter ſpẽ
future ſalutis . Primũ patet per hoc ꝙ dixit Quare lacero
carnes meas dentibus meis ꝙ pertinet ad corporales penas
Secudo uero cũ dicit Animã meã leuo in manibus meis ꝙ
pertinet ad afflictiones intrinſecas anime Vnde declarans
quare iſta ſuſtinebat : ſtatim ſubdit Etiã ſi occiderit me in
ipſo ſperabo . q . d . nõ ſolũ alias penas circa mortẽ ſed etiã
ipſã mortẽ : que eſt maxima penarũ preſertim cũ ſit uio-
lenta que pertinet ad occiſionẽ paratus ſũ ſuſtinere per ſpẽ
ſalutis Idẽ dicẽdum eſt ad ſecundã auctoritatẽ Iob . xxi .
·ſ· ꝙ illa dicta Ideo ĩtelligenda ſũt ſecundũ mortẽ aduerſa-
riorum quos uult ad ĩconueniẽs deducere ut ſupradictũ ẽ .

**Capitulum** Quintũ In quo ponũtur quedã alia uer-
ba ipſius Iob ex quibus arguunt ſupradicta Iob negaſſe
reſurrectionẽ futurã & ibidem ſoluuntur argumenta eorum
per ueram expoſitionem uerborum ipſius Iob .

## Diſcipulus

Sunt alia uerba Iob que manifeſte uidẽtur negare reſur-
rectionem futurã & ibidẽ ſoluũtur Vt cũ dicis cap . xiiii .
lignũ habet ſpẽ ſi preciſũ fuerit rurſum uireſcat ꝛc Et infra
in eodẽ cõtextu homo cũ dormierit nõ reſurget donec attra-
tur celũ nõ euigilabit nec cõſurget deſõpno ſuo In quibus
uerbis & ſimilibus manifeſte patet ꝙ Iob negabat reſur-
rectionem Nec ualet dicere ꝙ hec dicebat ſecundũ mentem
aduerſariorũ Nã ut predicta uerba ſic premittit Recede er-
go paululũ ab eo ut quieſcat donec optata ueniat ſicut mer-
cenarii dies In quo loco Iob loquitur deo ſupplicãs habere
refrigeriũ penarũ cõſiderata breuitate uite humane ad quod
fortifficandũ ĩducit differentiã inter durationẽ ligni & du-
rationẽ hominis eo ꝙ lignũ poſt ſui preciſionẽ uireſcit nõ
aũt homo poſt mortẽ Et ſic uult ĩducere deũ ad miſerendũ
homini propter breuitatẽ uite ſue Ex quo ad ipſã nũquã
reddit lignũ uero ſic Vnde manifeſtũ eſt ſecundũ ſeriẽ lit-
tere ꝙ hoc loquitur de mẽte ſua nõ aũt ſecundum mentem
aduerſariorũ

## Magiſter

Nec uerba ipſius Iob que allegas ĩtelligi poſſũt eſſe dicta
de mẽte ipſius Ad quod ſciendum ꝙ fuerũt aliqui ãtiqui
qui falſe aſſerebãt ꝙ homo poſt hãc uitã poſt magna tẽpo-
ris curricula redeũtibus omniũ cõſtellationibus ſyderum
ſicut fuerãt ãte : tũc idem homo per naturã ſimiliter rediret
ad uitã mortalẽ & ad omnia offitia uel alia quecũqꝫ que per
ipſũ fiebãt Vtputa ꝙ plato legeret athenis ĩ eiſdẽ ſcolis &
eiſdẽ & eaſdẽ lectiones ſicut ãte dũ uiuebat Quequidẽ op-
pinio de reſurrectione eſt erronea & falſa Nã ſecundũ phi-
loſophorũ doctrinã ea que corrũpuntur nõ redeũt eodem
numero per motũ ſeu mutationẽ ut ĩ Secũdo de generatiõe
Eſt etiã cõtra ueritatẽ fidei : ſecundũ quã reſurrectio credi-
tur ſeu ſpectatur ad uitã glorioſã ĩmortalẽ Vnde Iob illam
falſã reſurrectionẽ negat ꝙ patet ex hoc ꝙ dicit lignũ ha-
bet ſpẽ ꝛc Lignũ enĩ poſt ſui preciſionẽ iterũ uireſcit ĩ eadẽ
uita prout ad animã pertinet uegitatiuã homo uero cum
dormit nunꝗ̃ ad talẽ uitã reſurgit Sed ad uitã ĩmortalẽ ut
dictũ eſt Vnde ex hoc Iob uolebat ĩducere deũ ut cõcederet
ſibi refrigeriũ penarũ ĩ hac breui duratione Ex quo nunꝗ̃
ad ſimilẽ uitã reſurgẽdus erat homo & ſic ex predictis uer-
bis nõ habetur ꝙ Iob negaſſet uerã reſurrectionẽ que per
fidẽ habetur Sed falſã reſurrectionẽ ut dictũ eſt Alii uero
exponunt uerba Iob predicta ut ex hiis concludatur uera

VNiVERSIDAD
DE SALAMANCA
GREDOS.USAL.ES

reſurrectio futura dicentes ꝙ homo cum ſit nobiliſſima na/
tura inter corruptibiles creaturas rationabile eſt ut non ſit
deterioris conditionis ligno Sed cōſtat ꝙ ſi lignum preciſū
Iterum producit ramos & germinat De corpore autē ho/
minis preciſi a uita preſenti nichil tale uidetur pullulare &
ideo ne homo ſit peioris conditionis ligno concluditur ꝙ ī
homine ſit aliquid immortale ·ſ· anima rationalis cuius re/
ſurrectio ſpectatur Et ſecundum hoc exponunt illud ſignū
habet ſpem ⁊c̈ ſic ꝙ per modum perſuaſiōis rethorice ſecū/
dum quem proceditur in hoc libro Iob reſurrectiōem uerā
concludit Vnde ex predictis uerbis Iob in hoc loco nō ha/
betur ipſū a fide reſurrectionis deuiaſſe exponēdo ea aliquo
predictorū modorū ad quod cogimur non ſolum auctori/
tate diuina ſupradicta teſtante Iob recta fuiſſe locutum ſed
etiam ex dictis ipſius Iob reſurrectionem ueram teſtātibus
Vnde in . xix . capitulo uolens de miſterio reſurrectionis
loqui ꝙ eſt de maximis ſeu dificilioribus inter credibilia ut
redderet auditores attentes premittit In libro ſtilo ferreo &
plumbi lamina uel certe ſculpantur in ſilice Et declarans que
ſint illa tam magna & ardua que peteret ſcribi modo pre/
dicto ſubdit . d . Scio ꝙ redemptor meus uiuit & in no/
uiſſimo die de terra ſurrecturus ſum & rurſus circumdabor
pelle mea & in carne mea uidebo deum ſaluatorem meū ⁊c̈
Que uerba propriiſſime exponuntur de reſurrectione futu/
ra quam expreſſe ſanctus Iob in hoc profitetur : & ideo o/
portet ꝙ cum alibi de hac materia loquatur ipſius uerba ſic
exponātur ut huic ſue uere profeſſioni concordent .

**Capitulum** Sextum In quo ponuntur quedā uerba
dei ad ipſum Iob ex quibus apparet ꝙ Iob loquebatur cō/
tra iuſtitiā diuinā & ibidē exponūtur uerba predicta ſic ut
ex hiis nō ītelligatur Iob fuiſſe locutū ī derogatiōe diuine
iuſtitie .

## Diſcipulus

Sufficiunt michi predicta ad oſtēdendū ꝙ Iob credebat
futuram uitam in qua ſpectatur iuſtorum premiū Vt uer/
ba ſua ſupra allegata . xiii . capitulo Et ſi occiderit me ī ipſo
ſperabo teſtantur Similiter & ꝙ credebat reſurrectionem
futuram ut patet ex auctoritate per te ultimo allegata Sed
uideo ꝙ deus ipſum Iob condempnauit ſeu reprehendit
in ſuis reſponſionibus in duobus locis Primo ubi dicit .
Quis eſt iſte inuoluens ſententias ſermonibus imperitis .
Secundo legitur Iob . xl . Nunquid irritum facies iuditiū
meum & condemnabis me & tu iuſtificeris ex quibus
patet ſecundum ueritatem diuine ſententie Iob non ſolū fu/
iſſe locutum ſermones imperitos ſententias inuoluēdo ſed
etiam ī derogationē diuine iuſtitie quod manifeſte patet cū
dominus alloquens ſibi dixit . cōdempnabis me ut tu iu/
ſtificeris Peto igitur ut michi declares quomodo uerba pre/
dicta poſſunt concordare cum uerbis domini per te allega/
tis Iob ultimo Vbi dicitur non fuiſtis locuti rectum coram
me ſicut ſeruus meus Iob .

## Magiſter

Verba domini que primo allegas ·ſ· Quis eſt iſte īuol/
uens ſententias ſermonibus imperitis : ſi recte exponātur
intelliguntur de helui eſſe dicta non autem de Iob Prout
infra deo dante ſi de mente ipſius Helui tractabitur erit
manifeſtum Ad uerum autem intellectum ſecunde aucto/
ritatis quam allegas attendere debes ꝙ quia aduerſarii
Iob communiter aſſerebant ꝙ Iob erat punitus in ultionē
ſuorum delictorum ꝙ erat falſum Vt patet ex hyſtoria ip/
ſius Iob in qua ante huiuſmodi diſputationem preponitur
ꝙ deus dixit ipſi ſathan qui ipſum Iob permiſſione diuina
affligebat Nunquid conſideraſti ſeruum meum Iob ꝙ non
ſit ſimilis ei in terra uir ſimplex & rectus & timens deum
ac recedens a malo & adhuc retinens innocentiam ſuam
Tu autem cōmouiſti me aduerſus eum ut affligerem illū
fruſtra . Ex quo patet manifeſte ꝙ Iob non erat afflictus

VNIVERSIDAD DE SALAMANCA
GREDOS.USAL.ES

propter demerita ſua Et ideo Iob uolens excludere falſam
impoſitionem ſuorum aduerſariorum ſuam iuſtitiam com-
mendabat in tantum ꝙ petebat diſputare cum deo ꝙ aliis
uidebitur redundare inderogationem diuine iuſtitie Circa
quod notare debes ꝙ ſi contingat cõtentio ĩter duos equa-
les non eſt reprehenſibile ſi alter eorum a culpa ſe expurget
etiam ſi ex hoc alter culpabilis in hominum opinione ui-
deatur quia homo plus ſe diligit naturaliter quam alium.
Sed cum inter deum & hominem ſit diſtinctio infinita in-
quacumq; perfectione potius debet homo pati ut in ſe cul-
pam iniuſti referatur q̃ ꝙ in deum putetur eſſe in iuſtitiã
dominus ad arguendum Iob de commendatione ĩ diſcreta
ſue iuſtitie proponit excellentiam dei ſuper homines Que-
quidem excellentia dominus manifeſtatur Vnde
auctoritas illa quam allegas Nunquid irritum facies iudi-
cium meum intelligatur ſic . q . d . Nunquid ſic iuſtitiam
ſuam commendas ut irritum .i. non rectum facies uideri
iuditium meum : ſic enim commendans iuſtitiam meam
ꝙ ego apud alios uidear condemnabilis & hoc eſt ꝙ dicit
Condempnabis me ut tu iuſtificeris Vnde ex uerbis ſupra
dictis dei ad ipſum Iob manifeſtũ eſt ꝙ non reprehendit
eum de hoc ꝙ prouidentiam dei negabat circa homines ut
Ra . Moy . erronee extimauit Sed ſolum de hoc ꝙ ſe iu-
ſtificabat in diſcrete in tantum ꝙ hoc poſſet referri inde-
rogationem diuini iuſtitie De qua in cauta locutione ſeu
iuſtiſſicatione indiſcreta Iob penituit Vnde poſt quam re-
prehenſionem domini audiuit in fine concludit Idcirco
me reprehendo & ago penitentiam in fauilla & cinere .

**Capitulum** Septimum In quo oſtenditur ꝙ ex hoc
ꝙ Iob natiuitatem ſuam & conceptionem & huiuſmodi
maledixiſſet & etiam uitam propriam dicebat ſe ab horrere
nõ derogatur perfectioni ipſius Iob ſeu ipſius uirtuoſe pa-
tientie Nam talia ſecundum partẽ inferioris rationis dici
intelligenda ſunt Non autem ſecundum partẽ rationis ſu-
perioris

## Diſcipulus

Si Iob prout tu doces tante perfectionis erat ꝙ etiam ſi
flagellatio ei inflicta a deo uſq; ad mortem incluſiue attin-
geret adhuc in ipſa remaneret uera ſpes in deo prout uerba
per te ſupra allegata uidentur ſonare cum dicit . Et ſi occi-
derit me in ipſo ſperabo . Iob . xiii .cap . Quomodo ergo
uir tante perfectionis per ammiſſionem rerum temporaliũ
Nec etiam per afflictionem corporis ſui in tantam incideret
triſtitiam ſeu anxietatem ut conceptionem ſuam & natiui-
tatem malediceret & etiam uitam propriam abhorreret .
Quequidem pertinent ad uite perfectionem ſeu ad uirum
perfectuum In quo ſpes future uite conſiſtit ſecundum enĩ
doctrinam apoſtoli capitulo Non ſunt condigne
paſſiones huius ſeculi ad futuram uitam que reuelabitur in
uobis Inconueniens igitur eſt ꝙ uir iuſtus ꝙ non ex pec-
catis propriis ſed ad meriti ſui augmentum flagellabatur
ſicut erat Iob prout ex ſupradictis patet ꝙ uitã ſic ab hor-
reret ut appeteret nunq̃ fuiſſe ſub hac luce ꝙ tamẽ Iob ap-
petebat ut patet in tertio capitulo .

## Magiſter

Ex hoc ꝙ Iob ſuam conceptionem & natiuitatem & hu-
iuſmodi maledicebat Ex quibus odibilem uitam ſuam de-
monſtrabat Non ſequitur aliquid ſue perfectioni repugnãs
Chriſtus enim qui ſuper omnes ſanctos perfectionem uite
humane attingit Legitur de morte ſua futura triſtari dixit
Triſtis eſt anima mea uſq; ad mortem Mat . xxvi · Cuius
ratio eſt Nam ratio inferior humana que ſenſitiuam partẽ
ſequitur quequidem ſenſitiua nichil ad finem refert talis
ratio ab horret illud ꝙ ſenſui repugnat Ratio uero ſuperior
eſt illa que ſecundũ partem ſenſitiuam odibilia ſunt ſi tamẽ
referantnr ad finem bonum talia acceptat ut bona Sicut
patet de potione amara que licet ſecundum ſenſum horrida

VNIVERSIDAD DE SALAMANCA
GREDOS.USAL.ES

eſt & odioſa Cum autem refertur ad ſanitatē conſequendā
eſt ſecundum rationem ualde accepta Vnde chriſtus diſpo/
ſitionem ſententie partis circa imminentem paſſionem oſtē/
dens triſtitiam ſuam de paſſione declarauit Quamquidem
paſſionem ſecundum rationem ſuperiorem ſemper accepta/
uit Similiter modo dicēdum eſt de Iob ꝙ licet flagella ſua
& afflictiones patienter ſuſtinebat reddens pro eis deo gra/
tias Vnde poſt quam ei omnia aduerſa aduenerunt dicit.
Dominus dedit dominus abſtulit Sit nomen domini be/
nedictum Nichilominus tamen ſecundum diſpoſitionem
ſenſitiue partis quam ratio inferior ſequitur Valde dolebat
& anxiabatur de huiuſmodi aduerſitatibus ad quam di/
ſpoſitionem oſtendendam dicebat. Pereat dies ⁊c̄ oſtendē/
do ꝙ ſecundum huiuſmodi diſpoſitionem uita ſua erat odi/
bilis & oneroſa Vnde uerba Iob ī hoc loco nō ſūt ītelligēda
tamq̄ uerba īpacientis ſed tāq̄ hominis paſſiones ſuas ſēſitias
exprimētis & ſecūdū eas de ſe loquētis ſicut etiā & Ieremias
q ſāctificatus ī utero legitur fuiſſe Iere. i. Nichilominus
tamē ſuperuenientibus ſibi tribulatiōbus ſeu perſecutiōibus
magnis maledixit Nō ſolū diei natiuitatis ſed etiā uiro de/
nūcianti pr̄i ſuo natiuitatē ſuā Iere. xx. ut oſtēderet ſe eſſe ī
tantis miſeriis ꝙ uita ſua ſecundū īferiorem rationē quam
homines ut plurimum ſecuntur odibilis erat & oneroſa.

## Diſcipulus

De chriſto triſtitiā oſtēdēte īminēte tēporis paſſiōe nemo
ratiōabiliter dubitare poſſet quī hoc eſſet ſecūdū ſēſitiuā par
tem humanā quā ad oſtēdendū humanitatis ueritatē fieri
oportebat Chriſtus tn̄ magna ſigna oſtēdit ī quibus mani/
feſtabatur ꝙ ipſe paſſionē ſuā acceptabat ut cū eā futuram
ſepiſſime ſuis diſcipulis predixit & crucifigētibus occurrit &
diſcipulū īcrepauit d. Calicē quē dedit michi pr̄ nō uis ut bi/
bā illū Iob. xviii. Iere. etiā ut oſtēderet ꝙ uerba illa in q̄bus
maledicebat uirū qui ſuā natiuitatē denūciauit nō ſecūdū ra/
tionē ſuperiorē dicebātur eiſdē uerbis īmediate āte premiſit.

Cantate domino/Laudate dominum quia liberauit animā
pauperis de manu malorum in quibus uerbis ſatis oſten/
debat ꝙ ad laudem & honorē dei aduerſitates ſuas cum
cantu & gaudio referebat quod intelligendum eſt ſecundū
rationem ſuperiorē/ſed de Iob qui ſimpliciter maledicebat
natiuitatem & uitam & huiuſmodi ſcire uellem ſi ex dictis
ſuis ſeu ex hyſtoria propria oſtendi poſſet ꝙ hoc non ſecū/
dum ſuperiorem rationem ab eo dicebantur.

## Magiſter

Quod autem Iob tribulationes ſeu plagas ſuas ſecundū
conſiderationem ſuperioris partis anime que rationem
ſequitur pacienter ſuſtinuiſſet/ſatis habetur ex dictis Nam
poſt omnia aduerſa que ei aduenerunt/uxori eū ſubuertere
uolenti dixit Si bona ſuſcepimus de manu domini mala
autem quare non ſuſtineamus Exquo patet ꝙ ſecundum
ipſum equanimiter ſuſcipienda ſunt huiſmodi bona & ma/
la que a deo dantur ſeu infliguntur Vnde omnibus ad/
uerſitatibus ſuſceptis in benedictionē dei omnia terminauit
.d. Sit nomen domini benedictum Et ideo anteq̄ diſpo/
ſitionem inferioris rationis ſue ſenſitiuā partem ſequentis
expreſſiſſet notanter premittitur in littera Poſt hec aperuit
Iob os ſuum & maledixit diei ſue quaſi diceret Poſtq̄ Iob
ex plagis & anxietatibus ſibi illatis deum benedixit/quod
intelligendū eſt ſecundum ſuperiorē rationem Poſtea ma/
ledixit diei ⁊c̄ ad oſtendendū inferioris rationis diſpoſitio/
nem Vnde ex prima benedictione .ſ. dei & ſequenti ma/
ledictione natiuitatis & conceptionis ⁊c̄ ſatis habetur di/
ſtinctio ſupradicta Item ex hyſtoria Iob in huiuſmodi tēp/
tatione ſatis innuitur propoſitum Nam ut ait magiſter in
ſecunda.di.iiii.talis nunc in homine temptationis ordo eſt
& progreſſus qualis tunc in primis preceſſit parentibus ut
enī ſerpēs tūc mulieri malū ſuaſit ipſaq; cōſenſit/deīde uiro
ſuo dedit & ſic conſumatum eſt peccatum ita & nunc in
nobis pro ſerpente ē ſenſualitas/motus anime pro muliere

inferior portio rationis / pro uiro ſuperior rationis portio Hec ille Attende igitur diligenter ꝙ in temptatione parētū in quo cōſumatum eſt peccatum / per ſerpentem mulier & per mulierem uir prolapſi ſunt / & ſic peccatum perfecte cōſumatum per lapſum uiri qui ſuperiorē rationem deſignat Non ſic in temptatione ipſius Iob In temptatione enī Iob mulier perſuaſa fuit a ſerpente ſeu a ſathana temptante intantum ꝙ uiro dixit ipſum intendens a rectitudine declinare Adhuc retinens in nocentiam tuam ⁊c Iob ſecūdo.ca. ſed uir mulierem exprobrauit.d.ei Quaſi una de ſtultis mulieribus locuta es / ſi bona ſuſcepimus ⁊c Ex qua hyſtoria temptationis Iob uir ·ſ· ſuperior ratio non conſenſit in peccato licet mulier per quam inferior ratio intelligitur conſenſiſſet quēquidē mulieris conſenſum Iob in ſua prima propoſitione exprimere uolens dicit pereat dies ⁊c quod exſponendū eſt de motu inferioris partis rationis ut ſupra dictum eſt non autem ſuperioris Et circa hoc conſidera ꝙ licet deus omnia que erant ipſius Iob preter animā / deus dedit in manu ipſius ſathan ut patet ī ſecundo.ca.per quā poteſtatem permiſſiuam ſathan & omnia ipſiur Iob deſtruenda proceſſit uſqꝫ ad filios & filias & etiam corpus propriū ut in hyſtoria patet non tamen ſathan nocere mulieri legitur retinuit enim eam illeſam ut eſſet inſtrumentū ad ſeducendum uirum ·ſ· Iob Quodquidem inſtrumentū expertus fuerat fuiſſe ſufficiens in ſubuerſione Ade ut patet Gen.iii.ca. Sed in hac temptatione Iob ſathan hoc non potuit obtinere etiam per dictū inſtrumentū ſ·per mulierē eo ꝙ ratio ſuperior que per uirum deſignatur ſemper remanſit illeſa & ſic predicta exſpoſitio non ſolum ex uerbis Iob ſed etiam ex ipſo intellectu ipſius hyſtorie cōfirmatur.

## Capitulum.viii.In quo ponitur quedā obiectio cōtra ea que dicta ſunt in precedenti.ca.& ibidem ſoluitur.

### Diſcipulus

Si predicta uerba Iob in maledictione diei natiuitatis & huiuſmodi ſolum intelligūtur prout tu exponis ·ſ· ꝙ fuerūt dicta tantumodo ſecundum inferioris partis rationem nō autē ſecundū ſuperiorē incōueniens uidetur ꝙ amici Iob cum eſſent ſapientes & uiri litterati cōtradixiſſent ipſi Iob tali modo loquenti / debuiſſent enim ſcire paſſiones afflictiuas teſtabiles eſſe ſimpliciter ſecundum ſenſitiuā partem Vnde ſecundum hoc tota diſputatio contra Iob uidetur procedere in equiuoco Nam amici Iob nituntur oſtendere ꝙ ipſi ex inpatientia tanquam loquens ex erronea ratione blaſphemiam incurriſſe quod tamen Iob ſecundum te hoc loqueretur ex ſolo moto inferioris rationis.

### Magiſter

Expoſitio mea ſupradicta eſt ſancti Thome ſuper Iob cōtra quam magiſter Nicolaus in poſtilla arguit opponendo predictam tuam obiectionem / quequidem obiectio ſi bene conſideras non uidetur ualere Nā Iob & amici eius principaliter diſputabāt circa hoc quod Iob credebat ſeu dicebat ſe eſſe flagellatum ſine culpa Amici uero eſtimabant falſe ꝙ nulla alia uita eſſet niſi preſens / conſequenter habebant aſſerere ꝙ nullus patitur penā ī hac uita niſi propter peccatū propriū Vnde oportebat eos dicere ꝙ Iob erat flagellatus in penam ſui & ſuorum ut patet ex proceſſu huius diſputationis Vnde eorum diſputatio non erat in equiuico ut obiectio tua ponit que eſt poſtillatoris ſed de directo huiuſmodi diſputantis ſibi inuicem contradicebant / diſputabant enim ſub hoc titulo queſtionis ·ſ· utrū Iob fuiſſet iuſtus tempore ſue flagellationis an nō In qua queſtione Iob tenebat partem affirmatiuam aduerſarius uero negatiuam Vtrū autem Iob exprimens uitam ſuam eſſe odibilem ſecundū partem ſenſitiuam prout mea expoſitio que ſancti Thome eſt ponit / an eſſent dicta ſecundum ſuperiorem rationē hoc nō eſt de principali materia queſtionis Vnde nec amici de hoc curabant ſed ſolum de inpugnando iuſtitiā ipſius Iob.

### Diſcipulus

Indica michi Vnde habebant amici Iob ꝙ ipſe crededat

VNiVERSIDAD DE SALAMANCA
GREDOS.USAL

ſeu exiſtimabat ſe eſſe iuſtum ut hoc intenderent principaliter impungnare prout tu dicis Non enim uideo Iob hoc dixiſſe ſeu aſſeruiſſe antequã Eliphan qui primus fuit inter impugnantes loqueretur Vnde uidetur ꝙ titulus queſtionis principalis huius diſputationis non fuiſſe circa iuſticiam ipſius Iob prout tu dicis .

## Magiſter

Quod Iob crederet ſeipſum ſine culpa fuiſſe flagellatum potuerunt amici ſui percipere tum ex eorum conuerſatione cum ipſo antiqua Iſti enim tres uiri qui ad conſolandũ eũ uenerant Vnuſquiſq; de loco ſuo ut habetur Iob ſecundo preſumendum eſt ꝙ erant noti ipſi Iob & ſciebant uitam & conuerſationem ſuam Cum quia ex his uerbis que Iob dixerat Si bona ſuſcepimus de manu domini mala autem quare non ſuſtineamus Poſſet intelligi ꝙ ſi bona frequẽter dantur a deo ſine meritis/ita & mala penalia darẽtur a deo ſine culpa/equaliter enim dicebat bona & mala a deo dari Tum quia ex hoc tam ardenter procedebat in maledictionẽ ſue natiuitatis & huiuſmodi rationabiliter preſumebatur ꝙ Iob credebat ſe eſſe flagellatum ſine culpa qui enim ex culpa propria punitur non tantum procedit in queruloſas proclamationes Tum quia Iob ĩprima ſua reſponſione .iii. .ca. dixerat de ſe Viro cuiuis abſcondita eſt uia/quod uerisimiliter intelligebatur eo ꝙ ipſe ſe incedere credebat per uiam iuſticie prout erat uerum/& tamen contingebant illi miſerie magne ſicut impiis ſepe contingunt & ſic eius uia erat ei abſcondita Vnde ex predictis amici percipientes ꝙ Iob crederet ſeipſum ſine culpa eſſe flagellatum proceſſerũt ad impugnationem ſue iuſticie quilibet ſecundum modum ſuum ꝙ patet in proceſſu diſputationis eorum In quo quilibet eorum conatur impugnare iuſticiam ſecundum modum proprium eorum cuiuſlibet .

**Capitulum.** Nonum Inquo declaratur conuenientia amicorum Iob in ipſius impungnatione & diſtinctio eoꝝ interſe.

## Diſcipulus

Video ꝙ iſti tres cõmuniter conabantur impugnare iuſticiam ipſius Iob ſed non uideo aliquam diſtinctionem inter impugnationes eorum/ſic ut quilibet teneat propriũ modum in huiuſmodi impugnatione & de hoc peto a te aliam declarationem.

## Magiſter

Sicut iam tidi dixeram iſti tres de ſecta ſunt ſaduceorum ponentium totum premium iuſtorum & penam impiorũ in hac uita tãtum/ & ideo omnes conueniunt impugnatione iuſtitie ipſius Iob errone exiſtimantes ꝙ non poſſet aliter iuſtitia diuina ſaluari quod oportebat eos dicere ſecundũ falſum preſuppoſitum ſuũ ſupradictum In hac tamen impugnatione quilibet eorum trium inuenit primo unum modum ad ſaluandam iuſtitiam diuinam/quando contingit ꝙ aliquis qui ſecundum famam cõmunem eſt iuſtus punitur quod patet diligenter eorum dicta ſcrutanti Eliphan enim qui primo locutus eſt iuſtitiam ipſius Iob impugnauit imponendo ei publicas iniquitates ſeu iniuſtitias Vnde ĩ prima ipſius porpoſitione dicit Recordare obſecro quis unquam innocens periit aut quando recti deleti ſunt Iob .iiii.ca. Ex quo patet ꝙ ſecundum eum exquo Iob ſic affligebatur ſequebatur ꝙ non erat innocens nec rectus Et infra ipſe Eliphas Capitulo Viceſimoſecundo Dicebat ipſi Iob Nõne propter malitiam tuam & infinitas iniquitates tuas abſtuliſti enim pignus fratrũ tuorum ſine cauſa & nudos ſpoliaſti ueſtibus ⁊c̃ Vbi multa publica peccata attribuit ei ad credulitatem & auaritiam pertinentia Baldach uero iuſtitiam Iob impugnabat non ſic opponendo ei publicas malitias ſed occúltas ſic ꝙ ſecundum eum licet opera Iob exteriora bona apparerẽt quia tamen occulte/nõ rectam/ſed peruerſam haberet intentionem Idcirco ei contingebant mala Vnde in octauo .Ca. Baldach imponebat

VNiVERSIDAD DE SALAMANCA
GREDOS.USAL.ES

ipſi Iob uicium ypocriſis dicens ſic Vie hominum qui ob/
liuiſcuntur deum & ſpes ypocrite peribit Arguebant enī
in ipſo ex aduerſitatibus ſibi euenientibus licet exteriora
ſua opera fuiſſēt bona Vnde ad predicta uerba ſic premiſit
Nunquid uireſcere poteſt ſcirpus abſq; humore quaſi dice/
ret ex hoc ꝙ tu non uireſcis ſequitur ꝙ nō habes humorē/
intrinſecus quod intelligitur de humore caritatis per quē
homo ſecundum ueritatem uireſcit in uirtutibus ſecundū
Baldach in bonis temporalibus que ſecundum eum ſunt
premia uirtutis & quia his temporalibus bonis manifeſte
carebat Iob Idcirco concludebat ipſum eſſe ypocritam &
& in hoc Baldach concordabat cum ſathan Cum enim do/
minus dixiſſet ſathan de Iob ꝙ erat ſimplex & rectus &
timens deum ⁊c̄ Sathan reſpondit Nunquid fruſtra timet
Iob deum ⁊c̄ quaſi diceret omnia bona que Iob facit non
procedunt ex recta intentione ſed ſolum ut bona tempo/
ralia ei conſerues Sophar autem | & ſi non attribuebat
Iob aliqua peccata publica nec etiam ypocriſim impugna/
bat attamen iuſtitiam ipſius Iob ex profunditate diuine
ſapientie ſecundum quam deus mundum gubernat dicēs
Vtinam deus loqueretur tecum & aperiret labia ſua tibi &
oſtenderet tibi ſecreta ſapientie & intelligeres ꝙ multa mi/
nora exigaris ab eo quam meretur iniquitas tua quaſi di/
ceret licet ego neſcirem oſtendere tibi peccata tua publica
ſeu occulta nec forte tu ipſa ſcis | nichilominus tamen ſi de/
us tecum loqueretur oſtenderet tibi ſecreta ſapientie ſue &
intelligeres ꝙ multa minora exigaris ab eo quam meretur
iniquitas tua hoc eſt dicere ꝙ te punit citra condignum.

## Diſcipulus

Hec diſtinctio quam ponis inter impugnationes quas
amici Iob contra eum oppoſuerunt licet ſit rationabilis &
in dictis eorum fundata Non tamen ſic uidetur preciſa ꝙ
impugnatio unius non tangatur per alium ypocriſis enim
quam Baldach imponit ipſi Iob etiam Elipham ſimiliter
facit qui in quindecimo capitulo dicebat Iob Congregatio
ypocrite ſterilis Vbi notans eum de ypocriſi cauſam ex ſte/
rilitatis ſeu perditionis bonorum ſuorum ypocriſi attribu/
ebat Sophar etiam ipſi Iob dicebat Viceſimo capitulo | hoc
ſcio a principio ex quo poſitus eſt homo ſuper terram ꝙ
laus impiorū breuis ſit & gaudiū ypocrite ad inſtar puncti
Ex quo patet ꝙ ipſe imponebat Iob peccatum ypocriſis
ſecundū ꝙ dicebat proſperitates ſuas fuiſſe momētaneas ſeu
cito tranſſituras Ex quibus & aliis que in dictis amicorum
Iob poſſunt inueniri uidetur ꝙ diſtinctio tua non ſit pre/
ciſa ut dictum eſt .

## Magiſter

Concedo tibi ꝙ diſtinctio tua ſupradicta de impugnati/
onibus amicorum Iob contra eum non eſt ſic preciſa ut
unuſquiſq; ſociorum ponat impugnationem ſuam tantum
& nunq̄ tangat impugnationem alterius Sed conſiderāda
eſt predicta diſtinctio ſic ut unus ſociorum quandam pri/
mo inuenit impugnationem & deinde alii illam eandem
inter ſua quandoq; repetant utputa ꝙ Elipham primo im/
pugnauit Iob de publica iniuſtia & impietate | non autem
de ypocriſi Similiter & Baldach primo impugnauit eum
de ypocriſi non autem de publica iniuſtitia Conſequenter
Sophar primo impugnauit eum per inſcrutabilitatem di/
uine ſapientie ſecundum quam credendum eſſet ꝙ minus
puniebatur a deo q̄ peccata ſua exigerent | ſed ex hoc nō ex/
cluditur ꝙ quilibet eorum obiectionē alterius in ſuis dictis
interponeret quandoq; tanquam uerum ſicut cum in di/
ſputationibus contingit ꝙ opponentes diuerſis uiis im/
pugnēt reſpondentem & tamen ipſi inuicem in omnibus
impugnationibus concordent preſertim in hoc libro in
quo non ſolum poetice ſed etiam metrice | ut dictum ē pro/
ceditur & ſic una ſentētia pluries repetitur & ſepe replicatur

VNIVERSIDAD DE SALAMANCA
GREDOS.USAL.ES

tam propria q̃ aliena Vnde ſi ſcrutatus fueris uerba Iob
in ultimo ſue reſponſionis loco ·ſ· capitulo uiceſimoſep-
timo & in ſequenti ·ſ· uiceſimooctauo manifeſte reperies
ꝙ ad tres impugnationes predictas dirigit defenſionem
ſuam In eodem enim capitulo predictis impugnationibus
per ordinem contra dicit Vnde poſtq̃ omnes ſimul falſi-
ficat dicens Abſit a me ut iuſtos uos eſſe iudicem Conſe-
quenter contra impugnationem primo per Eliphaz inuē-
tum dicit Iuſtitiam meam quam cepi tenere non deſeram
ꝛc̈ ſi ſicut impius inimicus meus & aduerſarius meus quaſi
iniquus Ille enim cuius exteriora bona ſunt iuſta ſicut Iob
omnes ſui inimici dicuntur impii tanq̃ impugnantes pub-
licā iuſtitiā Conſequēter contra impugnationem Baldach
dicit que eſt ſpes ypocrite ꝛc̈ quaſi diceret Non debetis
michi imponere uitium ypocriſis ſcio enim ꝙ ypocrita nō
poteſt habere ueram ſpem que ex meritis & gratia habetur
ꝙ autem ypocrita non habeat ex meritis ſpem declarat cū
ſubdit Cum auare rapiat ꝛc̈ ꝙ autem ex gratia non debeat
ſpectare declarat dicens Nunquid clamorem eius exaudiet
deus ꝛc̈ & ut Iob ſuis aduerſariis oſtenderet ꝙ erat immu-
nis a predictis duobus uitiis ·ſ· publicis & occultis que
ſibi imponebantur ſubdit Ecce uos omnes noſtis & quid
ſine cauſa loquimini Nouerant enim eius aduerſarii qui-
bus conuerſatio ſua nota erat ꝙ nulla peccata exteriora ha-
buiſſet ſimiliter nec interiora quia neceſſe eſt ut per diutur-
nā cōuerſationē per exteriora opera cognoſcātur Vnde ſal-
uator .ca.de ypocritis dicit Ex operibus eorū cognoſcetis
eos & ideo ſuos aduerſarios inuocat in teſtes circa predicta
cum dicit Ecce uos omnes noſtis & quid ſine cauſa uana
loquimini .Ad tertiam uero obictionem per quam uitam
ſuam impugnabant ex inſcrutabilitate diuine ſapientie
ſecundum quam homo debet credere ꝙ deus iuſte punit
licet cauſa punitionis in actibus humanis ab hominibus
non inueniatur Ad hoc reſpondet cōmuniter in predicto

capitulo ·ſ· in uiceſimooctauo primo oſtendendo excellen-
tiam ſapientie que intelligenda eſt diuina que incorpora-
biliter tranſcēdit in precioſitate omnia precia| dicens Ne-
ſcit homo precium eius ꝛc̈ Secundo oſtēdit occultationem
eius cum dicit Abſcondita eſt ab occulis omnium uiuen-
tiuum ꝛc̈ Tertio dicit ꝙ ſolus deus cognoſcit eam dicens
Deus intelligit uiam eius & ipſe nouit locum illius Quar-
to dicit ꝙ deus qui illam ſcit ſeu cognoſcit uiam eius docuit
hominem que ſit illa ſapientia prout ad gubernationem
rerum humanarum pertinet & de hoc dicit Vidit illam &
enarrauit ꝛc̈ & ſequitur Et dixit homini Ecce timor domini
ipſa & ſapientia & recedere a malo intelligentia Ex quibus
colligitur ſuffitiens reſponſio Iob ad tertiam obiectionem
ſupradictam que ex magna profunditate ſeu ſapientia dei
in gubernatione humana procedebat quequidem reſponſio
in hoc conſiſtit Poſito enim prout uerum eſt ꝙ diuina ſa-
pientia excellit cunctas res in precioſitate prout in primo
preſuppoſito Secundo poſito ꝙ ſi illa diuina ſapientia ſit
abſcondita ab omnibus creaturis prout in ſecundo pre-
ſuppoſito etiam ꝙ ſolus deus intelligit uiam eius prout in
tertio preſuppoſito Poſito etiam ꝙ deus reuelauit homini
ꝙ timor dei ipſa eſt ſapientia ·ſ· quantum ad res humanas
gubernandas | ſimiliter & recedere a malo ſit intelligentia
Conſequenter habetur ꝙ non obſtante inſcrutabilitate ſeu
profunditate diuine ſapientie quantum ad ſe cum hoc ta-
men ſtat ꝙ in rebus humanis gubernandis |timor domini
ipſe eſt ſapientia|& recedere a malo intelligentia prout pa-
tet ex diuina reuelatione per ipſum Iob allegata Cum au-
tem de Iob teſtatur ſcriptura ꝙ erat timens deum & rcedēs
a malo Iob primo Sequitur ulterius ꝙ non obſtante in-
ſcrutabilitate diuine ſapientie iudicandus erat rectus & ſic
nō erat puniendus per demerita ſua Ex quibus omnibus
diligenter conſideratis habes opinionem ipſius Iob que
uera eſt & catholica·ſ·ꝙ premium iuſtorum pene impioꝝ

VNiVERSIDAD
DE SALAMANCA
GREDOS.USAL.ES

principaliter in alia uita conſiſtunt non in uita preſenti & ſic
non ſequitur ꝙ ſi aliquis in hac uita punitur ꝙ ſit iniuſtus
ſicut ſi aliquis in hac uita proſperatur non ex hoc ſequitur
ꝙ ſit iuſtus prout amici Iob falſe opinebantur Vnde Rabi
moyſes qui ſententiam Iob tanquam hereticam condem/
nauit parte & capitulo ſupradictis manifeſte in hoc errauit
Habes etiam ex hoc opiniones amicorum eius qui de ſecta
ſaduceorum ut dictum eſt erant Vnde ſimul conueniebant
in hoc ꝙ totum premium iuſtorum & pena impiorum in
preſenti uita erat non in alia quam non credebant Ex quo
firmiter eſtimabant concludere ꝙ nullus in hac uita puni/
ebatur niſi propter demerita quod eſt ſeculum ut patet in
hyſtoria ipſius Iob de quo ſcriptura teſtatur ꝙ erat ſimplex
& rectus ꝛc̃ & tamen fuit grauiter punitus nullis ſuis de/
meritis precedentibus Ex quo patet error Rabi moyſis qui
opinionem Eliphaz approbauit ut patet ubi ſupra qua/
liter autem opiniones predictorum trium diſtingui in tel/
ligantur habes ſupra.

**Capitulum** Decimum in qua exponitur opinio Helui
que fuit erronea & a deo condemnata contra hebreos qui
aſſerunt ꝙ Helui uictoriam obtinuit de ipſo Iob.

## Diſcipulus

Licet ea que dicis circa diſputationem Iob & ſociorum
eius tenenda uidentur tanꝗ uera tamen ad huc occurrit
michi in eiſdem unum quod uidetur in conſonum ſupra/
dictis Video enim ꝙ Helui conuenit cum predictis rebus
in condemnatione ipſius Iob ꝙ patet ī multis ipſius dictis
Et tamen Helui uidetur uictoriam obtinere de ipſo Iob
quod patet ſaltem ex hoc Nam Iob ſilentium uidetur im/
poſuiſſe tribus ſociis qui ad ultimas reſpōſiones eius que
a capitulo uiceſimoſexto uſqꝫ ad triceſimum primum in/
cluſiue continentur nichil uoluerunt reſpondere Ad dicta
tamen Helui que a capitulo triceſimoſecundo uſqꝫ.xxxvii.
incluſiue continētur nichil uidetur Iob reſpondiſſe Ex quo
patet ꝙ Helui deuicit ſeu concluſit ipſū Iob Vnde & expoſi/
tores Ebreorum ut Ra.ſa.& Ra.moyſes & alii cōmuniter
tenent ꝙ Helui in hac diſceptatione triumphum obtinuit
cum tamen cum aliis tribus conueniſſet in ipſius Iob con/
damnationem ut dictum eſt Vnde de hoc uolo ut me do/
ceas declarando michi opinionem ipſius Helui & eius
diſtinctionem ab opinionibus aliorum.

## Magiſter

Circa hoc quod petis ſcire eſt ꝙ ſicut tres amici Iob ut
dictum eſt erant de ſecta ſaduceorum futuram uitam ne/
gantium Et totum premium iuſtorum & pena impiorum
in hac uita tantum eſſe ponebant Vnde & Iob ex ſua fla/
gellatione ut impium condemnabant credentes ꝙ nullus
in hac uita punitur niſi ſecundum propria peccata ſeu de/
merita ut ſupra largius dictum eſt Sic tenendum eſt ꝙ
Helui erat de ſecta phariſeorum qui licet aliam uitam con/
cedunt ut patet Mathei uiceſimoſecundo ſupra allegato
tamen credebant ꝙ nullus in hac uita punitur niſi propter
propria demerita ut Rabi moyſes qui proprie phariſeus
fuit in parte & capitulis allegatis expreſſe dicit Et eſt cō/
munis ſententia Talmudiſtarum Falſitas tamen huius cre/
dulitatis manifeſte patet ex ipſa hyſtoria Iob que teſtatur
ꝙ Iob nichil male demeruit ut ſic puniretur ſed ſolum hoc
euenit ei per modum temptationis ut ipſa littera manifeſte
in primis duobus capitulis ꝙ autem Helui aliam uitam
crederet habetur ex dictis ſuis capitulo triceſimoſecundo
Vbi dicit ut reuocet animas eorum a corruptione .ſ. ani/
mas penitentium de quibus ibidem loquitur & ſubdit Et
illuminet in luce uiuentium quod ad litteram intelligitur
de uita futura ꝙ autem Helui crederat nullum in hac uita
puniri niſi propter propria peccata ſatis patet Ex hoc ꝙ
ipſe condemnauit Iob ſicut & alii ſocii Et adhuc acrius
propter demerita que ſibi imponebat Et notandum licet

VNIVERSIDAD
DE SALAMANCA
GREDOS.USAL.ES

opinio Helui quantum ad aliquid magis continat uerita-
tem inquantum aliam uitam concedit|tamen eſt magis in-
conſona ſibiipſi|inquantũ tũ dicit ꝙ nullus in hac uita pu-
nitur ſine proprio peccato Cum enĩ punitiones & premia
huius uite momentanee ſunt reſpectu eorum que ſunt in
futura Manifeſtum eſt ꝙ licet iuſti in hac uita puniantur
& mali proſperantur ꝙ ita poſſunt recompenſari ad plenũ
in alia uita que eſt imperpetuum duratura Vnde credẽtes
premia & punitiones in futuro ſeculo non debent con-
demnare patientes tribulationes in hac uita Dicitur enim
Eccleſiaſtes decimonono capitulo Vniuerſa eque eueniunt
iuſto & impio quod intelligitur ad litteram de aduerſitati-
bus & proſperitatibus huius uite Et ideo de Helui proprie
intelliguntur uerba dei dicentis Quis eſt iſte inuoluens
ſententias ſermonibus imperitis Iob triceſimoquinto capi-
tulo |inuoluit enim Helui ſententias inquantum ſententiã
ipſius Iob aſſerentis in alia uita eſſe uera premia & puni-
tiones inuoluebat cum ſententia aduerſariorum ipſum Iob
condemnantium Quequidẽ ſententie non conſonant adin-
uicem ut dictum eſt Quod autem dicis de expoſitoribus
Hebreorum aſſerẽtibus ꝙ Helui obtinuit uictoriam in hu-
iuſmodi diſputatione uerum eſt & rationi conſonum Nã
expoſitores Hebreorũ proprie ſunt pharisei ſicut & Helui
ut dictum eſt ſed aſſertio eorum inuerificando opinionem
Helui & falſa ſicut etiam falſe condemnauerunt Iob de he-
reſi ut iam ſupradictum eſt Nec ex hoc ꝙ Iob nõ reſpõdit
Helui & tamen reſpondit aliis tribus | ſumi debet argu-
mentum ad hoc ꝙ Iob fuit concluſus ab ipſo Helui|poſſet
enim ad hoc triplex ratio aſſignari Quarum prima ẽ quia
ſi ſcrutatus fueris dicta Helui manifeſte reperies ꝙ fuit lo-
cutus ex arrogantia intendendo principaliter uilipenſionẽ
ipſius Iob dicebat enim illi tace & docebo te ſapientiam
triceſimotertio & infra triceſimoquarto dicebat Iob autem
ſtulte locutus es ſic in aliis locis qua ratione Iob ipſi Helui

noluit reſpondere ſequens ſapientis conſilium Prouerbio-
rum uiceſimoſexto Ne reſpondeas ſtulto iuxta ſtultiam
ſuam ne efficieris ei ſimilis Aliis uero ſociis qui non ſic
ex arrogantia uidebantur loqui Iob reſpondit ut ipſo-
rum error patefieret ſequendo conſilium ſapientis predicto
capitulo Reſponde ſtulto iuxta ſtulticiam ſuam ne ſibi
ſapiens uideatur Secunda ratio eſt nam Helui intantum
elatus eſt per ſuperbiam ꝙ correctionem Iob non deſide-
rabat ſed eius maiorem ruinam appetebat Vnde in triceſi-
moquarto capitulo ſupradicto dicebat Helui ipſi deo Pa-
ter mi probetur Iob uſqꝫ in finem In quibus uerbis prout
cõmuniter exponuntur Helui petebat a deo ꝙ non deſi-
ſteret a flagellatione ipſius Iob in preſenti uita & etiã ꝙ in
alia uita duceretur ad eternã condemnationẽ quod eſt ual-
de inhumanum & a magna elatione procedens Vnde glo.
hic dicit quia aſperitas ſupebie uſqꝫ ad maledicendum ſe
extendit Helui contra Iob deum precatur & ideo talia lo-
quenti non uidetur dignum reſpondere. Tertia uero ratio
eſt nam uerba Helui non ſolum ex arrogantia ſed etiam ex
ira proceſſerunt Ex ira enim Helui principaliter fuit pro-
uocatus ad loquendum ut in capitulo triceſimoſecundo
expreſſe dicitur & ideo laudabiliter Iob abſtinuit a reſpon-
ſione ipſius Helui intendens ire locum dare iuxta illud Ec-
cleſiaſtici tredecimo Ne litiges cum homine linguato & ne
ſtruas in igne illius ligna.

## Diſcipulus

Video ꝙ de Helui proprie poſſunt intelligi uerba ſupra
per te allegata Quis eſt ille inuoluens ſententias prout tu
exponis ſed adhuc uellem doceri de hoc quod ſequitur
ſermonibus imperitis Intelligere igitur uellem qui fuerunt
ſermones imperiti inter dicta Helui de quibus iſta uerba
poſſẽt uerificari.

## Magiſter

Inter uerba Helui ſermones imperiti reperiuntur dixit

VNiVERSIDAD DE SALAMANCA
GREDOS.USAL.ES

enim Helui in capitulo triceſimotertio Omnia hec operatur deus tribus uicibus per ſingulos | qui eſt ſermo manifeſte imperitus exponitur enim ad Hebreos cõmuniter ꝙ tribus uicibus tantum recipit deus peccatores ad penitentiã ſed non amplius Nam ſi quarto recidiuat nõ recipitur ſed reſeruatur ad gehennam quod eſt falſum ſecundum communem ſententiam ſanctorum & etiam ſecundum hyſtoriam ueteris teſtamenti Peccauit enim Dauid primo in adulterio Barſabee Secundo in homicidio Vrie Tertio in fractione iuramenti facti Ionathe Quarto in numeratione populi & ſecundum quoſdam peccauit in mortem ſacerdotum Nobe | & tamen Dauid connumeratur inter ſanctos Vnde ſeruus dei poſt in multis locis ſacre ſcripture uocatur Vnde neceſſe ẽ dicere ꝙ penituit de omnibus & ſic predicta uerba Helui ſecundum exſpoſitionem ſupradictam hebreorum que eſt inter eos communior ſunt falſa fuerunt etiam aliqui eorum ut Rabi moyſes gerundenſis que predicta uerba expoſuerunt de reuolutione animarum aſſerentes ꝙ anima unius hominis poſt eius ſeperationem a corpore iterum informat corpus alterius hominis quod dicunt ter fieri quod eſt imperite dictum non ſolum ſecundum ueritatem fidei ſed etiam ſecundum naturalem rationẽ ut patet intuenti & licet predicta uerba ab expoſitoribus noſtris intelligantur ad inſinuandum ꝙ deus mouet peccatores ad penitentiam totiens quotiens iudicauerit expedire utendo numero trino determinato pro numero indeterminato hoc tamen non ſonant uerba eius & Ideo magis ſenciendum eſt expoſitores Hebreorum non erraſſe ĩtelligendo illa ſecundũ expoſitonẽ hebreorũ q de ſecta pharíſayca erant ſicut ipſe Helui ut dictum eſt quã ſecundum interpretationem noſtrorum que uerba ſua uoluerunt reducere ad uerum intellectum Itẽ imperite fuit locutus in condemnatione ipſius Iob aſſerens ꝙ nullus in hac uita flagellatur niſi propter propriam culpam quod eſt erronee

dictum ut ſupra dictum eſt Vnde Helui tam ex dictis ſuis principalibus q̃ ex circumſtantiis eorum phariſeus iudicandus eſt.

**Capitulum** Vndecimum In quo oſtenditur ꝙ ſicut tres amici Iob erant de ſecta ſaduceorum ſic & Helui erat de ſecta phariſeorum quibus aſſimilatur tam in ſuis opinionibus erroneis q̃ in conditionibus ſuis.

## Diſcipulus

Ex multis poſſet haberi ꝙ ſicut tres amici Iob erant de ſecta ſaduceorum ut dictum eſt | ſic Helui erat phariſeus tã ĩ ſuis opinionibus q̃ ĩ conditionibus | eius de opinionibus enim patet per ſermones imperitos de quibus ſtatim ſupra dictum eſt | de conditionibus uero patet ex hoc nam nec Iob nec tres amici ſui leguntur genealogiçari in hoc libro ſed tam ipſe q̃ illi ſolum a regionibus ſuis cognominantur ut Iob de terra his Elepham Temanithes Baldach Senithes Sophar nhoamites Helui uero non ſolum cognominatur a regione cum dicitur Helui filius Barachiel Similiter & nomen cognationis cum dicitur decognatione Ram & interpretatur altum in quo Helui aſſimilatur phariſeis qui gloriabantur de bonitate parentum ſuorum quibus dicebatur Mathei tertio capitulo Ne uelitis dicere ĩter uos patrem habemus Abraham Item phariſei aſſueuerunt intantum iactare de ſe ꝙ ceteros ſpernebant ut patet Luce decimooctauo capitulo de parabula chriſti In qua dicitur duo homines aſcenderunt in templum unus phariſeus & alter publicanus 2c quã arrogantiã .ſ. phariſaicã Helui ſecutus ẽ qui tam Iob q̃ eius aduerſarios ſpernebat ut patet ex ſuis dictis capitulo triceſimoſecundo & infra Item Helui fuit motus ad loquendum ex paſſione ire ut patet cum dicitur capitulo triceſimoſecundo Iratus eſt furor Helui in Iob & infra & tres amicos eius iratus eſt 2c ſuper uerbũ glo. Vane enim glorie ſectatores cũ ſe hominibus preferũt

VNiVERSIDAD DE SALAMANCA
GREDOS.USAL.ES

alios de fatuis ſenſibus/alios de indignis meritis reprehendunt hec in gloſa Helui aũt Iob de fatuitate & blaſphemia & ſocios de ignorantia reprehendit & ſic manifeſte incidit in errore phariſaico/qui deo dicebat gratias ago tibi quia non ſum ſicut ceteri hominum ⁊c Luce ubi ſupra Item Helui aſſimilatur phariſeis in hoc ꝙ correptionem Iob deſiderabat ſed potius pro eius ruina deũ imprecabatur Dicebat enim Helui Pater mi probetur Iob uſqꝫ in finem triceſimoquarto capitulo in quibus uerbis petebat Helui a deo ꝙ non deſiſteret a flagellatione ipſius in preſenti uita & etiam in alia uſqꝫ ad eternam condamnationem ut dictum eſt quod ad magnam & crudelem ſuperbiam pertinet ut in gloſa ſupra allegata in quo Helui aſſimilatur phariſeis qui in ſuis orationibus & coditibus aliis nunq̃ orant pro conuerſione gentilitatis ſed pro eorum finali deſtructione Ex quibus iam dictis habetur ꝙ opinio eorum qui dixerunt ꝙ liber Iob fuit a *Moyſe* ſcriptus ẽ uerisimilis Nam ſuper Penthatheucum quem *Moyſes* ſcripſit tres diuerſe ſententie inſurrexerunt Prima ·ſ· fidelium aliam uitam cõcedentium in qua uera ſunt premia & punitiones & in hac uita proſpera & aduerſa iuſtis & iniuſtis eque cõcontingerent & hec fuit ſententia ipſius Iob Alia uero fuit ſententia ſaduceorum qui nullam uitam niſi preſentem cõcedebant & proſpera & aduerſa huius uite iuxta merita & demerita hominum eſſe aſſerebant Tertia uero ſententia phariſeorum qui duas ſupradictas inuoluebant ut ſupra dictum eſt.

**Capitulum** duodecimum in quo oſtenditur qui in reſponſionibus diuinis ſuperaddi intelligitur quo ad queſtionem propoſitam de Iob pertinere uideatur.

## Diſcipulus

Cum Iob ueram ſententiam tenuit in predictis út tu aſſeris & etiam uerba dei dicta Iob approbantis teſtantur cum dicit Non fuiſtis michi locuti rectum ſicut ſeruus meus Iob ultimo capitulo Reſponſio igitur diuina uidetur eſſe quaſi ſuperflua/ſuffeciſſet enim deum approbaſſe ſuam ſententiam & reprobaſſe alias tam trium ſociorum q̃ Helui nec uidetur ſufficere quodquidem exſpoſitores dicunt·ſ·ꝙ omnia que in reſponſionibus diuinis que in triceſimooctauo & triceſimonono capitulis continentur traduntur ad immenſitatem diuine potentie & ſapientie oſtendendam ut ex hoc manifeſtetur ꝙ Iob indiſcrete ſeu fatue ſe habuerat incipiendo diſputare cum deo Nam hoc non uidetur conuenienter dictum Illa enim que altera pars diſputantiũ per ſe concedit non requiritur ut per alium ſibi probentur Conſtat autem ꝙ Iob concedebat potentiam diuinam & ſapientiam eſſe tante immenſitatis ꝙ ab hominibus non eſſet cõprehenſibile Vnde in capitulo uiceſimoſexto poſtq̃ Iob narrauit multa de mirabilibus a deo facte ſubdit Ecce hec ex parte dicta ſunt uiarum eius & cum uix paruam ſcintillam ſermonis eius audierimus qui poterit tonitruũ magnitudinis eius intueri Ex quibus patet ꝙ Iob profitebatur immenſitatem & incomprehenſibilitatem diuine ſapientie & potentie que in diuinis effectibus apparet ꝙ non ergo requirebatur ut de hoc ulterius aliquid ſibi diceretur Rogo ergo ut michi aliquid ulterius circa hoc declares.

## Magiſter

Ad hoc ꝙ petis amplius intelligendum conſiderare debes ꝙ Iob in ſuis proclamationibus inſtanter a deo petebat ut deus oſtenderet ſibi cauſam ſue flagellationis cum ipſe credidiſſet ſe eſſe iuſtum Vnde Iob decimo capitulo dicebat Indica michi cur me ita iudices Ad quod uidetur Iob in multis aliis locis tendere/deus tamen oſtendit ſibi in his capitulis ꝙ interrogatio ſua predicta eſſet irrationabilis & hoc ſic Conſtat enim ꝙ diuina prouidẽtia diſpoſuit omnia creata producendo ea ſecundum menſurã & modũ correſpõdentẽ cuiuſlibet rei eſſentie & durationi ut exemplifica:

primo de terra ꝙ habitationi hominis cui loquebatur eſt deputata de quo dicit Vbi eras quando ponebas funda/menta terre 2c quaſi diceret illa que pertinerent ad eſſentiã terre & eius ſtabilitatem fuerunt per meam prouidentiam fundata & menſurata te nõ exiſtente Nec etiam nunc hoꝝ rationem ad plenum comprehendente Similiter quod ſe/quitur Cum me laudarent aſtra matutina 2c intelligendũ eſt quaſi diceret per meam prouidentiam diſpoſitum eſt ut a principio creationis me laudarent aſtra matutina & filii dei iubilarent / cuius prouidentie rationem tu plene nõ ſcis Similiter quod ſequitur Quis concludit hoſtiis mare 2c & omnes interrogationes quas deus ipſi Iob preponit in predictis capitulis tam de principalibus partibus mun/di q̃ de certis conditionibus aliquorum animalium / per hunc modum ſunt intelligende .ſ. ꝙ omnia illa per diuinã prouidentiam ſiunt taliter ꝙ in ſuo eſſe naturali perſeuerãt de quibus fragilitas humana non ſufficeret per ſingula red/dere rationem niſi ſolum ꝙ omnia predicta & quecunqꝫ ſimilia per diuinam prouidentiam diſpoſita ſunt modo & ordine debitis iuxta illud quod dicitur de ſapientia diuina Attingit a fine uſqꝫ ad finem fortiter & diſponit omnia ſuauiter Sapientie octauo capitulo Ex quo ſequitur ꝙ in/diſcretum eſt ut homo querat a deo rationem ſue proui/dentie circa ſingulares perſonas ſeu actus humanos prout Iob petebat ut dictum eſt ſed firmiter tenendum eſt ꝙ ſi ſapientia ſeu prouidentia diuina omnia ſuauiter diſponit licet a nobis ipſius rationes ſunt incomprehenſibiles ſicut etiam circa actus humanos credendum eſt .ſ. prouidentiam diuinam eſſe iuſtam & rationabilem q̃uis a nobis eorum rationes non comprehendantur iuxta illud Apoſtoli

O altitudo ſapientie & ſcientie dei q̃ incomprehẽſi/bilia ſunt iudicia eius & inueſtigabiles uie eius Vnde in reſponſione diuina concluditur quoddam propriũ & prin/cipale circa materiam propoſite queſtionis in libro Iob .ſ. ꝙ circa actus humanos non ſemper eſt cauſa particularis querenda eo modo quo Iob uidebatur petere.

## Capitulum Tredecimũ In quo oſtenditur ꝙ ex ma/lis temporalibus que hominibus eueniunt non ſemper cõ/cludi poſſet eorum malicia 2c

### Diſcipulus

Si circa huiuſmodi materiam ſcripturas ſacras ſcrute/mur manifeſte reperitur ꝙ ex hoc ꝙ mala temporalia ali/cui eueniunt ſummitur argumentum efficax ꝙ ille cui talia eueniunt eſt a deo elongatus ſeu derelictus Legitur enim Deutronomii triceſimoprimo capitulo de populo Iſraheli/tico ꝙ ex malis que ei eueniſſent debuiſſet arguere ſeu in/telligere ꝙ deus non erat in eo ſeu cũ eo Vnde de eo ibidẽ dicitur Ita ut dicat in illla die uere quia non eſt deus mecũ inuenerunt me hec mala Similiter & ibidem in triceſimo/ſecundo capitulo deus redarguens illos qui ex malis tem/poralibus ſibi euenientibus intelligebant hoc ueniſſe ex punitione diuine iuſtitie ſicut dicit Vtinam ſaperent & in/telligerent 2c & ſequitur Quomodo perſequebatur unus mille & duo fugarent decem milia niſi quia deus uendidit eos & dominus concluſit eos Ex quibus & multis ſimili/bus clare habetur ꝙ ex malis tẽporalibus que hominibus infliguntur ſeu contingunt arguendum eſt efficaciter ꝙ hoc prouenit ex dei iuſtitia puniente talium peccata quod ui/detur facere pro opinione triũ amicorum Iob & etiã Helui.

### Magiſter

In hac materia diſtinguendũ eſt Nam ſecundum Tha/mam in prima ſecunde queſtione . xcix . hyſtorias ueteris teſtamẽti ſeu reuoluenti / clare patet ꝙ cõmunis ſtatus illius populi ſemper ſub lege in proſperitate fuit q̃diu legem ob/ſeruabant & ſtatim declinantes a preceptis legis in multas aduerſitates incidebant ſed alique perſone particulares etiã iuſtitiam legis obſeruantes in aliquas aduerſitates ĩcidebãt

VNIVERSIDAD DE SALAMANCA
GREDOS.USAL.ES

Vel quia iam erant ſpirituales effecti ut per hoc magis ab
affectu temporalium attraheretur & eorū uirtus approba/
ta redderetur aut quia tales opera legis exterius implentes
cor carneum habebant in temporalibus defixum & a deo
elongatum de quibus yſaie uiceſimonono capitulo Labiis
me honorat cor autem eorū longe eſt a me Hec ille Unde
auctoritates per te allegate de ſtatu totius populi Iſraheli/
tici locuntur In hyſtoria autem Iob agitur de perſona par/
ticulari ut ē manifeſtum & ideo tres ſocii Iob & ipſe Helui
qui ex tribulationibus ipſi Iob euenientibus ipſum eſſe in/
iuſtum arguebant erronee ſe habuerunt Nam hec debuiſſēt
interpretari in meliorem partem ·ſ· ꝙ hoc ei contingebat ut
ipſius uirtus approbata redderetur prout ſecundum ue/
ritatem huiſmodi aduerſa ipſi euenerunt quibus aduerſita/
tibus uirtus ipſius Iob examinata fuit & a deo approbata
prout ex ſupradictis patet & ut huiuſmodi approbatio ſeu
examinatio manifeſtaretur etiam apud eos qui aliam uitā
non credunt ſicut Saducei & infideles Ideo legitur Iob ul/
timo capitulo Et addit quocꝫ dominus omnia quecunqꝫ
fuerant Iob duplicia.

**Diſtinctio** Sexta de ſcrutinio ſcripturarum circa ea
que iudeis in ſua pernicioſa perfidia poſt mortem chriſti
pertinaciter exiſtentibus euenerunt & aliis ad hoc pertinen/
tibus & continet quatuordecim capitula.

In Primo capitulo oſtenditur ꝙ pena iudeorum chriſtū
negantium & occidentium cum eorum ſequacibus graui/
or eſt etiam in hac uita q̃ pena ſodomitarum & Datan &
Abiron qui ſubito conſumti ſunt & ꝙ eorum duratio in
hoc ſeculo cedit inutilitatem eccleſie.

In Secundo capitulo oſtenditur ꝙ tres conditiones oc/
currere habent neceſſario in peccato negationis & occiſio/
nis chriſti pro quo peccato iudei in hac captiuitate exiſtūt.

In Tercio. ca. oñditur ꝙ non ſolum per rationem com/
probatur ꝙ predicte tres cōditiones occurrerunt ī peccato
negationis & occiſionis chriſti: ſed etiā hoc fūdatur ī aucto/
ritatibus ſacris: & ibidem oñditur ꝙ iudei per eorū culpā
cecitatem mentis incurrerunt circa cognitionē eorum que
erant ſibi neceſſaria ad ſalutem. Quequidem excecatio ſeu
ignorantia non excuſat eos ſed potius aggrauat.

In. ca. Quarto datur ratio quare primi ·ſ· iudei in cap/
tiuitate Babilonica exiſtentes non leguntur incurriſſe exce/
cationē mentis ſicut & ſecūdi ·ſ· exiſtentes ī hac captiuitate.

In. ca. v. oñditur ꝙ pro peccato peſſime ypocriſis Iudei
tempore templi ſecundi captiuitati excecationem mētis ſu/
pradictam incurrerent yſaie prophete teſtimonio.

In. ca. vi. oñditur ꝙ licet ypocriſis ſimpliciter cōſiderata
nō ſit de grauiſſimis peccatis ypocriſis tamē phariſaica quā
chriſtus multipliciter increpauit grauiſſimum peccatum eſt
quod ex quincꝫ rationibus conſideratur.

In. vii. ca. oſtenditur ꝙ in cecitate phariſaica includitur
negatio diuine prouidentie magis culpabiliter q̃ in illis qui
peccata ſua publicant ſicut ſodomite & in eodem oſtenditur
ꝙ ex huiuſmodi phariſaica ypocriſi nephanda deus elicuit
magnum bonum ·ſ· gentium illuminationem: Et utrumcꝫ
fundatur in quadam auctoritate yſaie de quo hic agitur.

In. ca. viii. oſtenditur ꝙ phariſei tripliciter incurrerunt
excecationem mentis ſicut & triplicem ueritatem per ſuam
nephandam ypocriſim corruperunt: quorum duo in hoc
capi. explicantur & ibidem declarantur uerba yſaie ad hoc
pertinentia ·ſ· cum dicit. Et peribit ſapientia a ſapientibus
eius 2c quod proprie & multipliciter de phariſeis & eorum
ſequacibus intelligendum eſt: Et ibidem declaratur ꝙ hoc
non eſt contra doctrinā chriſti dicentis de phariſeis. Supra
cathedram Moyſi ſederunt phariſei & ſcribe quitquid dix/
erunt uobis facite.

In Nono. capitu. declaratur tercius modus excecationis

UNiVERSIDAD DE SALAMANCA
GREDOS.USAL.ES

ſe excuſando per falſas interpretationes ſcripturarum quibus nituntur negare Chriſtum ut in prima parte huius tractatus multipliciter eſt oſtenſum ⁊ talis enim excuſatio eſt circumſtantia aggrauans quodcūqꝫ peccatum . ut habetur in gloſa ſuper illud pſalm . Nolite exaltare in altum cornu ueſtrum . Item aggrauatur hec blaſphemia per cōcomitans homicidium quod eſt grauiſſimum peccatum inter ea que cōmittuntur in proximum . Vnde ſimpliciter concedendū eſt ꝙ peccatum occidentium chriſtū ſupradictorū| ſimiliter & conſentientium ſeu approbantium illud poſtq̃ cōmiſſum fuit eſt ſimpliciter grauiſſimum . Vnde & ei debetur grauiſſima pena . quia Deutro . xxv . cap . Secundū menſuram delicti erit plagarum modus . Quequidem pena licet prout eſt grauiſſima credendum eſt eis eſſe reſeruatam ad futurū ſeculum in quo unuſquiſqꝫ accipiet premiū uel penam ſecūdum operum exigentiam . Sed conſiderandum eſt ꝙ etiam in hac uita non relinquūtur ſine pena iuſtiſſime a deo proporcionata peccato eorum ad eccleſie utilitatem & infideliū confuſionem .

## Diſcipulus

Quero ut michi oſtendas quomodo in hac ſupradicti proterui puniantur proporcionabiliter ad ſuum peccatum cum per te conceſſum eſt ꝙ iſtud peccatum eſt ſimpliciter grauiſſimū : Et tamen uidemus ꝙ illi qui fuerunt tempore diluuii & ſodomite & Chore repentina plaga fuerunt conſumpti : quod pertinet ad grauitatem pene iſti uero adhuc uiuunt in humanis .

## Magiſter

Ex hoc ꝙ iſti .ſ. occiſores Chriſti & eorum ſequaces ſecūdum conſenſum & approbationem non ſunt puniti repentino modo ſicut legitur de illis quos allegas . Non ſequitur ꝙ leuius puniuntur q̃ ſupradicti . Diuturna enim duratio penarū ſepe efficit maiorē grauitatē pene ſicut & momētanea pene duratio ad leuitatem pene uidetur quodāmodo pertinere . Vnde de hac propria materia .ſ. de cōparatiōe pene iudeorum ad penam ſodomitarum filie populi mei | q̃ peccatum ſodomitarum que ſubuerſa eſt in momento | & non ceperunt in ea manus . Ex quo patet ꝙ longa diuturnitas pene iudeorum reddit eam grauiorem ſeu magis odibilem q̃ pena ſodomorum momentanea .

## Diſcipulus

Video ꝙ momentanea pena etiam ſi ſit grauiſſima ī ſe eligibilior tamen forte eſt q̃ aliqua minor pena non ita grauis ſi ſit ualde longa ſeu diuturna Vnde & principaliter ſolet dici ꝙ melius eſt ſemel cadere q̃ imperpetuum pendere Sed uellem ſcire quomodo huiuſmodi pena diuturnitas magis cedat in utilitatem eccleſie prout tu aſſeris .

## Magiſter

Conſiderare debes ꝙ iudei Chriſtum occidentes ſeu ipſius occiſionem communiter approbantes . non ſubito perierunt de hoc ſeculo . ſicut illi de diluuio & Sodomite & illi fuerunt in ſciſmate chore licet enim iſti grauius q̃ illi peccauerūt . hoc tamen tedat in utilitatem eccleſie multipliciter Primo ut ex eis in temporum ſucceſſione aliqui a deo predeſtinati ſaluarentur per quos eccleſia numero & merito augereturr . prout ex hyſtoriis autenticis haberi poteſt & forte aliquid de hoc infra tangetur Secundo ut teſtimonia fidei que in ueteri lege continētur cuius textus ab eis conſeruatur eccleſia haberet ab eis Sunt enim iudei prout dicit quedam gloſa bibliotece noſtri . & baiuli codicum noſtrorum aquibus codicibus ſacre ſcripture teſtimonium accipitur tanto fiducialius quanto nobis ſupra dicta teſtimonia optinentia auidius aduerſantur Tertio cedit in utilitatem eccleſie duratio populi iudeorum in uili ſtatu ſeruitutis & miſerie inquantum ultio ſanguinis Chriſti in eis magis relucet eo ꝙ in diuerſis temporibus & locis

eorum deiectio & obprobrium dinoſcitur quod nõ ſic oſtẽ-
deretur ſi in breui tempore & ſolum in aliquibus regioni-
bus conſumpti fuiſſent. & de hoc proprie intelligitur il-
lud pſalmiſte Ne occidas eos nequando obliuiſcantur po-
puli mei ſcilicet ne populus dei obliuiſcatur iuſtitie diuine
ulciſcentis occaſionem Chriſti Si enim celeriter fuiſſent
conſumpti ſicut Sodomite & Datan & Abyron cito
poſſet hec ultio tradi obliuiononi Sicut multa que tem-
poribus retroacti contigerunt iam non ſunt in memoria
hominum ut certa ſed quaſi ſub dubio narrata ſed uiden-
tes eos cotidie affligi & ſuprimi in penam ſceleris occiſio-
onis Chriſti nõ poſſunt iſta obliuioni tradere. nec de ea
dubitare Senſus enim uiſus certior eſt auditu & ceteris ſen-
ſibus prout in primo methaphice.

## Diſcipulus

Scripturas ſacras ſcrutanti ſatis coſtare debet ꝙ deus
quandoqꝫ non ſtatim conſumit peccatores ſed in hac uita
per penas eos affligit. ut ex hoc fortitudo dei & eius
iuſtitia prolixius oſtendetur Legitur enim deum dixiſſe
Pharaoni qui diuinis preceptis de miſſione populi dei
reſiſtebat Nunc enim extendens manum meam percuſ-
ſiſſem te & populum tuum peſte Ita ut perires de terra
Idcirco tamen poſui te ut oſtendam in te fortitudinem
meam & narretur nomen meum in omni terra Ex quo
patet ꝙ multitudo plagarum quas deus Egyptiis inflixit
non fuit propter hoc ꝙ deus non potuiſſet eos conſumere
per unam plagam tantum ſed ideo ut fortitudo dei in eis
diutius oſtenderetur Prout ueriſimiliter contingit in propo-
ſito Sed adhuc uellem doceri quid dicendum contra Iude-
os qui captiuitatem preſentem in qua ſunt. non dicunt eis
aduenire propter peccatum occiſionis Chriſti Sed prop-
ter peccata ſuorum predeceſſorum ãtiquorum utputa prop-
ter peccatum uituli in deſerto fabricati Vnde Rabba Sa-

ſuper illud uerbum Exodi Triceſimoſecundo capitulo ubi
dicitur Ego autem in die ultionis uiſitabo hoc peccatum
eorum dicit ꝙ in omnibus oppreſſionibus ſeu aduerſitati-
bus que populo Iſrahelitico in diuerſis locis & tempori-
bus contingunt peccatum uituli de quo ibi ad litteram
agitur a deo punitur Alii etiam dicunt ꝙ propter pecca-
ta que in templo primo fuerunt perpetrata que fuerunt
magna & multa ipſi puniuntur in hac captiuitate. uellem
igitur ſcire Si eſſet aliqua ratio ſeu auctoritas autentica. ex
qua oſtendi poſſet ꝙ captiuitas iudeorum & eorum igno-
minioſa deiectio in qua nunc ſunt eis infligitur propter
peccatum occiſionis Chriſti ut tu aſſeris licet enim hanc
aſſertionem tuam credo eſſe ueram. uellem tamen adhuc
habere aliquid rationis ſeu auctoritatis fulcimentum.

**Capitulum** Secundum In quo oſtenditur ꝙ tres cõ-
ditiones occurrere habent neceſſario in peccato negationis
& occiſionis Chriſti pro quo peccato Iudei in hac captiui-
tate exiſtunt.

## Magiſter

Si diligenter ſcripturas ſacras & alias apud hebreos au-
tenticas ſcrutatus fueris certe reperies ꝙ in peccato pro quo
Iudei in hac conſiſtunt diuturna captiuitate tria oportet
concurrere Primũ eſt ꝙ hoc peccatum ſit ualde grauius q̃ il-
lud pro quo afflicti ſeu detenti fuerunt in captiuitate Babi-
lonica quod patet ex hoc Nam ſicut preſens eorum capti-
uitas ualde longior eſt in duratione quam illa ut eſt mani-
feſtum ſic acrior eſt atqꝫ acerbior illa In captiuitate enim
Babilonica in qua tantum Septuaginta annis duraue-
rũt. ut habetur Iere· Viceſimonono ca· Ioachim rex Iude
honoratus fuit & in ſede regali cum aliis regibus honori-
fice poſitus per regem Babilonie. ut habetur Quarto re-
gum ultimo Similiter & aliis ipſius generis in honore
fuerunt conſtituti Vt habetur Danielis primo & Secundo

VNiVERSIDAD DE SALAMANCA
GREDOS.USAL.ES

Similiter in illa captiuitate non leguntur Iudei fuiſſe uen/
diti in uiliſſimo pretio . nec etiam in magna multitudinē
interfecti ſunt In hac uero captiuitate communiter non le/
guntur ſic ī honore notabili conſtituti ſed quodammodo ut
ſerui ſeu eiecti ubiqꝫ tractantur & de eis maxima multitu/
do in deſtructione Iheruſalem per Titum interfecti & cō/
muniter in deſtructione ciuitatis que dicitur Bither . ubi
innumerabilis multitudo eorum ſub quodam falſo meſſia
quem ſibi impoſuerunt nomine Barcoçba commoraban/
tur maxima multitudo eorum uaſtata fuit ut iſta lar/
gius traduntur a Ioſopho in libro de Iudaico bello & in
Talmud in libro qui dicitur Gintin Item ī captiuitate Ba/
bilonica inter eos fuerunt multi prophete quidam eorum
preſentes fuerunt in ipſa captiuitate qui eos ex parte dei
increpabant de peccatis preteritis & exhortabantur ad bo/
num penitentie Similiter de ſpe redemptionis & ſalutis
conſolabantur Vt patet de Iheremia & Eçechiele in eorum
propheciis Quidam uero prophete fuerunt inter eos iam
prope finē captiuitatis & ī principio reductionis . ut patet
de Daniele & Eſdra & çacharia & Aggeo & huiuſmodi
Ex quo dei preſentia in eis manifeſtabatur eo ꝙ deus ad/
huc habebat eos tanq̄ populum proprium In hac uero
captiuitate nunq̄ aliquis propheta inſurgit Iuxta illud
pſalmi iam non eſt propheta . & nos non congnoſcet am/
plius quod eſt magnū ſignum reprobationis eorum a deo
& ꝙ eos iam dereliquid tanquam non populum ſuum
Ex quibus & multis aliis ſimilibus manifeſte habetur ꝙ
Iudei in hac captiuitate ſunt grauius puniti & a deo elon/
gati q̄ fuerunt in babilonica captiuitate Ex quo conſe/
quenter concluditur ueritas primi preſuppoſiti ſcilicet ꝙ
peccatum ex quo captiuitas eorum preſens eis prouenit
ualde grauius eſt q̄ illud pro quo in captiuitate babi/
lonica fuerunt patet ex hoc . quia ſecundum menſuram
delicti erit plagarum modus Deutromii Viceſimoquinto

capitulo Secundum uero quod oportet concurrere in hoc
peccato eſt ꝙ ſit commune omnibus in hac captiuitate
ubiqꝫ terrarum exiſtentibus ita ꝙ in illo omnes quaſi
communiter participent faciendo uel conſentiendo ſeu ap/
probādo & hoc a tempore quo iſta captiuitas incepit uſqꝫ
nunc . & ſic patet Nam dicere ꝙ per peccatum uituli in
Oreb fabricati . uel aliud ſimile quodcunqꝫ In quo Iudei
hodierni non participant per factum ſeu aſcenſum uel ap/
probationem eſt manifeſte contra ſcripture ſacre auctorita/
tem per quam habetur ꝙ deus reddit iniquitates patrum
filiis ac nepotibus in tertiam & quartam generationem
Exodi xx . & Triceſimotertio capitulis & in aliis locis
ſecundū quam auctoritatē & alias ſimiles habetur ꝙ non
plus ſe extendit iuſticia diuina in puniendo peccata prede/
ceſſorum in hac uita niſi ad quartam generationem tantū
cuius ratio eſt Nam filii & nepotes plurİes inueniun/
tur imitatores paterni ſceleris Vnde in tranſlatione Cal/
daica ſuper illud uerbum Vſqꝫ ad tertiam & quartam ge
nerationem dicitur ꝙ hoc eſt cum filii ſecuntur opera pa/
trum Conſtat autem ꝙ hoc habet locum in peccato uituli
quod cōmuniter deteſtatur ab omnibus iudeis hodiernis
Et ſicut iſti non fuerunt participes in committendo illud
peccatum quia nondum erant in rerum natura ſicut non
participant conſentiendo uel approbando illud ut eſt ma/
nifeſtum Vnde contra diuinam iuſtitiam eſſet ꝙ iſti pro
tali peccato punirentur Vnde Rabba Sa . & alii uidentur
fingere & applicent huic captiuitati peccatum ydolatrie
quod eſt de maximis ꝙ tamen non habet locum ut dictū
eſt Tertium uero ꝙ in peccato huius captiuitatis oportet
concurrere eſt . ꝙ hoc peccatum eſt eis omnino ignotum
hoc enim habetur expreſſe in libro Talmudico qui dici/
tur Magnila Vbi queritur ratio quare primis ſcilicet exi/
ſtētibus in captiuitate Babilōica fuit terminus captiuitatis

VNIVERSIDAD DE SALAMANCA
GREDOS.USAL

reuelatus ut patet Ieremie xxix . ca. Vbi dicitur Poſtquã
completi fuerunt in Babilone lxx . anni uiſitabo uos ꝛc̈ &
tamen poſteris ſcilicet exiſtẽtibus in hac captiuitate termi-
nus redemptionis ab hac captiuitate non fuit . nec eſt eis
reuelatus Ad quod reſpondetur ibidem ſic ſcilicet ĩ capti-
uitate Babilonica exiſtentibus quibus peccatum ſue capti-
uitatis fuit reuelatum . terminus etiam reuelatus fuit ſed
poſteris ſcilicet exiſtentibus in hac captiuitate quibus pec-
catum ſue captiuitatis non eſt reuelatum Similiter nec ter-
minus ſue captiuitatis reuelatus fuit hec ibidem Ex qua
auctoritate apud eos autentica habes intentum ſcilicet ꝙ
peccatum pro· quo in hac captiuitate exiſtunt non eſt re-
uelatum eis ſed eſt eis occultum ſeu ignotum ꝙ fuit terti-
um ſuppoſitum Ex quibus bene conſideratis concludit
intentum ·ſ· ꝙ peccatum pro quo Iudei in hac captiuita-
te exiſtunt proprie eſt illud ·ſ· blaſphemia Chriſti & eius
occiſio quod ſic patet Nam predicto peccato proprie con-
ueniunt tria preſuppoſita ſupredicta & nulli alteri ꝙ ratio-
nabiliter poſſet aſſignari . applicatur enim huic peccato
primum preſuppoſitum Nam blaſphemia dei in perſona
Chriſti cum tanto ſcelere & enormitate commiſſa uſqꝫ ad
ipſius occiſionem turpiſſimam & ignominioſam grauior
eſt q̃ ydolatria que licet ſit de grauiſſimis peccatorum non
tamen in perſonam dei committitur de directo Vnde nec
ydolatria equiparari debet blaſphemie Chriſti in grauitate
qui enim in perſonam regis committit offenſam . preſertĩ
eum blaſphemando & turpiter occidendo criminoſus eũ
offendit q̃ qui alium regem ſupra ſe preter proprium regẽ
mponit . uel ille qui dominium ſuo regi negat tantum
non committendo in perſonam ſuam aliam offenſam cum
enim peccata primorum prout declarantur in iiii . Regũ
& in aliis locis fuerunt ydolatria . adulteria & homicidia
que licet grauia non tñ ſunt tante grauitatis ſicut peccata

ſupradicta que in perſona Chriſti ueri dei fuerunt com-
miſſa ſequitur ꝙ hoc peccatum grauius eſt q̃ peccata que
in templo primo a Iudeis fuerunt commiſſa Secundum
uero preſuppoſitum quod occurrere debet ĩ hoc peccato ꝙ
tale peccatum ſit cõmune omnibus in hac captiuitate ubiqꝫ
terrarum exiſtentibus ꝛc̈ quod proprie conuenit huic pec-
cato ·ſ· de blaſphemia & de occiſione Chriſti . licet enim
Iudei qui poſt deſtructionem ſecundi templi fuerunt . nõ
interuenerũt in blaſphemia Chriſti & eius occiſione omnes
tamen quicunqꝫ ſunt ſub hebraica perfidia conſentiunt ap-
probant & laudant omnia ſcelera atqꝫ peccata que cõmiſſa
fuerunt per ſuos predeceſſores in perſona Chriſti ut patet
per omnes magiſtros eorum qui conueniunt in hoc ꝙ
occiſores Chriſti ſecundum ueram iuſtitiam legis eum oc-
ciderunt Vnde Ra . Moy . in libro de iudicibus titu . de
regibus & meſſia ſic dicit Circa finem templi ſecundi Na-
çarenus ille iactauit ſe eſſe meſſiam & ideo ſapientes &
magiſtri noſtri fecerunt de eo ſeu in eum quod debebat fieri
hec ille & cõmunis ſententia omnium eorum prout eſt ſa-
tis notum cuicunqꝫ notitiã eoꝝ habenti Tertium uero ꝙ in
huiuſmodi peccato pro quo iudei in hac captiuitate exiſtunt
occurere habet ·ſ· ꝙ tale peccatum ſit eis ignotum proprie
applicatur peccato blaſphemie & occiſionis Chriſti ꝙ ſic pa
tet Nã ipſi non reputant ꝙ hoc fuit peccatum Immo in hoc
credunt ſe obſequiũ preſtaſſe deo cum eſtimant ꝙ ſecundũ
iuſtitiam legis Chriſtus fuiſſet reus mortis Vt ſtatim ſu-
pradictum eſt Cum autem nulli alteri peccato Iudeorum
predicta tria conueniũt ſimul niſi tantũ peccato ſupradicto
ſcilicet blaſphemie Chriſti ꝛc̈ ſequitur ꝙ ſit iſtud peccatũ pro
quo ſolo ĩ hac captiuitate exiſtunt . aſſumptũ patet Nã nul-
lum peccatum dari poſſet quod ſit grauius q̃ blaſphemia
dei nec ipſi in alio peccato blaſphemie conueniunt ut eſt
manifeſtũ . nec ẽ etiã aliud peccatũ in quo omẽs conueniũt

VNiVERSIDAD
DE SALAMANCA
GREDOS.USAL.ES

Nam ſi aliqui eorum peccant in homicidio uel adulterio & uſuris & fraudibus ſeu mendaciis & huiuſmodi · non tamen omnes prout eſt manifeſtũ Similiter nõ omnes peccant in aliquo quod ſecundũ omnes eſtimetur iuſtum & meritorium . ſicut ẽ peccatũ ſupradictum ·ſ· blaſphemie Chriſti ꝛc Ex quibus recte conſideratis habetur quod queris ·ſ· ꝙ peccatum ſupradictum eſt tam propria ſue captiuitatis per modum demeriti .

**Capitulum** Tertiũ In quo oñditur ꝙ non ſolũ per rationem cõprobatur ꝙ predicte tres conditiones occurrerũt in peccato negationis & occiſionis Chriſti ſed etiã hoc fundatur in auctoritatibus ſacris & ibidẽ oñditur ꝙ Iudei per eoꝝ culpã cecitatem mentis incurrerunt ꝛc ut prius .

## Diſcipulus

Quod peccatũ huius captiuitatis Iudeoꝝ grauius ſit q̃ peccatũ ſeu peccata pro quibus fuerunt in Babilonica captiuitate rationabile ẽ prout tu primo preſupponis ꝙ etiam ſcripturas ſcrutando alique reperiũtur auctoritates que huic conſonant ueritati Vnde Iere . vii . ca . de eis dicitur Non audierunt me nec inclinauerunt aurem ſuã ſed indurauerunt ceruicẽ & peius operati ſunt q̃ pr̃es eoꝝ que proprie uerificatur de occiſoribus Chriſti & eoꝝ ſequacibus Nam ut dicit Criſo . ſuper illud uerbũ Math . xxiii . ca . Implete menſurã pr̃m ueſtroꝝ . patres eoꝝ prophetas occiderunt Iſti uero dñm prophetaꝝ Secundũ uero quod preſupponis ſcilicet ꝙ peccatũ per quod Iudei in hac captiuitate exiſtũt eſt cõmune omnibus in eadẽ captiuitate exiſtentibus . etiã habet aliquas auctoritates que huic conſonant ueritati Vnde Iere . ii . ca . Quid uultis mecum iuditio contẽdere om̃es enĩ uos dereliquiſtis ſeu preuaricati eſtis me quod proprie de hoc peccato intelligi debet ſecundũ ꝙ quaſi ĩ iuditio uidentur cũ deo contẽdere eum condẽpnando blaſphemãdo & huiuſmodi in quo etiã omnes deũ derelinquũt Ad tertiũ

tñ preſuppoſitũ tuũ in quo ·ſ· oñdis ꝙ huiuſmodi peccatũ eſt eis ignotum licet hoc ſecundũ rationẽ & auctoritatem apud eos autenticã manifeſtas . uellem tamen ad huc habere alicuius ſacre auctoritatis fulcimentum .

## Magiſter

Si ſcripturas ſacras ſcrutatus fueris ſatis reperies ꝙ inter alias plagas que a deo infligẽde erãt populo Iudaico . una erat precipue ·ſ· ignorantia ſeu neſcientia eoꝝ que ſibi ad ſalutem diuinas reuelationes prophetice inſinuabantur . unde Iſa . vi . ca . Poſtq̃ deus reuelauit prophete ſumma fidei miſteria ·ſ· miſteria ſancte trinitatis uoce ſeraphico ter proclamando Sanctus ſanctus ſãctus ſimul & diuine unitatis ſubiungẽdo Dñs deus ſabaoth . in ſingulari . & cõmuniter ibidem innuẽdo miſteriũ ſancte incarnationis . cum ſtatim ſubdit Plena eſt om̃is terra gloria eius ꝙ proprie impletũ fuit per plenitudinẽ diuinitatis ĩ Chriſto habitantẽ de quo in pſalmo Veritas de terra orta eſt & Iſaye xlv . ca . Aperiatur terra & germinet ſaluatorẽ . ꝙ autem hec plenitudo gratie eſſet ĩ humana natura ſatis demõſtratur . Ex hoc ꝙ apparitio illa fuit in effigie hominis ſedentis per quod ſignificabatur ꝙ deus aſſũptus eſſet formã humanã . ubi attẽde ꝙ in eodẽ ſerie ut oñderet ꝙ hec miſteria ad ſalutẽ humani generis pertinẽtia licet populo per ueras prophetias proponerentur Iudaico ipſi tamen pro maiori parte predicta ſacra miſteria nequaq̃ intelligerent ſeu crederent propter ꝙ ibidem ſequitur Vade & dices populo huic audite audientes & nolite intelligere & uidete uiſionẽ & nolite cognoſcere & ut oſtenderet ꝙ in credendis ſupradictis conſiſtebat ſalus eoꝝ . ſtatĩ ſubdit Exceca cor populi huius & aures eius aggraua & occulos eius claude ne forte uideat occulis & auribus ſuis audiat & in corde ſuo intelligat & conuertatur & ſaluos faciet eum Ex qua auctoritate manifeſte habes duo Vnũ eſt ꝙ cor huius populi debebat eſſe excecatũ Similiter

VNiVERSIDAD DE SALAMANCA
GREDOS.USAL.ES

& aures grauate & occuli clauſi . ſic ut non intelligerent ſeu crederent predicta miſteria ad ſalutem humanam pertinentia Secundum eſt ꝙ ſi forte hoc intelligerent ſeu crederent & conuerteretur ſtatim eſſent ſalui ꝙ proprie correſpondet tertio preſuppoſito .

## Diſcipulus

Placet michi expoſitio predicta de miſteriis fidei in predicta uiſione Iſaye incluſa . licet enim iudei trinam iterationem huius dictionis Sanctus ad maiorem expreſſionem ſanctitatis diuine exponant allegantes quedam que credunt eſſe ſimilia ut cum dicitur Ieremia xxii . Terra terra terra audi uerbum dñi . hoc tamen non ualet Tum quia trina iteratio huius termini terre referēda ē ad triplicem diſtinctionem terre cui loquebatur . erat enim tripartita cuius una pars dicebatur terra Iudee | alia galilee | alia uero transiordanis Vt habetur in libro qui dicitur Canhedrin & de iſtis tribus prouintiis quibus terra promiſſionis diuidebatur fit expreſſa mentio in euangelio in geſtis Chriſti Fuit enim conceptus in Galilea Luce primo capitulo Miſſus eſt angelus Gabriel in ciuitatem Galilee ⁊c̄ Fuit natus in Iudea Mathei . ii . ca . Cum natus eſt Ieſus in Bethlehē Iude | fuit baptiçatus transiordanem . ubi Iohannes baptiçans Ioha . i . ca . & de iſtis tribus prouintiis intelligēda eſt trina iteratio terre per Ieremiam antedictam Similiter dicendum eſt de hoc quod legitur Ieremie Septimo Templum domini | templum domini | templū domini ē ⁊c̄ Erat enim templum Salomonis principaliter tripartitum ſcilicet in ſanctum ſanctorum & ſanctum & in atrium ſacerdotum Vnde ex hiis auctoritatibus Ieremie magis habetur ꝙ talis trina iteratio diſtinctionum inſinuet quam confirmationem Tū quia licet loquendo de creaturis ſcriptura quandoꝗ uteretur tali iteratione ad fortificandum ſententiam in huiuſomdi non tamen ex hoc eſt trahenda conſequentia ad iteranda nomina omnino ſimilia quando de deo agitur Nam in deo ſumme periculoſum eſt multiplicitatem ponere . non autem in creaturis | ſed de hoc ꝙ dicitur Exceca cor populi huius ⁊c̄ uidetur non modicum admirandum . uidetur enim ꝙ illa uerba ſonant ꝙ deus preciperet ad cor populi huius excecarentur & aggrauarentur eius aures ⁊c̄ quod eſt incōueniens cum a deo de directo procedunt cuncta bona . non autem mala .

## Magiſter

Scire debes ꝙ huiuſmodi excecatio ſeu obduratio que in hoc loco & in aliis ſimilibus habetur ſcripturis non eſt intelligenda tanquam a deo directe cauſata . ſed potius ex defectu liberi arbitrii humani Nam homo qui ſe auertit a deo meretur ut deus iuſte retrahat gratiam ab illo cuius gratie affectus ē illuminare intellectū & mollificare affectū Quaquidem gratia ſubtracta homo remanet excecatus intellectu . & obduratus ī affectu ex ſua propria malitia . non autem ex diuina operatione .

## Diſcipulus

Licet excecatio predicta ex defectu liberi arbitrii humani procedat . ut tu dicis adhuc uidetur ꝙ per talē excecationem excuſarentur ab illo peccato quo Chriſtum non cōgnuerunt ⁊c̄ Legitur Iohnnes ix . capitulo Chriſtum dixiſſe Si ceci eſſetis non haberetis peccatum .

## Magiſter

Cecitas que excuſat a peccato eſt illa que contingit ex naturali defectu Vnde Philo . Ethi . Nemo increpat ceco nato ſed magis miſeretur Cecitas autē de qua propheta hic loqtur nō prouenit ex defectu naturali ſed ex defectu uolūtario cauſato ex liberi arbitrii īfirmitate ſeu malitia ideo talis nō excuſat ſed potius aggrauat peccatum preſertim cum ſit affectata & ex malitia prout eſt in propoſito .

VNIVERSIDAD DE SALAMANCA
GREDOS.USAL.ES

## Diſcipulus

Vellem ut oſtenderes michi quomodo in propoſito huiuſmodi cecitas ſit uoluntaria cum cecitas dicit omnimodã priuationem cognitionis circa illud ꝙ quis ſit aptus cognoſcere .

## Magiſter

Ignorãtia ſeu excecatio que non ſolũ nõ excuſat a peccato ſed etiam ipſũ aggrauat . dupliciter poſſet contingere Vno modo quando eſt affectata utputa cum peccator uult ignorare illa que tenetur agere uel obmittere ut liberius peccet de quibus Iob xxii . ca . qui dicunt deo Recede a nobis ſcientiam ui[illegible]rum tuarum nolumus ꝙ proprie applicatur Iudeis . & preſertim principibus Iudeorum qui in crucifixione Chriſti affuerunt qui per ſcrutinium ſcripturarum loquentium de Chriſto poterant & tenebantur Chriſtum cognoſcere . prout in prima parte huius tractatus eſt oſtẽſum Similiter & per eius opera Vnde Iohan . xv capitulo Si opera non feciſſem in eis que nemo alius fecit peccatum non haberent Vn[illegible] de talibus proprie uerificatur uerbum Iſaye preallegatũ ſcilicet Exceca cor populi huius & aures eius aggraua & occulus eius claude zč Iſti enim habuerunt occulos clauſos quaſi non uidentes opera Chriſti miraculoſa Vt ex eis proficerent | habuerunt etiam aures aggrauatas ĩ quantum non audierunt debite ea que a prophetis de Chriſto prenunciabantur & quia iſta in eis procedebant ex uoluntate deprauata ut dictum eſt Idcirco de ipſis uerificatur habuiſſe cor excecatum ꝙ totum inquãtum poſſet conſiderari per modum pene attribuendum ẽ deo & ſic uidetur loqui propheta Inquantum enim conſideratur per modum culpe ex defectu malicioſo liberi arbitrii procederent attribuendum eſt ipſis tranſgreſſoribus que omĩa applicabilia ſunt etiã moderni s inquantũ nequicie ſeu facinori predeceſſorum aſſentiunt .

## Diſcipulus

Et ſi modernis poſſet applicari aggrauatio aurium ĩquãtum ea que in ſcripturis traduntur de Chriſto debite non percipiunt Similiter excecatio cordis inquãtum hãc orationem affectant clauſuram tamen occulorum non uidetur eis ſic applicabilis . non enĩ moderni uiderunt opera Chriſti miraculoſa .

## Magiſter

Miracula Chriſti bene in corde diſpoſita nunq̃ deſitiunt Vnde in collecta dicitur Deus qui nullũ tempus ſine teſtimonio tue bonitatis relinquis Sed adhuc miracula Chriſti & diſcipulorum eius nomine ipſius credere debuiſſẽt . habent enim in multis eorum ſcripturis . ꝙ Chriſtus miracula faciebat . & etiam diſcipuli eius . ſed hoc attribuebat magicis artibus ſuperſtitioſis . ſicut & predeceſſores eorũ etiam Chriſto preſente dicebant In Belçebub principe demoniorum eiecit demonia Mathei nono capitulo .

## Diſcipulus

Habeo primum modum In quo ignorantia ſeu excecatio aggrauat peccatum doce ergo me de ſecundo modo .

## Magiſter

Eſt alius ſecundum quam ignorantia peccati non excuſat ſed potius aggrauat peccatum . & hoc eſt cum quis ex malitia paſſionis errat in electione eius ꝙ agendũ De quibus dicitur Sapientie ii . ca . Excecauit illos malitia eorum quod potiſſime contigit in predictis tranſgreſſoribus qui ex uicio peſſimo inuidie moti ſunt ad crucifigendũ uerũ xpm̃ ut Math . xxvii . ca . euãgeliſta de Pylato dicit Sciebat enĩ ꝙ per inuidiam tradidiſſent eum De inuidia enim Gregorius in quinto moraliũ dicit ꝙ quamuis per omne uitium quod perpetratur humano cordi peſtis antiqui hoſtis intus effunditur . in hac tamen nequitia tota ſua miſteria ſerpens

VNIVERSIDAD DE SALAMANCA
GREDOS.USAL.ES

concutitur Dicitur enim Sapientie ii . ca . ꝙ inuidia dyabuli mors intrauit per orbem terrarum fuit etiam hec inuidia grauiſſima inquantū fuit inuidia fraterne gratie ſecundum quam aliquis dolet de augmento gratie dei non ſolum de bono proximi qua ratione talis inuidia ponitur peccatum in ſpiritum ſanctum ſecunda ii . queſtione xxvii .

**Capitulum** quartum In quo datur ratio quare primi ſcilicet Iudei in captiuitate Babilonica exiſtentes non legūtur incurriſſe excecationem mentis ſicut & ſecundi ſcilicet exiſtentes in hac captiuitate .

**Diſcipulus**

Secundum doctrinam Gregorii in Quinto moralium Eececatio mētis oritur ex peccato luxurie quodquidē peccatū non legitur fuiſſe in tēplo ſecundo ſicut in primo In quo tempore prophete frequenter increpabant populum de illo uicio Vnde Ieremie quinto capitulo Vnuſquiſqꝫ ad uxorē proximi ſui inherebat Vnde huiuſmodi excecatio potius debuiſſet contingere exiſtentibus in captiuitate Babilonica q̄ in huiuſmodi ſecunda / quod tamen non legitur.

**Magiſter**

Si bene conſideras aliud eſt unum peccatum oriri ex alio & aliud eſt aliquod peccatum per modum pene inſligi alicui de primo loquitur Gregorius aſſignas quedam ex aliis prouenire per modum originis quequidem peccata dicit eſſe filias alterius ut cum dicitur ꝙ inuidia oritur ex uana gloria Similiter excecatio mentis ex luxuria . ſed hic agitur de ſecūdo modo ſcilicet ꝙ excecatio cordis & aggratio aurium & huiuſmodi inflicte fuerunt populo Iudaico in penam alterius peccati In quo peccatum per modum pene inflictum correſpondere habet illi peccato inflingitur per modū demeriti Et iſto modo excecatio mentis & huiuſmodi inflicta fuit illi populo / demerebatur enim excecationem mentis & clauſuram occulorum & huiuſmodi per aliud peccatum in quo uoluntarie incurrebant & hoc per correſpondentiam unius ad alterum . iuxta illud uerbum ſupra allegatum iuxta menſuram delicti erit plagarum modus .

**Capitulum** quintum In quo oſtenditur ꝙ pro peccato peſſime Ipocriſis Iudei tempore templi ſecundi captiuitate excecationem mentis ſupradictam incurerunt Iſaye prophete teſtimonio

**Diſcipulus**

Declara ꝙ ſit illud peccatum per quod populus Iudaicus ſeu eorum principes excecationem meruerunt ſupradictam .

**Magiſter**

Si bene ſcrutatus fueris ſcripturas reperies ꝙ per peccatum peſſimi ypocriſis que eſt ſimulata ſanctitas & ſecundum Ieronimum eſt duplex iniquitas deus claudere habet occulos eorum de quorum offitio erat legem & prophetias Iudei interpretari ſic ꝙ periret ſapientia a ſapientibus eorū & intelligentia eorum occultaretur quod manifeſte habetur Iſaye Viceſimonono capitulo ubi propheta prenoſticauit iudaicam cecitatem a deo inſligenda in populo dicēs Quoniam miſcuit uobis dominus ſpiritum ſaporis & claudet oculos ueſtros prophetas ſcilicet falſos / & principes ueſtros qui uident uiſiones operiet Quequidem excecatio & clauſura occulorum in Iudeis futuram propheta declarat fore principaliter circa intelligentiam ſcripturarum a quarum uera intelligentia in locis pertinentibus ad cognitionem Chriſti . dupliciter iudei declinant Nam illi qui ſunt apud ipſos periti . ubi prophete loquūtur de tempore aduentus Chriſti & huiuſmodi . ſic ꝙ ſecundum planum & uerum intellectum Chriſtum iam adueniſſe demonſtratur . reſpōdent ꝙ talia ſunt occulta & non interpretabilia per eos Simplices uero de hoc excuſantur per ſuam imperitiam / de

VNiVERSIDAD DE SALAMANCA
GREDOS.USAL.ES

quibus duobus modis quibus ueritas ſcripturarum a ſupradictis ãmouetur propheta in loco allegato ſic dicit Et erit uobis uiſio omnium Sicut uerba libri ſignati quem cum dederint ſcienti litteras dicent lege iſtum | & reſpondebit . non poſſum | ſignatus eſt enim ꝙ pertinet ad eorum peritos | & ſequitur Et dabitur liber neſcienti litteras . dicetui ꝗ ei | lege | & reſpondebit . neſcio litteras | quod pertinet ad illitteratos Et ſic patet ꝙ utriſꝗ ueritas ſcripturarum ignoratur per excecationem ſupradictam . & reddens cauſam quare ſic deus clauſit occulos eorum . ut ueritatem in ſcripturis traditam minime participent Statim ſubdit Et dixit dominus pro eo ꝙ appropinquat populus iſte ore ſuo & me glorificat labiis ſuis . cor autem eius longe eſt a me & timuerunt me mandato hominum & doctrinis Ideo ecce addam ut ammiratione fatiam populo huic miraculo grandi & ſtupendo . peribit enim ſapientia a ſapientibus & intellectus prudentium eius abſcondetur Ex quo patet manifeſte ꝙ in ipſis habebut eſſe peccatum ypocriſis Secundum ꝙ exterius deum colebant | de quo dicit labiis ſuis glorificãt me Intus autem non ſolũ glorificabant deũ Sed etiam ab eo elongabãtur in corde In corde autem cultus dei uerus ſecundum Auguſtinum conſiſtit . propter quod peccatum deus ab eis abſtulit ueram ſapientiam & intelligentiam Vnde ſequitur . Ideo ecce addam ut ammiratione fatiam populo huic miraculo grandi & ſtupenpendo . peribit enim ſapientia a ſapientibus & intellectus prudentium eius abſcondetur ꝙ autem dicitur hic de hac plaga excecationis quod eſt miraculum magnum & ſtupendum . intelligendum eſt propter magnitudinem detrimenti quod eis ex iſta excecatione contingit Nam per hoc errauerunt circa cognitionem Chriſti Ex quo in ceteris aduerſitatibus & erroribus ſunt lapſi Ex quo habes propoſitum ſcilicet cauſam excecationis Iudeorum a deo inflictam eſſe in eis in penam ypocriſis nephande .

## Diſcipulus

Vt ſupra parte dictum eſt pene correſpondere debent culpis uellem igitur ſcire quomodo culpa peccati ypocriſis correſpondet pene excecationis prout auctoritas yſaie ſupra uidetur ſonare .

## Magiſter

Correſpondentia peccati ypocriſis ſupradicti ad penam pro eo inflictam haberi poteſt per dictum ſaluatoris dicentis In qua menſura menſi fueritis remecietur uobis Mar . Quarto capitulo . Conſtat autem ꝙ ypocrita preſertim ille qui exterius deum uidetur glorificare : Interius autem .ſ. in corde a deo longe recedit de quo propheta loquitur dicens Populus iſte ⁊c̃ & cor eius lõge eſt a me talis conatur ueritatem uite ſue que peſſima eſt hominibus ſub ſignis falſis exterioribus occultare Vnde eadem menſura huiuſmodi ypocrite remittitur cũ ueritas intelligentie ſacre ſcripture in qua uita ſpiritualis humana doctrinaliter conſiſtit et occultetur ſeu celetur & ideo ypocriſis de directo opponitur uirtuti ueritatis ut in Secũda ſecunde . q . cxi . ideo eadem huiuſmodi pena .ſ. excecationis per quam ueritas diuinarum ſcripturarum occultatur proprie correſpondet culpe ypocriſis ſupradicte .

**Capitulum** Sextum In quo oſtenditur ꝙ licet ypocriſis ſimpliciter conſiderata non ſit de grauiſſimis peccatis ypocriſis tamen pharizaica quã Chriſtus multipliciter increpauit grauiſſimum peccatum eſt quod ex quinꝗ rationibus conſideratur .

## Diſcipulus

Licet ypocriſis ſit peccatum non tamen ſemper eſt mortale pro ſecũda ſecũde . q . per te allegata habetur . Cũ autẽ eſt mortale non uidetur equiparari maximis uitiis utpote ydolatrie homicidio & adulterio & huiuſmodi . Irrationale igitur uidetur ꝙ pena iudeorũ in hac captiuitate exiſtentiũ

VNiVERSIDAD DE SALAMANCA
GREDOS.USAL.ES

qui de ypocriſi principaliter notatur grauior ſit ꝙ̄ pena pri/
morum qui de ydolatria & aliis peccatis ſupradictis fuerūt
rei . Conſtat tamen ex predictis ꝙ ſicut maior eſt pena exi/
ſtentium in hac captiuitate quā in Babilonica ut ex dictis
patet ſic & culpa maior debet eſſe ſecundū iam dicta .

## Magiſter

Licet ypocriſis ſimpliciter conſiderata prout ſolum dicit
ſimulationnem uel fictionem non ſit ita grauis ſicut homi/
cidium & adulterium cum ypocriſis quandoq̄ poſſit eſſe
ueniale peccatū tantū ut in ſecūda ſecūde . q . cxi . ypocri/
ſis tamen de qua hic loquimur de phariçaica magne gra/
uitatis eſt Vnde ſuper illud uerbū ſaluatoris Luce . xii . c .
Attendite a fermēto phariſeorū quod eſt ypocriſis Beda ait
Sicut modicū fermentū totam farine maſſam corrumpit ſic
ſimulatione animi tota uirtutū ſinceritas & ueritas frauda/
bitur & Theophilus ibidē Nichil enim ſic alterat mores ut
ypocriſis .ſ. phariçaica Vnde patet ꝙ grauitas huius pec/
cati prout in phariçeis uigebat magna eſt tanq̄ alteratiua &
corruptiua omniū morum . Circa quod conſiderandum eſt
ꝙ ſeriem euangeliorū diligēter ſcrutāti manifeſte patet ꝙ
Chriſtus non legitur tantum impugnaſſe cetera uitia que
in phariçeis & aliis ſuo tempore habūdabant ſicut ypocri/
ſis . Cuius ratio eſt nam ypocriſis phariçaica quā increpa/
bat ex quinq̄ redditur grauiſſimum peccatum : Primo eſt
propter ipſius grauitatem . Quequidem grauitas patet ex
hoc quod uitium ypocriſis eſt corruptiuū omnium morum
ut dictum eſt : Secundo quia gloſa ſuper illud Tren . iiii .
ca . Maior eſt iniquitas populi mei peccato Sodomorum
dicit ſcelera anime planguntur que in ypocriſim labitur
cuius maior eſt iniquitas peccato Sodomorum . Si autem
queratur ratio quare ypocriſis ſit maior iniquitas ꝙ̄ Sodo/
morum ad hoc dicitur ſecundum Ieronimum ſuper illud
yſa . ubi ſupra Populus iſte labiis me honorat ꝛc̄ . In com/
paratione duorum malorū leuius eſt aperte peccare quam

ſimulare ſanctitatem . In tali enim ſimulatione concurrit
dupplex iniquitas . Quarum una eſt malicia interior .
Alia uero ſimulatio exterior : Tercio quia ypocriſis ſecun/
dum ſe conſiderata eſt quedā ſpecies mendacii ut in ſecūda
ſecūde . q . ſupra allegata . Conſtat autē quod mendacium
quanto magis elongatur a ueritate tanto eſt grauius Vnde
philoſophus in          methaphiſice magis mentitur qui
aſſerit de nouem quod eſt Centum quā qui dicit quod eſt
decem . Mendacium autem ꝙ eſt in ypocriſi phariçaica
includitur in extremis diſtat a ueritate . Ipſi enī cum eſſent
peſſimi & pleni uitiis ſimulabant ſe non ſolum eſſe iuſtos
uel bonos ſed etiam ſanctos tanquam ceteros in bonitate
& iuſtitia extendentes ut patet de phariſeo aſcēdente in tēplo
qui de ſua iuſtitia iactans confitebat ceteros ſpernēdo Luce
xviii . capitulo . In tantum enim ex ſuperbia iactantia ce/
teros ſpernebant huiuſmodi phariſei que dedignabantur
ut alii qualitercunq̄ eos tangerent de quibus yſa . lxv . ca .
Qui dicunt Recede a me non appropinques michi quia
inmundus es iſti fumus erunt in furore meo . Ex quo patet
ꝙ eorum ſimulatio erat maxime mendoſa . Quarto quia
hoc uitium .ſ. ypocriſis phariçaica Chriſto maxime contra/
riebatur Chriſtus enim qui non ſolum ſecundum diuinā
naturam ſed etiam ſecundum humanam intrinſecus plenus
gratia & ueritate eſt foris tamen in ſimilitudine carnis
peccati mundo apparuit          capitulo . Phariçei
autem per totum oppoſitum : conabantur enim magnam
innocentiam exterius oſtendere ut oues : intus autem omniū
immundicia & rapacitate erant pleni ſicut & lupi de quibus
Mathei . vii . capitulo Veniunt in ueſtibus ouium intrin/
ſecus autem ſicut lupi rapaces . Quinto quia ypocriſis
phariçaica non ſolum contrariatur ueritati in uniuerſali ſed
etiam particulariter contrariebatur cuilibet ſpeciei ueritatis
.ſ. ueritati doctrine & ueritati iuſtitie & ueritati uite . In his
enim tribus ſecundum Iero . ueritas conſiſtit quāquidem

VNiVERSIDAD DE SALAMANCA
GREDOS.USAL.ES

triplicem contrarietatem ueritatis in pharizaica ypocriſi
contentam Chriſtus execrabatur Math . xxiiii . capitulo .
Vbi ypocriſim phariſeorũ multipliciter increpans prenunti/
ans eis penam eterne maledictionis cum dicit . Ve uobis
pharizei ꝛc̃ Ibidem explicat quomodo triplicem ueritatem
ſupradictam quantum in eis erat obfuſcare conabantur :
quod patet primo de ueritate doctrine cũ dicit . Ve uobis
Scribe & pharizei qui clauditis regnum celorum ꝛc̃ .ſ. cele/
ſtem beatitudinem : cuius introitus ipſe Chriſtus eſt Vnde
Iohan . x . capitulo Ego ſum hoſtium per me ſiquis intro/
ierit ſaluabitur . Quodquidem hoſtium recte aperitur per
ſanam doctrinam ſcripturarum ſecundum quã uera Chri/
ſti cognitio habetur Vnde Chriſtus diſcipulis qui cona/
bantur tendere ad eius cognitionem aperuit ſenſus ut in/
telligerent ſcripturas & ſic eum cognouerunt Luce . xxiiii .
capitulo Pharizei uero peruerſe ſcripturas que de Chriſto
dicuntur interpretando ut patet in his que ſupra in prima
parte huius tractatus dicta ſunt Regnum celorum claude/
bant quo ad ſe & eorum ſequaces de quo dicit Vos non
intratis nec introeuntes ſinitis intrare ꝛc̃ . Et quia pharizei
non ſolum eos qui de gente ſua erant per falſam doctrinã
corrumpebãt : ſed etiam laborabant ut gentiles ad ſuam
falſam doctrinam peruerterent ideo ſubdit Ve uobis ſcribe
& pharizei qui circuitis mare & arida ut faciatis unũ pro/
ſelitum & cum fuerit factus facitis eum filium gehenne
duplo quam uos . In quo oſtenditur ꝙ corrumpere cona/
bantur per ſuam falſam doctrinam : non ſolum iſrahelitas
ſed etiam uſqꝫ ad alienigenas . Et quia non ſolum in his
que ad cultum dei pertinebant doctrinam ueritatis nitebã/
tur corrumpere ideo ſubdit Ve uobis duces ceci qui dicitis
quicunqꝫ iurauerit per templum nichil eſt . Quicunqꝫ autẽ
iurauerit per aurum templi debet . In quo loco Chriſtus
oſtendit ꝙ circa obſeruationem iuramentorum que ad la/
tera pertinent : Pharizei falſe interpretabantur ſcripturas

ex cupiditate excecati preferentes ſanctitatem auri quo tem/
plum ornabatur ſanctitati templi per quod aurũ ſanctifica/
batur prout cõmuniter exponitur . Conſequenter ibidem
Chriſtus increpat pharizaicam ypocriſim circa ueritatem
iuſtitie & primo in hoc ꝙ illa que erant maioris neceſſitatis
ad ſalutem conſequendam contẽnabant ut eſt miſericor/
dia uel iudicium uel fidem illa que modice utilitatis ad ſa/
lutem erant ut eſt decimare mentam magna reputabant
ad quod ex duobus propriis ſuis uitiis mouebantur . Pri/
mo ex iactantia ut ab omnibus crederentur eſſe ſancti . In/
quantum decimas de minimis rebus offerebãt : Secundo
ex cupiditate ut aliis exemplum preberent ꝙ ſoluerent eis
decimas de omnibus nichil pretermittendo & de hoc dicit
Ve uobis ſcribe & pharizei qui decimatis mentam ꝛc̃ . Idẽ
oſtendit ſub alio exemplo dicens . Ve uobis duces ceci ex/
culantes culicẽ Camelum autem glucientes ꝛc̃ In quo oſtẽ/
dit ꝙ illa que erant magni ponderis ſecundum mentem
legis ipſi pro nichilo reputabant : minima uero cum mag/
na diligentia perquirebant quod eſt contra ueritatẽ iuſtitie :
que unicuiqꝫ quod ſuum eſt reddit ſecundum equitatem
proportionis . Conſequenter oſtendit qualiter ueritatẽ uite
corrumpebant : Et primo inquantũ de mundicia exteriori
.ſ. ueſtium & corporum curabant : non autem de interiori
mundicia .ſ. mentis que potior eſt & ad ſalutem neceſſaria
de quo dicit Ve uobis Scribe pharizei qui mundatis ꝙ de
foris eſt ꝛc̃ Pharizee cece munda prius quod intus eſt ut
fiat quod de foris eſt mundũ .Conſequẽter hoc idem incre/
pat ſub alio exemplo dicit Ve uobis pharizei ypocrite qui
ſimiles eſtis ſepulchris dealbatis ꝛc̃ . Quodquidem exem/
plum differt a precedenti quia primũ reſpicit res exteriores
ſecundum uero reſpicit propriam conuerſationem quam
abextra honeſtam habebant ut cooperirent maliciam inte/
riorẽ : ſicut ſepulchra abextra ſunt dealbata : abintus uero
plena oſſibus mortuorum . In ultimo uero exẽplo increpat

VNIVERSIDAD DE SALAMANCA
GREDOS.USAL.ES

eos de corruptione ueritatis uite inquantum ſe conabantur
oſtendere ſe eſſe meliores q̃ patres eorum . Vnde & orna
bant & edificabant ſepulchra prophetarum qui fuerunt a
ſuis predeceſſoribus interfecti dicentes Si fuiſſemus in di/
ebus patrum noſtrorum non eſſemus ſocii eorum in ſang/
uine prophetarum : ſed quia ipſi phariçei non ſolum erant
equales in malicia patribus in occidendis prophetis : ſed
erant diſpoſiti ad maximum malum perpetrandum ·ſ· ad
occidendum Chriſtum qui eſt dominus prophetarum . Id/
circo eos maledicit propheti çando dicens . Implete men/
ſuram patrum ueſtrorum .Phariçei enim Chriſtũ occidẽtes
impleuerunt menſuram patrum ſuorum eos in malicia ple/
niſſime excedendo in quo ſũma malicia phariçaice ypocriſis
oſtenditur inquantum iuſtiores patribus ſe oſtendebant
dicentes Si fuiſſemus in diebus patrum noſtorũ ꝛc̃ & tamẽ
occulte ſanctum ſanctorum & regem prophetarũ occidere
intendebant . Ex quibus omnibus diligenter conſideratis
ſatis habetur ꝙ phariçaica ypocriſis cetera uitia excedebat
inquantum ex ea ſecuta eſt occiſio Chriſti que grauior eſt
grauiſſimis peccatis . Vnde poſtq̃ dixit Implete menſurã
patrum ueſtrorum Statim ſubdit Serpentes & geminia ui/
prarum quomodo fugietis a iudicio gehenne quaſi diceret
ſic eſtis in malicia obſtinati per excecationem mentis quã
per ypocriſim meruiſtis ut auctoritate yſaie ſupradicta oſtẽ/
ſum eſt ꝙ nullo modo poteſtis fugere a iudicio gehenne
eterne nec etiam a pena temporali ·ſ· a deſtructione templi
tunc per Romanos futura de qua in fine capituli ſubdit .
Ecce relinquetur domus ueſtra deſerta .

**Capitulum** Septimum In quo oſtenditur ꝙ in cecı/
tate phariçaica includitur negatio diuine prouidentie ma/
gis culpabiliter q̃ in illis qui peccata ſua publicant ſicut So/
domite & in eodem oſtenditur ꝙ ex huiuſmodi ꝛc̃ .

## Diſcipulus

Habeo ꝙ ypocriſis phariçaica grauiſſimum peccatum eſt
prout tu doces ſed aliquando per ſcrutinium ſcripturarum
reperire poſſes ꝙ grauius peccat ille qui ſua peccata publi/
cat q̃ ille qui occultat ea ceteris paribus . Vnde legitur ꝙ
propheta quoſdam increpabat eo ꝙ peccata ſua publicabãt
& non abſcondebant ea yſaie tercio capitulo Et peccatum
ſuum quaſi Sodoma predicauerunt nec abſconderunt . Ve
anime eorum ꝙ non uidetur omnino conſonare predictis .

## Magiſter

Cum quis publicat peccata ſua non curans ea abſcõdere
hoc cõmuniter contingit ex contemptu dei & iudiciorũ eius
ſpecialietr cum quis credit ꝙ deus non habet noticiam de
iſtis inferioribus iuxta illud pſalmi Viduam & aduenam
interfecerũt & dixerunt non uidebit deus & hoc manifeſte
aggrauat peccatum . Sed ſi bene conſideras hoc etiam in/
cludebatur in phariçaica ypocriſi . Ex hoc enim phariçei
ypocrite occultabant pecca ſua hominibus tantum : quia
credebant ꝙ deus non eſſet inſpector cordium . Vnde in
auctoritate allegata yſaie . xxix . capitulo Poſtq̃ propheta
predixit culpam ypocritarum dicens Labiis me honorat
cor autem eorum longe eſt a me : Similiter & penam exce/
cationis eorum dicens Peribit enim ſapientia a ſapientibus
eius & intellectus prudentiũ eius abſcondetur . Quequidẽ
pena correſpondet culpe illius ypocriſis ut ſupradictum eſt /
ſtatĩ ibidẽ propheta declarat ꝙ huiuſmodi pecatũ yporcitarũ
abſcondentium peccata procedebat ex hoc ꝙ credebãt deũ
non cognouiſſe abſcondita humanarum mentium . Vnde
ĩmediate ibidem ſubdit Ve qui profundi eſtis corde ut a
domino abſcondatis conſilium quorum ſunt in tenebris
opera . Et conſequenter de eis dicit & dicunt : quis uidet
nos & quis nouit nos . Et attendendum ꝙ negatio diuine
noticie ſeu prouidẽtie que includitur in his qui peccata ſua
ſimpliciter publicant & ſi ſit ualde grauis non tamen tãte
grauitatis eſt : ſicut negatio illa que in ypocriſi preſertim
phariçaita includitur . In iſta enim peccata occultantur ab

VNIVERSIDAD DE SALAMANCA
GREDOS USAL

ypocriſis ut per exteriorem iuſtitiam alios decipiant & ad
errores inducant non autem in alia. Ex quo patet ꝙ in
phariçaica ypocriſi includitur negatio diuine noticie de hu/
manis grauius q̃ in Sodomis qui peccata ſua publicant &
ſuper hoc in ypocriſi pharigaica adduntur alia nephanda
que ſupra tacta ſunt.

## Diſcipulus

Verba yſaie in auctoritate per te allegata ·ſ·. xxix. ca.
non uidetur omnino adinuicem conſonare. Dicitur enim
ibidem Et claudet oculos ueſtros prophetas & principes
ueſtros qui uidet uiſiões operiet quod tu exponis de cecitate
phariçaica que in pena ſue ypocriſis eſt eis inflicta ꝙ ſatis
conuenienter uidetur eſſe dictum cum continuatione ad
illud ꝙ ſtatim de eis ſequitur: Populus iſte labiis me ho/
norat ꝛc In quo declaratur eorum ypocriſis: Similiter &
ſtatim ſubdit Penam eorum cum dicit ideo addam ut ad/
miratione faciam populo huic miraculo grandi & ſtupẽdo
peribit enim ſapientia a ſapientibus eius ꝛc. De quibus
ſtatim declaratur unum de principalibus eorum motiuis
cum dicit Ve qui profundi eſtis ꝛc & dicunt quis uidet nos
& quis nouit nos prout tu conuenienter expoſueras de quo
increpat eos propheta dicens Peruerſa eſt cogitatio ueſtra ꝛc
ſed quod hoc ſequitur in littera. Nonne adhuc in modico
& in breui cõuertetur libanus ī·Charmel & charmel in ſaltũ
reputabatur & audient in die illa ſurdi uerba libri & de te/
nebris & caligine oculi cecorum uidebunt Non uidetur
bene conſonare cum hoc quod dictum eſt. Et claudet
oculos ueſtros ꝛc Vnde peto ꝙ iſtam prophetiam ulterius
michi declares que uidetur multum facere ad ypocriſim
phariçaicam declarandam ſimul cum eorum pena que fuit
mentis excecatio.

## Magiſter

Recte iudicaſti in hoc quod yſaias ī auctoritate allegata

phariçaicam ypocriſim cum ipſius pena declarat ſed ad illa
uerba que ulterius ſequuntur quorum petis declarationem
preſupponere debes quia ſecundum doctrinam Auguſtini
Deus adeo eſt bonus ꝙ non permitteret mala
fieri niſi ex eis bona eliceret Permiſit enim primum angelũ
peccare Vnde inde ruine angelice reſtitutio per Chriſtum
glorioſius fieret Vnde in propoſito ex phariçaica excecatione
quã in penam ſui ypocriſis nephande incurrerunt diuina
bonitas illicuit illuminationem gentilium qui hactenus
erant in his que pertinent ad dia ſurdi & ceci Vnde apo/
ſtolus ad Romanos. xi. Cecitas ex parte contingit in iſra/
hel donec plenitudo gentium intraret de quo Actuũ. xiiii.
capitulo Quia indignos nos iudicaſtis eterne uite ecce co/
uertimur ad gentes quo preſuppoſito ſenſus littere quam
petis clare habetur Nam poſtq̃ prophetia declarauit ceci/
tatem phariçaicam ut dictum eſt ſtatim ſubiungit de illu/
minatione gentiũ que ex predicta cecitate phariçaica ſtatim
ſecuta eſt dicens Nonne in modico & in breui conuertetur
libanus in Charmel ꝛc Charmel enim mons ſterilis & ſic/
cus eſt Libanus enim mons fructuoſus & aromaticus per
hoc figuratiue intelligens ut gens iudaica in qua cõmuni/
ter cõſueuerant fructus ſpirituales uigere conuerteretur in
Charmel ·ſ· in ſiccitate ſeu ſterilitate & econtra de gentibus
& ut hanc figuram a parte nobis declaraſſet ſtatim ſubdit.
Et audient in die illa ſurdi ·i· gentiles qui nunq̃ audierunt
diuinum uerbum Verba liberi ·ſ· legis diuine & de tene/
bris & caligine oculi cecorum uidebunt: & eſt eadem ſen/
tentia & quia ex iſta illuminatione gentium apoſtoli &
diſcipuli Chriſti fuerunt ualde leti idcirco ſubdit. Et addẽt
mites in domino leticiam quod intelligitur de diſcipulis
Chriſti quos ipſe docuit. Diſcite a me quia mitis ſum
Mathei. xi. capitulo Et pauperes homines in ſancto iſra/
hel exultabunt ·ſ· ipſi diſcipuli quos ipſe docuit Math. v.
capitulo Beati pauperes ſpiritu. Alia autem ratio leticie

VNIVERSIDAD DE SALAMANCA
GREDOS.USAL.ES

ſupradicte .ſ. initium & pauperū Chriſti Subdit cum dicit Quoniam defecit qui preualebat conſumatus eſt illuſor & ſuccenſi ſunt omnes qui uigilabant ſuper iniquitatem 2c. Que omnia de cetu phariſeorum & ſcribarum plane intel/liguntur prout cōmuniter exponitur qui in deſtructione ieruſalem per Romanos occiſi ſunt & diſperſi & in captiui/tatem uſqꝫ in preſentem diem deducti.

**Capitulum** Octauum In quo oſtenditur ꝙ pharizei tripliciter incurrerunt excecationem mentis ſicut & triplicē ueritatem per ſuam nephandam ypocriſim corruperunt: quorum duo in hoc capitulo explicantur & ibidem decla/rantur uerba yſaie 2c.

## Diſcipulus

Adhuc uolo ꝙ michi declares quedam uerba prophete in hac prophecia contenta .ſ. ubi dicitur. Ideo ecce addam ut āmiratione faciam populo huic miraculo grandi & ſtu/pendo & peribit ſapientia a ſapientibus eius & intellectus prudentium eius abſcondetur ſi enim hec uerba de phari/zaica cecitate exponantur ſuperfluum uideretur iam enim de ipſis dixerit modicum ſupra. Et claudet oculos ueſtros prophetas & principes ueſtros qui uidet uiſiones operiet. Quod ſufficit ad oſtendendam cecitatem ſuam ſupradictā querendum ergo uidetur quid hic additur ſupra predictā cecitatem cum dicitur. Idcirco ego addam 2c In quo uide/tur aliquid addere ſuper predictam excecationem.

## Magiſter

Si bene ſcrutatus fueris in hoc loco uerba prophete re/peries ipſa propriiſſime adaptari pharizaice cecitati inquā/tum incurrerunt in penam ſui ypocriſis ſupradictam ut dictum eſt. Ad cuius declarationem ſcire debes ꝙ phari/zei ypocrite: ſicut triplicem ueritatem corrumpebant ſeu obfuſcabant ut ſupra. vi. capitulo ſic triplicem incurrerūt excecationem mentis Primo .ſ. circa cognitionem temporis

aduentus Chriſti & diuinitatem eius & modum redēptionis eius & huiuſmodi de quibus prophete fuerunt ſufficienter locuti & tamen ipſi tanꝗ clauſos mentis oculos habentes hoc neſcierunt de quo in prima parte diſtinctione prima & in multis ſequentibus large dictum eſt. Et de hac exceca/tione propheta loquitur cum dicit. Et claudet oculos ue/ſtros 2c uſqꝫ ibi Neſcio litteras de iſtis enim & ſimilibus litterati eorū quandoqꝫ pretendunt ſe excuſari dicentes: ꝙ talia ſunt ſignata ſeu ſecreta. Simplices uero excuſant ſe dicentes Neſcio litteras prout ſupra dictum eſt. Secundo uero incurrerunt excecationem circa obſeruationem legis moiſaice eſtimantes ꝙ lex moſaica erat perpetuo duratura etiam quo ad cermonialia & iudicialia quod falſum eſt ut patet ſupra in prima parte diſtinctione. viii. Et de hoc dicit propheta Peribit ſapientia a ſapiētibus eius Ad quod ſciendū eſt ꝙ huiuſmodi cermonialia tempore durationis moſaice legis iudicabantur: rationabiliter apud omnes ſa/pientialia eſſe Vnde Deutro. Quarto capitulo. Poſtꝗ dixit Moyſes Scitis ꝙ docuerim uos precepta atqꝫ iuſtitias ſi/cut precepit michi dominus 2c Subdit Obſeruabitis & im/plebitis opere hec enim ueſtra ſapientia & intellectus corā populis ut audientes uniuerſa precepta hoc dicunt en po/pulus ſapiens & intelligens gens magna eſt. Quequidem ſapientia manifeſtum eſt ꝙ periit ab eis poſt Chriſtum. Nam ſicut per obſeruationem legalium tempore legis a ceteris nationibus iudicabunt ſapientes inquantum per huiuſmodi obſeruationem regebantur a deo tanquā popu/lus peculiaris per miracula & reuelatiotiones prophetitas & huiuſmodi ut patet in proceſſu ueteris teſtamenti ſic poſt Chriſti aduentū diuulgationem euangelii ipſius cum hu/iuſmodi legalia fuerunt euacuata ab omnibus iudicantur: per eorum obſeruationem inſapientes & ſtulti tanquā labo/rantes in his que nullius ſunt auctoritatis ſeu utilitatis: ꝙ patet ad ſenſum cum hodie omnia illa uertūtur inderiſum

VNIVERSIDAD DE SALAMANCA

apud intelligentes & de hac ignorantia & cecitate propheta dicit. Et peribit ſapientia a ſapientibus .ſ. ſapientia ſupra dicta que in legalium obſeruatione conſiſtebat. Item predictis uerbum Peribit ſapientia a ſapientibus uerificatur de eis ex hoc quod illud opus Talmudicum eorum cum magnis fatuitatibus & obſurditatibus permixtis compoſuerunt ut large habetur ſupra yſa. capitulo. xxxiiii. & çach. ix. In additionibus uide ibi de quibus .ſ. ſcribis huiuſmodi mendaciſſimam doctrinam componentibus intelligitur illud Iere. viii. capitulo Quomodo dicitis ſapientes ſumus & lex domini nobiſcum eſt: uere operatus eſt ſtillus mendax ſcribarū. Vbi propheta uolens reddere cauſam tante inſanie ſubdit uerbum domini proiecerunt & ſapientia nulla in eis quaſi diceret. Poſtq̄ uerbum domini .ſ. filium dei proicerunt in tantum caruerunt uerba ſapiētia ꝙ ad huiuſmodi nephandam doctrinam in ſcriptis ponēdam modo predicto proceſſerunt. Et quia illa .ſ. cōtenta in predicto opere Talmudico nephandiſſima ſunt tante inſanie & fatuitates ꝙ merito quibuſlibet ſeſatus admirari debet quomodo talia ab hominibus auderentur transſcribi ideo de hoc proprie intelligitur illud in hac prophecia yſa. contentum .ſ. Ideo ecce addam ut admiratione faciam populo huic miraculo grandi & ſtupendo & peribit ſapientia a ſapientibus quaſi diceret hec perditio ſapientie ad tātam deueniet inſaniam ꝙ in admirationes ſtupendas uertetur ꝙ manifeſte patet aſpicienti predictas additiones.

## Diſcipulus

Verum eſt ꝙ in Codicibus illis Talmudicis multa traduntur de deo que ſi intelligantur ſicut ſonant non ſolū falſa ſed abſurdiſſima ſunt ut cum dicitur Baratoth ꝙ deus in qualibet nocte ſuper iheruſalem & populū iſrahel flēdo dicit Ve michi quia deſtruxi ciuitatem meam & combuſſi templum meum & in captiuitatem populum meum redegi

Similiter dicunt in libro qui dicitur Hulin ꝙ deus peccauit in faciendo ꝙ luna eſſet minoris quantitatis q̄ ſol propter quod peccatum expiandum deus miſit ut in iſrahelis fieret ſacrificium de uno edo caprarum ut peccatū dei ſupradictum expiaretur. Quequidem multa ſimilia in ſuis codicibus contenta ipſi conantur a falſitate ſeu abſurditate excuſare ſic. Dicunt enim ꝙ iſta intelligi debent methaphiſice fuiſſe dicta ſicut cum in ſacra ſcriptura deo attribuitur motus ut cum dicitur Exo. xix. capitulo. Deſcendit deus ſuper montem Synai: Similiter attribuit deo in ſcripturis ſacris ira & penitudo que nullo modo competunt perfectiſſime īmutabilitati diuine ut manifeſtum eſt. Sed iſta & ſimilia ſaluantur exponendo ea methaphiſice fuiſſe dicta .ſ. ꝙ deus ſe habet non in ſe ſed in ſuis effectibus per modū deſcendentis ſeu irati uel penitentis & huiuſmodi. Vnde & ſimili modo dicunt ꝙ ſunt intelligenda uerba Talmudica ſupradicta & ſimilia cum de deo dicunt aliqua que nullo modo deo competunt .ſ. methaphiſice ſeu ſimilitudinarie & non aliter. Et iſto modo nituntur defendere multa que in predicto opere nephanda Talmudico continentur. Precor igitur ꝙ michi oſtendas quid circa hoc ſit tenēdū.

## Magiſter

Si bene conſideras illa que de deo in ſacris ſcripturis dicuntur quelibet imperfectionem important tamen aliquid bonitatis ſeu perfectionis includunt moueri enim licet perfectionem diuine cuius eſſe purus actus eſt nulla potentialitate admixta deo omnino non pertineat: importat tamen actum entis quod eſt aliquid perfectionis: ſed ꝙ deo attribuitur omnes enim perfectiones que in creaturis ſunt in deo preexiſtunt ſecluſa quancūq; imperfectione que in eis includitur ut in prima parte queſtione Ira ſimiliter licet in creaturis eſt paſſio quedam que deo non competit quia tamen qñq; laudabilis eſt ut cum mouetur a ratione

recta idcirco deo attribuitur ſub ratione perfectionis quacunq; imperfectione amota: Sed miſerū eſſe q intelligitur per illud dictum Ve michi uel peccare que non ſolum deo ſed etiam beatis competit nullo modo eſt attribuendū deo cum nec etiam ydolatrie ſuis diis falſis talia audent attribuere: que tamen fatuitas Talmudica deo temerarie attribuitur ut dictum eſt. Item differētia debet eſſe inter modū tradendi prophetarum & inter modum tradendi eorum qui uerba prophetica exponunt Prophete enim quia qnq; de his que ſupra hominem ſunt eis reuelata loquuntur. Quandoq; uero ut homines more loquuntur humano in dictis ſuis inueniuntur obſcuritates Vnde ſuper illud pſalmi Tenebroſa aqua in nubibus aeris gloſa obſcura doctrina in dictis prophetarum: expoſitores tamen que dicta prophetarum declarare debent non obſcure ſicut prophete debent ſed a parte ſic ut errores que contingere poſſunt in expoſitione prophetarum locutionum uitare ſtudeant: non autem ut in doctrina ad errores proponant. Vnde & Talmudici qui expoſitores ſacrarum ſcripturarum ſe dicunt: non metha. locutionibus uti debent: ſed methaphoras in ſcripturis ſacris contentas recte habent exponere: cuius oppoſitum in ſupradictis & ſimilibus Talmudica inſania frequenter inducit. Et attende q non ſolum antiqui Talmudici in cognitione diuinorū ſepe errauerunt: ſed etiam eorum moderni magni Rabbini inter quos precipuus eſt. Ra. Moy. egiptius quem alterum moyſen eſſe dicunt & qui quaſi per uiam pharisaicā & expoſitionē ſacre ſcripture tendere uidetur. Cum hoc tamen in multis errauit que ad cognitionem pertinent diuinorū ut cum aſſerit omnia nomina que de deo & creaturis dicuntur eſſe mere equiuoca. Exquo ſequeretur q nullam de deo haberemus ueram noticiam: Similiter cum alios errores in ſuis codicibus ponit periculoſos de quibus ſupra aliquid eſt tactum. Item quia humana perfectio precipue conſiſtit in imitatione diuine

perfectionis iuxta illud Leuit. xi. capitulo. Sancti eſtote quia ſanctus ſum ego dominus deus ueſter. Idcirco talia in ſcripturis attribuuntur deo in quorum imitatione quādoq; homo meritorie proficiat meretur itaq; homo in odiendo impios ſeu iraſcendo contra eos propter bonum iuſtitie iuxta illud pſalmi Nonne qui oderunt te domine oderam & ſuper inimicos tuos tabeſcebam. Et ſic iſta & ſimilia in ſcripturis deo attribuuntur ut ea homines imitentur in bonum. Sed miſerum eſſe uel peccare ad quorum imitationē nullo modo homines inducēdi ſūt nūq deo attribui debet.

## Diſcipulus

Licet uerū eſt q pharisei Talmudici in credendis multa falſiſſima & abſurda introduxerunt prout ſupra dictum eſt & in tuis additionibus .ſ. yſa. xxxiiii. & zach. v. capit. plenius continentur tamen in agendis uidetur q Chriſtus eorum doctrinam approbauit Vnde Mathei. xxiii. capi. Super cathedrā moyſi ſederunt ſcribe & pharisei quitquid dixerint uobis facite ꝛc. Exquo patet q de his que agēda erant pharisei & ſcribe non extorte ſed recte docebant: licet ipſi opere non implerent.

## Magiſter

Verbum Chriſti ſupradictum intelligendum eſt de doctrina moſayce legis quandoq; pharisei eam non excedebant nec corrumpebant per eorum traditiones non autē de lege Talmudica quam fingunt eſſe ſecundam legē moyſi datam Vnde notanter Chriſtus dixit Super cathedrā moyſi ſederunt pharisei ut deſignarent q loquitur de doctrina in lege moſaica uere contenta non autem de doctrina falſa & ficta .ſ. Talmudica.

## Capitulum Nonū In quo declaratur tercius modus excecationis pharisaice qui cōſiſtit in hoc q ſuas proprias inuentiones & aſſertiones ab eiſdem abſconduntur.

## Diſcipulus

Habeo duos modos excecationis pharigaice per te michi oſtenſos ſed quia dixiſti ꝙ tribus modis incurreant cecitatem ſeu mentis excecationem ideo peto ut michi declares tercium modum.

## Magiſter

Tercio incurrunt mentis cecitatē intantū ꝙ uerba propria ſua & ſuos mentis conceptus non intelligentes ſue proprie inuentiones ab eis abſcondite ſunt. Eſt enim ſupra in prima parte in multis locis oſtenſum ꝙ per dicta doctorum ſuorum ueritas catholica quandoqꝫ oſtenditur ꝙ tamē ipſimet intelligunt: ſed ſicut de Caypha Iohan. xi. ca. legitur Quod neſciens prophetauit de quo intelligitur uerbū predictum yſaie .ſ. intelligētia prudentium abſcondetur quaſi diceret propheta non ſolum prophecias antiquas de Chriſto dictas per cecitatem mentis non intelligent nec ſolum ſapientiam eorum legalem perdent ſed etiam ꝙ ipſimet intelligunt abſcondetur ab eis Verbi gratia dicunt ꝙ patriarche & omnes ſancti ante aduentum meſſie non intrabant paradyſum ſed erant in eius ſuburbio donec ueniret filius Phares .i. Chriſtus filius Dauid & propter peccatum Ade & tamen cum hoc negant originale peccatum fuiſſe nec eſſe per Chriſtum ſeu Meſſiā expiandum. Et inter multa que ipſi aſſeruerunt uera & ſalubria que tamen ipſimet non intellexerunt ut bene agerent: precipua ſunt illa que ad terminum aduentus Meſſie pertinent. circa hoc enim fuerūt multipliciter in opinionibus diuiſi. Quidam enim uolētes claudere portam inquiſitionis huius termini per ſcripturas aſſeruerunt ꝙ terminus redemptionis eorum ab hac captiuitate eſt inſcrutabilis per ſcripturas & querunt rationem quare primis .ſ. tranſmigratione Babilonica exiſtentibus fuit reuelatus terminus ſue redemptionis Iere. xxix. cap. Cum impleti fuerint in Babilone. lxx. anni uiſitabo uos: & tamen ſecundus .ſ. qui fuerunt ſeu ſunt in hac captiuitate non fuit reuelatus terminus ſue redemptionis. Ad quod reſpondet ꝙ ratio huius differentie eſt iſta. Nam primis fuit reuelatum peccatum ſeu peccata pro quibus fuerunt in captiuitatem ducti ut patet Quarto Regum & Secundo Paralipp. & ideo illis fuit reuelatus terminus ſue captiuitatis ut dictum eſt. Sed ſecundus .ſ. in hac captiuitate exiſtētibus nō eſt reuelatū pcm̄ propter quod ī hac captiuitate ſūt deducti & ideo terminus ſue redēptiōis eſt eis ſimiliter ignotus. Alii uero tam antiqui q̃ moderni aſſignauerunt terminos diuerſos ad huiuſmodi aduentum qui tamen termini omnes iam tranſierunt in preteritum ut ſupra diſtinctione Tercia cap. Quarto plene oſtenſum eſt. Quidā uero eorum aſſeruerunt ꝙ omnes termini preterierant: & ꝙ non pendebat redemptio eorum niſi in ſola penitentia. Attende igitur quomodo ſecundum tres opiniones ſupradictas ipſorum propria intelligentia abſconditur ab illis nam ſi primam ſequantur opinionem oportet eos cōcedere quod peccatum pro quo ſunt in hac captiuitate eſt eis ignotum: & hoc eſt uerum prout ſupra in preſenti diſtinctione oſtenſum eſt. Et conſequenter ſi hoc peccatum ſibi ignoſceret. Quodquidem peccatuū eſt derelinquere uerum Chriſtum & deum & hominem & ſuas fatuitates ſequi, tūc manifeſtum eſt ꝙ terminus captiuitatis eſſet eis notus .ſ. cum ab illo peccato conuerteretur per agnitionem ueri xp̄i ſeu Meſſie. Per hanc enim conuerſionem ſtatim redemptionem adipiſcentur. Si autem ſecundam opinionē ſequerentur oporteret eos cōcedere ꝙ Chriſtus ſeu Meſſias iam uenit cum omnes termini per ſuos magiſtros aſſignati in preteritum tranſierunt. Non enim poſſent ſcripture diuine in quibus quilibet eorum ſecundum ſuam intelligentiam fundatur a ueritate deficere. Si autem terciam ſequantur opinionem oportet eos concedere ꝙ nullus eorum eſt in uera penitentia. Nam ſi aliquis eorum in uera penitentia

VNIVERSIDAD
DE SALAMANCA
GREDOS.USAL.ES

eſſet: tunc ſaltem ipſe penitens eſſet redemptus per meſſiam. Ex quibus manifeſte habetur quod illud quod ab ipſiſmet intelligitur circa tempus redemptionis ſeu aduentus Meſſie ab ipſiſmet abſcōditur & hoc eſt quod propheta predixit. Et intelligentia prudentiū eorum peribit quaſi diceret ꝙ ipſimet non percipient ea que per ipſos ſunt intellecta: ſed ab eis abſcondetur ut dictum eſt nobis autem quibus ueritas propalata eſt intelligentiā ſupradictorum per eos inuentam ſpecialiter eorum que aliquid continent ueritatis habere poſſumus & ad noſtram eruditionem proficere poſſunt ſi ſacras ſcripturas ſcrutari conemur & quedā uero hiſtorialia ad hoc pertinentia attente proſpiciamus.

**Capitulum** Decimum In quo oſtenditur ꝙ multa de inuentionibus ſeu aſſertionibus phariſeorum quas ipſi inuentores ſeu aſſerentes minime intelligunt quādoqꝫ nobis proficiunt ad eruditionem & ꝙ in terminis per eos aſſignatis ad ſuam redemptionem aliqua emerſerunt ad honorē dei catholice pertinentia.

## Diſcipulus

Hoc ultimum quod dicis ulteriorem requirit declarationem Vnde peto ꝙ michi amplius declares quomodo nobis intelligentia quorūdam ſupradictorum erronee opinātium ad noſtram proficiat eruditionem.

## Magiſter

Secundum philoſophum in metaphiſice ueri philoſophi in cognitione ueritatis profecerunt ex opinionibus antiquorum etiam a ueritate deuiantium inquantum in talibus erroribus aliquid ueritatis continebatur: cuius ſimile in propoſito contingit. Ad quod ſciendum ꝙ phariſei & eorum ſequaces Chriſtum pernitioſe abiciendo tribus modis circa inquiſitionem termini ſui redemptionis in ipſo proceſſu temporis ſe habent. Quidā enim eorum ſic ſunt in ſua excecatione obdurati ꝙ nec uolunt inquirere

de peccato pro quo ſunt ī hac diuturna captiuitate nec etiā ipſius captiuitatis terminū per ſcripturas ſcrutari curant: & ideo dicunt ꝙ utrūqꝫ eſt eis ignotū & hii aſſimilātur infirmo qui intantū incurrit ſue ſanationis deſperationem ꝙ non curat de cognitione ſue infirmitatis neqꝫ etiā de curatione & iſtis correſpondet primus modus errandi ſupradictus qui inter alios peſſimus eſt .ſ. dicentiū quod peccatū pro quo ſunt in hac captiuitate eſt ignotum: Similiter & terminus ſue redēptionis quorū utrūqꝫ licet ſit uerum quātum ad eos qui utrūqꝫ ignorāt: non tamen quo ad nos qui utrunqꝫ per Scrutinium ſcripturarū cognoſcimus ut ex ſupradictis in prima parte habetur. Hec tamen ignorantia non excuſat eos ſed potius accuſat: cum ſit non ſolū craſſa ſed etiam affectata. Sunt alii qui non curant de inquirēdo circa peccatum pro quo in hac captiuitate detenti ſunt: uel ſi curant hoc attribuunt aliis peccatis antiquis utputa peccato uituli in deſerto fabricati: uel peccatis modernis que non ſunt cōmunia toti eorū uniuerſitati ſed ſingularia quoꝝ utrunqꝫ eſt falſum ut ſupra oſtenſum eſt cum de tribus cōditionibus huius peccati ageretur. Iſti tamen conātur ſcrutari terminū ſue redēptionis per ſcripturas & aſſignauerunt ſinguli ſingulos terminos iam preteritos in quibus terminis uel in notabilioribus eorum ſecundū quoſdam fideles in antiqua ſacra pagina litteratos & a iudaica cecitate ad lumen fidei conuerſos aliquid bonum magnum ſpirituale ad laudem dei & honorem Chriſtiane fidei emicuit quod ſic patet. Nam inter terminos aſſignatos per iudeorū doctores. Duo fuerunt precipui .ſ. terminus aſſignatus per Ra. Moy. egiptium: ſecundū quem redemptionē iſrabeliticā dixit eſſe futurā in anno certo cōputando a creatione mūdi quiquidē terminus iam tranſiuit in preteritū per .ccxviii. ānos prout ſupra di. c. iiii. dictū fuit. Cōſtat autē ꝙ inpredicto termino ab ipſo aſſignato uel fere claruerūt ī eccleſia dei duo uiri ſancti & religioſiſſimi .ſ. beatus Dominicus &

VNiVERSIDAD DE SALAMANCA
GREDOS USAL.ES

beatus Franciſcus . Ex quibus & eorum ſequacibus in re,
ligione doctrina fidei & morum in eccleſia uniuerſali ma/
xime refulget ut eſt manifeſtũ non igitur ĩmerito extimãdũ
eſt ꝙ de tantis uiris & ordinibus in toto orbe choruſcanti,
bus aliquid prenoſtum eſſet per Scrutinium ſcripturarum
reperiendum . Vnde terminus quem Ra . Moyſes egip/
tius ſcrutatus eſt non ad redemptionem iudaice perfidie
ſeu pertinatie eſt referendus ſed potius ad redemptionem
populi dei ·ſ· Chriſtiani quis enĩ numerare ſufficeret quot
animas per miniſterium predicationis & doctrine predica/
torum & minorum tam in dictis ꝗ̃ in ſcriptis ſunt deo co,
operante a demonica captiuitate redempte certe nullus niſi
ſolus deus cui ſoli cognitus eſt numerus electorum . Item
poſt predictum Rabi Moy . egiptium fuit in Hiſpania
alter Rabi Moy . Gerundenſis qui licet non tam magne
auctoritatis fuit ſicut primus non tamen mediocris aucto,
ritatis fuit : ſed inter eos magnus reputatur . Scripſit enim
ſuper Penthateucum & ſuper aliquos alios libros biblie &
ſuper ſuum Talmud multa que apud eos habentur tanꝗ̃
magiſtralia qui in expoſitione Penthateuci in parte prohe,
miali cum magna ſolempnitate determinauit : ꝙ terminus
aduentus Meſſie futurus erat certiſſime in ãno quinqꝫ mi,
leſimo . cxviii . a creatione mũdi ſecũdũ cõputationẽ hebre,
orũ . Quequidẽ Ra . Moy . ſecutus eſt ĩ huiuſmodi termi/
ni aſſignatiõe Ra . leui . Begner ſũt de prouĩtia Prouĩtie in
ſua expoſitiõe ſuper danielẽ iactãs ſe ſuper hoc diuinã reue,
lationẽ habuiſſe prout iſta latius dicta fuerũt ſupra di . iii .
Quẽquidẽ terminũ oẽs iudei ſpecialiter citra martini tanꝗ̃
certiſſimũ anteꝗ̃ trãſiſſet ſpectabãt ſed deo diſponẽte cõtingit
eis oppoſitũ pro quo ſcire debes ꝙ in hiſpania ſpecialiter in
regnis & dominiis Sereniſſimi dñi Regis Regis Caſtelle
& Legionis a magnis temporibus ſuadente antiquo ho,
ſte iudei magnos habebant ſtatus in tantum quod fide/
libus in multis preerant : & officia magna & publica

exercebant inter Chriſtianos & fidelibus in multis prefi/
ciebantur : obtinebant enim in domibus regum & etiam
magnatum officia magna per que oms̃ ſubdita etiã fideles
eos in magna habebant reuerentia & timore ꝙ non in mo/
dicum ſcandalum ſeu periculum animarum cedebat fideliũ
ſimpliciũ : Defacili enim tales conſueuerunt ad errores eoꝝ
qui eis preſunt moueri : Infideles iudei etiã ex hoc occaſione
perſiſtendi in ſuis erroribus ſumebant dicentes / & in ſuis
codicibus nonnulli eorum ſcribentes / ꝙ prohpecia Iacob
pr̃iarche ĩ qua dicitur . Non aufferetur ſceptrum de Iuda ⁊c̈
Geñ . xlix . capit . uerificabatur in hoc ꝙ iudei in hyſpania
ſceptrũ dominii ſeu regiminis obtinebãt modo ſupradicto
Sed ſcrutanti hyſtorias hyſpanie notum eſt ꝙ in termino
ſupradicto qui concurrit cum Anno dñi . M . ccc . Lviii .
uel circiter contingit ꝙ Rex petrus in carcerem duxit illum
qui inter iudeos erat maximus & ualde magnus in domo
regia quem etiam in carcere miſit interfici & alios magnos
eiuſdem generis cum eo : Et extunc nõ fuit aliquis iudeus
qui de domo regia ſicut hactenus preficeretur . Conſequẽ/
ter etiam Rex heinricus ſecũdus bone memorie frater eius
qui regnum fratris habuit multas cedes ſeu ſtrages anteꝗ̃
regnaſſet in iudeis fecit tam ĩ urbe tolletana ꝗ̃ in quibuſdã
aliis uillis & caſtris in cõfinibus regni caſtelle exiſtentibus
Et cum huiuſmodi Rex heinricus ſecundus regnauit regno
accepto a fratre ſuo petro ipſe inſtituit ĩ curiis generalibus
ꝙ iudei portarent ſignũ diſtinctionis ĩ ſuis ueſtibus prout
iura canonica uolunt / quod tamen nunꝗ̃ fuit auditum in
hyſpania ſed indiſtincte cũ fidelibus cõuerſabantur ex quo
multa enormia & diuine legi difformia ſequebantur . Cõ/
ſequenter Rex Iohãnes primus felicis recordationis filius
predicti Regis Heinrici ſecundi inſtituit ꝙ iudei nulla ha/
berent officia publica nec Iuriſdictionem / etiã inter ſeipſos
in criminalibus exercerent . Quaquidem Iuriſdictione / alias
maxime abutebãtur : Poſtꝗ̃ ·ſ· Regem Iohannem regnauit

VNiVERSIDAD
DE SALAMANCA
GREDOS.USAL.ES

Rex Henricus tercius ſancte memorie filius eius in anno
undecimo etatis ſue. In cuius regni principio deo ultionem
ſanguinis Chriſti excitante multitudo populorum magna
& ualida contra eos ſurrexit | & q̄plurimi fuerunt interfecti
per totam Hyſpaneam. Quiquidē tumultus incepit a ciui/
tate yſpalenſi in cuius eccleſia metropolitana quidā Archi/
dyaconus ī lr̄atura ſimplex & laudabilis uite cepit predicare
contra errores iudeorum & modos uiuendi eorū enormes
& contra ſynagogas eorum nouiter contra ſacrarū canonū
tenores edificatas | ex quo tumultus ſupradictus incepit | &
conſequenter in breuiſſimo tempore per totam Hyſpaniam
& uſq̄ ultra pireneos & in inſulis maioricarum & ſardinie
uelociſſime euolauit. Deus autem qui adeo bonus eſt | ut
ex malis eliciat bona ſic diſpoſuit ꝙ hac uexatione currēte
& etiam poſt ipſius ſedationem nonnulli iudeorum ad cor
ſuum reuerſi dixerunt illud Deutro. xxxi. capi. Vere quia
non eſt mecum deus inueuerunt me hec mala. Et ſic uexa/
tione dante intellectum aditui ſcripturas ſcrutari ceperunt |
& deo illuminante errorem ſuum cognouerūt ſic ꝙ ad deū
cōuerſi nomē chriſti publice & deuote predicantes multarū
corda filiorū ad patres deo dirigente conuerterunt que oīa
in hiis regionibus manifeſta ſunt. Poſt predictū uero regē
Henricum terciū ſancte recordationis ſucceſſit ſereniſſimus
Rex Iohannes filius eius qui hodie regnat & in longeuis
temporibus feliciter regnet: Iſte cepit regnare in cunabulis
cum eſſet in ſecundo anno etatis ſue & ſic fuit ſub tutoribus
uſq̄ ad tempus prefinitum a patre in cuius tempore tam
durante tutela q̄ poſt | cum iam regimen ſuorum regnorū
accepit multa fuerunt inſtituta contra iudaicam impietatē
que in ſuis curiis & regnis pro maiori parte obſeruabātur
ſub quo diuino auxilio opitulante fideliter ſpectatur ꝙ in/
fidelitas tam iudaica q̄ ſarracenica ſupprimetur. Ex q̄bus
ſatis patet ꝙ in termino finaliter a peritis iudeorū pro ſua
redemptione aſſignato incepit uaſtatio perfidorū infideliū

ad Chriſtum conuerſorum eſt exorta quod eſt intentum | &
attende ꝙ inter duos predictos termīos qui per predictos
Rabbinos in ſuis libris & tractatibus aſſignati fuerūt | fuit
terminus alius a duobus iudeis in hyſpania qui prophete
dicebantur quorū unus erat in ciuitate Abulenſi prouincie
compoſtellañ. Et alius in uilla que dicitur Ayllon Segūtiñ
dyoceſis Toletaneñ prouincie. Quiquidē duo tā magnalia
loquebātur & q̄nq̄ futura prenoſticabāt & oculta reuelabāt
& ſecūdū morē eorū honeſte uiuebāt ꝙ ab oībus iudeis iſtius
regionis reputabantur ſancti prophete | & iſti duo aſſigna/
uerunt tempus ad uidendum ſignū ſue redēptionis in āno
a creatione mundi quinq̄ Milleſimo quinq̄geſimoquinto
ſecundum eorū cōputationem. Quiquidem annus cōcurrit
cum anno dñi. M. cc. xcv. In quoquidem anno ī quarto
menſe qui apud uos dicitur Chaum ultima die ipſius mēſis
in qua die predixerūt ꝙ iudei debebant habere ſignum ſue
redemptionis a deo miraculoſe factum. Ad quorum pro/
clamationē oīs iudei fecerunt ſuas penitentias in ieiuniis
multis cum ſatiſfactionibus & elemoſinis quaſi ad deum
reuerſi orantes ut ſibi predictum ſignum ſue ſalutis oñderet
In quo anno menſe & die aſſignatis intrauerunt ſynagogas
ſuas ad orandum deum induti ſindonibus albis lineis ſeu
ſericeis prout eſt moris apud eos in die expiationis .ſ. ī die
decima menſis ſeptimi & tunc altiſſimo deo cooperante qui
nullum tempus ſine bonitatis ſue teſtimonio relinquid in
ſinodibus ſupradictis apparuerunt cruces in omnibus &
ubicūq̄ erant | etiam in illis ſindonibus qui ſeruabantur in
ſuis appotecis quo ſigno uiſo multi eorum fuerunt turbati
quorum quidam dicebant ꝙ hoc fuerat factum dyabolica
arte. Nimirum cum predeceſſores eorū de chriſto maxima
miracula faciente dicebant. In beelçebub eicit demonia.
Math. ix. Alii uero dubitabant non audientes loqui nec
aliquid circa hoc iudicare: Alii uero crediderunt hoc ſignū
fuiſſe ueri Chriſti crucifixi & diſpoſuerunt ſe ad eius fidem

UNIVERSIDAD DE SALAMANCA
GREDOS.USAL.ES

cum baptiſmo recipiendam: iſti tamen fuerunt pauci, iuxta
illud Iere . iii . cap . Aſſumã uos unum de ciuitate & duos
de cognatione ꝛc̈ Saluator etiã de uia que ducit ad parady/
ſum dicit . Et pauci inueniũt eam Math . vii . cap . que oĩa
large traduntur a magr̃o Alphonſo baliſoletaneñ in quodã
ſuo libro qui dicitur de bellis domini . cap . xxvii . Qui ex
predictis multa uidit & teſtimonium perhibuit . Ego autẽ
licet nondum eſſem tempore iſtius ſigni natus . Quiquidẽ
terminus preceſſit natiuitatem meam per . Lx . annos fere
teſtificor tñ corã deo qui hoc predictũ ſignũ modo predicto
contigiſſe ſepe & ſepiſſime audiui ab antiquioribus iudeis
nemine contradicente in ipſo facto niſi ſolum in cauſa eius
quia quidã eoꝝ hoc attribuebant magice arti, quidã uero
cauſam relinquebant ſub dubio . Ego autem qñꝗ mirabar
quomodo domini illius temporis preſertim eccleſie prelati
de hoc non fecerunt mentionem in ſuis hyſtoriis : De quo
tamen rationabiliter debuiſſet imperpetuũ celebrari feſtum
& honorem crucis chriſti . Sed reuera hanc admirationem
tollit a me exceſſiuus iudeorum ſtatus in illis temporibus
de quo iam tactum eſt : Tantũ enim locum habebant cum
regibus & principibus terre tam eccleſiaſticis q̄ ſecularibus
ꝙ hoc potuerũt cauillationibus ſuis impedire . Ex quibus
omnibus rationabiliter preſumendũ eſt ꝙ ſicut ĩ predictis
terminis a ſuis magr̃is aſſignatis redemptio per ipſos falſe
ſpectata non peruenit ſed potius aliqua contingerunt ad
confirmationem ſeu honorem fidei catholice pertinentia, &
per conſequens ad noſtram redemptionem ſeu ſalutem . Sic
preſumendum eſt cõtigiſſe in aliis terminis de quibus fuit
facta mentio ſupra per te . i . diſtinc . iii . Licet illa ad nr̃am
notitiam non deueniſſent propter remotionem partiũ terre
orientalium atꝗ meridionalium ab hac regione Hyſpanie
que occidua eſt & ſeptendrionalis .

**Capitulum** Vndecimum in quo oſtenditur ꝙ aliqua
uerisſima circa eorum redemptionem aſſeruerunt que tamẽ
ipſimet non intelligunt & ꝙ hoc probatum fuit per yſaiam.

## Diſcipulus

Habeo ex per te dictis quomõ ex primis duobus modis
errandi phariſeorum circa cognitionem aduentus Chriſti
aliquid nobis utile elicitur : ſed de tercio modo .ſ. aſſerentiũ
ꝙ omnes termini aduentus meſſie ſeu Chriſti preterierunt,
& ꝙ non pendet redemptio niſi ex penitentia : Vellem ali/
qualem declarationem ut ſcirem quomodo ex hoc aliquid
nobis utile inſurgat .

## Magiſter

Iſte tercius modus dicendi eorum uerisſimus eſt, nec in/
diget alia interpretatione : ſed ſicut ſonat propriam obtinet
ueritatem . Nam ꝙ om̃s termini aduentus iam preceſſerunt
hoc omnino conſonat catholice ueritati per quam creditur
ꝙ cum uenit plenitudo temporis miſit deus filium ſuum ꝛc̈
tunc enim plenitudo temporis uenit quando omnes ter/
mini per ſcripturas ſacras ad hoc aſſignati ſunt impleti . Si
enĩ ſacras ſcrutatus fueris ſcripturas reperies ad idem tem/
pus aduentus meſſie fuerunt termĩ diuerſis modis aſſignati
Aliqui enim termini aſſignati ſunt ex parte ablationis po/
teſtatis ſeu dignitatis principatus a populo iudaico : Et hoc
modo patriarcha aſſignauit huiuſmodi terminum dicens .
Non auferetur ſceptrum de iuda ꝛc̈ Geñ . xlix . capi . Fuit
etiam alius modus aſſignandi huiuſmodi terminũ ex parte
monarchiarum que in orbe preceſſerunt aduentum meſſie
& hoc modo Daniel huiuſmodi terminum declarauit cum
dicit . In diebus regum iſtorum ſuſcitabit deus celi regnũ
quod ineternum non corrumpetur Danielis . ii . capi . Fuit
etiam alius terminus aſſignatus ex abſciſione . Lxx . ebdo/
madarũ Danielis . ix . cap . & ſic de aliis que ad huiuſmodi
aſſignationẽ in ſacris ſcripturis poſſunt reperiri . Vnde no/
tanter Apoſtolus dixit . Cum autem uenit plenitudo tem/
poris . tunc enĩ plenitudo temporis uenit quando tempora

VNIVERSIDAD
DE SALAMANCA
GREDOS.USAL.ES

diuerſimode ad hoc aſſignata ſimul concurrunt: ſimiliter & uerba pharisaica ſupradicta non aliud proprie ſonant | niſi ꝙ omnes termini prefiniti tranſierunt in preteritum & ꝙ non pendet redemptio niſi ex penitentia. Quequidẽ uerba que fidelissima ſunt & uera utinam intelligerent & bene agerent: ſed uerus intellectus huiuſmodi uerborum eſt eis abſconditus ut ſupra dictum eſt ſpecialiter ex hoc ꝙ peccatum pro quo in hac exiſtunt eſt eis ignotum quod expreſſe prenoſticatũ eſt per Ieremiam Trenno. ii. cap. ubi dicitur Prophete tui .i. expoſitores tui uiderũt tibi falſa & ſtulta nec aperiebant iniquitatem tuam ut te ad penitentiam prouocarent. Ex quo patet ꝙ ſi peccatum huiuſmodi eſſet eis cognitũ ad penitentiã prouocarentur & ſic ſtatim adipiſcerẽtur redemptionem. Sed per tercium modum excecationis quã iuſte incurrerũt per quam proprie inuentiones ſue ſunt eis abſcondite iuxta illud. Et intellectus prudentium abſcondetur | ſanus intellectus proprie inuentionis eorum eſt abſconditus ut dictum eſt.

**Capitulum** Duodecimum in quo oñditur ꝙ cecitas pharisaica de qua yſaias prophetauit compendioſe traditur in euangelio.

## Diſcipulus

Ex premiſſis habeo triplicem excecationem pharisaicam per yſaiam ſupra predicta prenoſticatam cum illuminatiõe gentium ſimul in eadem auctoritate contentam: & uellem ſcire ſi forte huiuſmodi cecitas fuit a chriſto ipſis phariſeis denuntiata.

## Magiſter

Si ſcrutatus fueris euangelia chriſti clare reperies ꝙ illud quod prophetica tuba .ſ. yſaie de hac cecinit cecitate euangelica dicta compendioſe expoſuernnt: Vnde Saluator in phariſeorũ preſentia dicit. In iudicium ergo in hũc mundũ ueni; Vt qui non uident uideant: Et qui uident ceci fiant. Iohan. ix. cap. In quibus uerbis chriſtus quatuor expreſſit circa huiuſmodi cecitatem. Primum .ſ. ꝙ hoc intelligendũ erat de phariſeis. Vnde ibidẽ ſubditur. Et audierũt phariſei & dixerunt. Nunquid & nos ceci ſumus. Secundum ꝙ hanc cecitatem ex iudicio diuino incurrerant phariſei | ut iam dictum eſt: & de hoc predixit: In iudiciũ ergo in hunc mundum ueni. Tercium ut illuminatio gentium cum predicta concurreret cecitatate de quo dicit: Vt qui non uidẽt uideant. Quartum ꝙ huiuſmodi cecitas phariſaica non excuſat a peccato ſed potius aggrauat. Vnde phariſeis dicentibus. Nunquid & nos ceci ſumus. Reſpondit. Si ceci eſſetis peccatum non haberetis. Non enim erant ceci per priuationem luminis naturalis rationis | ſed per lumis grẽ ſubtractionem quam ut ſupra dictum eſt meruerunt.

**Capitulum** Tredecimum in quo oſtenditur ꝙ ex excecatione phariſaica nullum preiudiciũ generatur fidelibus de genere deſcendentibus iſrahelitico. Nam in potiſſimis tẽporibus eccleſie .ſ. in eius exordio & fine in quibus xpũs fuit & erit preſens in ꝛc̈

## Diſcipulus

Conſiderans hanc triplicem excecationem iudicio diuino iuſtiſſimo iudaicam plebem incurriſſe | ut ex uaticiniis prophetarum & euangelicis patet documentis: De qua triplici excecatiõe uidetur intelligendum illud Deutro. xxviii. ca. Percuciat te dominus amentia & cecitate ac ſtupore mentis Vbi non de cecitate corporali agitur ſed mentali. Nã ſtatim ſubdit. Et palpes ĩ meridie ſicut palpare ſolet cecus. Si enĩ cecitas de qua loquebatur eſſet corporalis ſuperflue diceretur. Palpes in meridie ſicut cecus. non ĩmerito mirandum uideretur non ſolum quomodo aliquis eorum ſaluari poteſt uel potuit: Sed etiam ſi aliqui eorum ſaluantur quomodo ab eis obprobrium ſeu macula tante excecatiõis tolli poſſet Et circa hoc ſcire uellem | ſi de hoc ſunt aliqua prophetica

VNIVERSIDAD DE SALAMANCA
GREDOS.USAL.ES

uaticinia ſpecialiter loquenda de ſua illuminatione & eleua/
tione poſt caſum .

## Magiſter

Iuxta doctrinam ſaluatoris | quod aqud homines eſt im/
poſſibile : non eſt impoſſibile aqud deum Math . xix . cap.
Et ideo preueniente gratia diuina qua homo ſe conuertit ad
deum non eſt impoſſibile ꝙ homo illuminetur & deo ad/
hereat per gratiam gratificantē . Sed ad tollendam penitus
tuam ſecundā admirationem : audi apoſtolū ad Romanos
Vndecimo qui de hac materia alte loquitur & profunde | &
circa hoc tradit ueriſſima documenta ut cum dicit de iudeis
Nunquid ſic offenderunt ut caderent abſit ꝛc̄ In quo docet
ꝙ conuerſio eorum potius eſt intenta a deo tanq̄ ad per/
fectionem humane ſalutis pertinentem q̄ eorum caſus | &
infra : Si enim amiſſio illorum reconciliatio eſt mundi que
aſſumptio niſi uita ex mortuis ꝛc̄ In quo oſtendit ꝙ ex quo
amiſſio eorum profuit in reconciliatione mundi | a fortiori
conſiderare debemus ꝙ aſſumptio eorum potior eſſet | &
quaſi uita ex mortuis | & infra . Potens eſt enim deus iterū
inſerere illos ꝛc̄ Et ut Apoſtolus oſ̄dat ꝙ huiuſmodi con/
uerſio eorum non ſolum reputanda eſt tanq̄ poſſibilis apud
deum : quia de multis poſſibilibus que ſpectanda erant ſeu
ſunt uentura : Idcirco ibidē dicit . Nunquid dominus po/
pulum ſuum repulit quaſi diceret Nullo modo credendum
eſt ꝙ deus repuliſſet populum ſuum antiquum ſic ut eos
penitus nunq̄ eſſet reconciliaturus : quod probat ex hoc ꝙ
ſine penitentia enim ſunt dona & uocatio dei . Quequidem
uerba Apoſtoli ſi diligenter proſpexeris cū aliis in hoc · ca ·
contentis : admiratio tua penitus tolletur | & de hoc uide
ſupra in prima parte . diſtinc . ii . cap . ultimo . Et circa hoc
attendere debes ꝙ ſicut excecatio iudeis in crudelitate pha/
riſaica in factis fuit prophetice prenuntiata | ſic eorum con/
uerſio ſalutifera in prophetarum uaticiniis reperitur fore

excellens & potiſſima intantū ꝙ obprobrium excecationis
in honorem conuerteretur quo ad illuminatos .

## Diſcipulus

De hoc ultimo quero ut me ulterius doceas .

## Magiſter

Ad huiuſmodi declarationem conſiderandum eſt ꝙ ſi di/
ligenter ſcrutatus fueris ſcripturas reperies ꝙ tā in exordio
eccleſie q̄ī fine que principaliores partes ſunt totius eccleſie
Chriſti durationis | & in quibus Chriſti preſentia in ſua ec/
cleſia potior conſideratur in illis · ſ · duabus partibus fideles
Chriſti de genere iſrabelitico carnaliter deſcendentes prin/
cipales aſſiſtentes ipſi chriſto fuerunt ſeu erunt : In primo
enim aduentu apoſtoli qui pro maiori parte iſrabelitici fue/
runt inter ceteros a Chriſto fuerunt electi ad fructum re/
demptionis in orbe producendum : Iuxta illud Iohan . xv .
cap . Ego uos elegi de mundo ut eatis & fructū afferatis ꝛc̄
In ſecūdo uero ſimiliter ipſi principaliores ſpectātur : Iuxta
illud . Cum ſederit filius hominis in ſede maieſtatis ſue ſe/
debitis & uos ꝛc̄ Math . xix . ca . Ex q̄bus tanta excellentia
huic nationi iſrabelitici attribuenda eſt | ꝙ obprobrium ex/
cecationis ſupradicte ſufficienter ab eis tollit . Vnde yſaie
xxix . cap . Vbi de cecitate in quam phariſei ex ſuis meritis
incurrerant agitur : propheta ibidē ſubdit propter hoc . Hec
dicit dominus ad domum Iacob : non modo confundetur
Iacob : Nec modo uultus eius erubeſcat | quia cum uiderit
filios ſuos ſanctificantes nomen meum | & ſanctificabunt
ſanctum Iacob | & deum iſrabel predicabunt . In quibus
uerbis propheta remouet opinionem falſe extimantium ꝙ
ex hoc quod phariſei & eorum ſequaces | que maior pars
iudeorum erat ſecundum numerum tantam incurrerant
cecitatem ꝙ chriſtum eis promiſſum eicerant : ꝙ hoc in cō/
fuſionem ipſius Iacob a quo ſecundum carnē deſcenderant
redundaret | quod tamen propheta improbat dicens . Non

VNiVERSIDAD DE SALAMANCA
GREDOS USAL

modo confundetur Iacob ·ſ· Patriarcha pater eorum non
habebit de hoc rationem confuſionis ex hoc ꝙ pharisei peſ-
ſimi & ingrati ab ipſo Iacob ſecundum carnē deſcenderund
Nam cum uiderit filios ſuos ·ſ· Apoſtolos qui de ſua ſtirpe
deſcenderunt ſanctificantes nomen meum & deum iſrabel
piedicātes : Ex quorū ſanctificatione & predicatiōe errores
ſpirituales fuerūt euacuati & increduli legē didicerūt diuinā
de quo ſtatim ſubdit : Et ſcient errantes ſpiritū intellectum
& muſitatores diſcent legem | ex hoc nō habet locū cōfuſio
ſupradicta . Ex quo patet quod dictum eſt ·ſ· ꝙ in exordio
eccleſie principales fuerūt illi qui de ſtirpe Iacob deſcēderāt
intantū ꝙ ex hoc tollitur confuſio Iacob & fidelium ab eo
deſcendentiū licet ex eo phariſei uel ſcribe deſcenderunt : Itē
yſaie . iiii . cap . ubi agitur de tēpore primi aduentus chriſti
cum dicitur : In die illa ·ſ· incipiēte tempore gratie que dies
eſt : erit germen dn̄i ·ſ· Chriſtus in magnificentia ꝛc ſubdit
erit om̄is qui relictus fuerit in ſyon & reſiduus in iheruſalē
ſanctus uocabitur ꝛc quod intelligitur de fidelibus Chriſti
primitiuis qui pauci & quaſi derelicti fuerunt & cōſequēter
ſancti uocantur qui omnes fere de genere iſrabelitico ut eſt
manifeſtum : In ſecundo uero aduentu Chriſti qui prope
finem mundi ſpectatur ipſi qui in primo aduentu Chriſto
principaliter aſtiterunt in hoc ſecundo principaliter aſiſtere
debent ut dictū eſt : de reliquis uero ·ſ· iudeis qui illo tēpore
remanſerint cōmuniter tenetur ꝙ derelicta Antichriſti fal-
ſitate Chriſto firmiſſime adherebūt intantū ꝙ pro eius fide
magnas perſecutiōes uſqꝫ ad martiria paſſuri ſunt & in fide
Chriſti deuotiſſime perſeueraturi de quibus ītelligitur illud
apoſtoli ad Romanos . xi . Omnis iſrabel ſaluus fiet prout
doctores ibidē exponūt | quod proprie & plane legitur Oſee
. iii . cap : Vbi ſic . Dies multos ſedebūt filii iſrabel ſine rege
& ſine principe & ſine ſacrificio & ſine altari & ſine ephod
& ſine therafin & poſt hec reuertentur filii iſrabel & querēt
dn̄m deum ſuum & Dauid regē ſuum : Vbi in tranſlatione

Caldaica dicitur . Et obedient meſſie filio Dauid regi ſuo |
& pauebunt ad dn̄m : In hebreo habetur . Et fluēt ad dn̄m
& ad bonū eius in nouiſſimis diebus : hec Oſeas . Queqdē
auctoritas prophetica proprie uerificatur de ſtatu iudeorum
qui in preſenti diuturna & abſqꝫ certo termino captiuitate
quā proprie ſignat propheta dicēs . Dies multos . q . d . per
dies multos quorū finis non eſt nobis notus : In hac enim
captiuitate manifeſtū eſt ꝙ ſunt ſine rege de genere eorū | &
etiā ſine principe | quod tamē non fuit in babilonica capti-
uitate | ubi reges habuerūt & comites quantū ad honorifi-
centiam ut in . iiii . Regum . ſunt etiā in hac captiuitate ſine
ſacrificio & altari cum carent templo ſecundū legē moſaycā
regulato | ſicut etiā in hac captiuitate ſine ephod ·ſ uеſte ſa-
cerdotali & ſine cherafin quod eſt quoddā ydolaticū quod
ſecundū ritum ydolatrie ad futura cognoſcenda ordinatum
Laban enī dicebat Gen̄ . xxxi . capit . de ſuo cherafin . Cur
furatus es deos meos . Per iſta enim propheta ſignificare
intendebat ꝙ ī hac captiuitate iudei nec colebant deū uerū
nec ydola quod tamē alias non ſic erat | ſed ſemper fuerunt
cultores dei uel ydolorum : quid autē de hoc contingeret in
nouiſſimis diebus ·ſ· circa finē mundi oſ̄dit dicens : ꝙ po-
ſtea ·ſ· poſt multos dies illos que diuturnā ſignat captiuitatē
reuertentur filii iſrabel ·i· conuertentur & querent dominum
deum ſuū ·ſ· deum patrū ſuorū qui deus iſrabel cōmuniter
noīatur in ſcripturis | & querent Dauid regem ſuū ·i· meſſiā
& fluent ad dn̄m | ad deum recurrendū ad modū impetus
flumina | & ad bonū eius ·ſ· ad bona ſpiritualia per chriſtū
promiſſa & hoc in nouiſſimis diebus ·ſ· in fine mundi tota
gens iſrabelitica conuerti debet ad fidem chriſti quod con-
cordat cum Apoſtolo ubi ſupra .

## Diſcipulus

Hec auctoritas Oſee exponitur ab hebreis de meſſia per
ipſos ſpectato quē dicunt uenturū eſſe in fine temporum .

VNiVERSIDAD DE SALAMANCA
GREDOS USAL

## Magiſter

Si bene conſideras hoc quod dicit propheta : Et querent Dauid regem ſuum & ſecundũ tranſlationẽ Caldaicam / & obedient meſſie filio Dauid regi ſuo . Non poteſt uere ſeu proprie intelligi de meſſia per ipſos ſpectato : De illo enim debuiſſent dicere : Et ueniet Dauid rex ſuus : quia ĩ illo tẽpore .ſ. ĩ nouiſſimis diebus ſecundũ eos primo uenturus eſt Sed cum dicit : Et querẽt Dauid regẽ ſuũ ſeu obediẽt meſſie filio Dauid regi ſuo : manifeſte oñditur ꝙ ille meſſias iam uenerat : Sed filii iſrabel ipſum antea non querebant nec ei obediebant & ideo non inueniebant eũ : Sed in nouiſſimis diebus querent deum & obedient uero meſſie qui iam erãt in mũdo / licet uſqꝫ nũc eũ nõ queſiuiſſent nec obediuiſſent .

**Capitulum** . Xiiii . In quo oſtenditur quid de iudeis in tẽpore medio qui intra primũ aduentũ chriſti & ſecundũ ſecundum ſcripturarum ſcrutinium ſenciẽdum eſt & ibidẽ huiuſmodi tractatus in laude diuina finitur .

## Diſcipulus

Habeo ex hiis que doces ꝙ ĩ duobus temporibus precipuis .ſ. in tempore aduentus chriſti primo & ſecũdo fideles qui fuerunt & erunt de genere iſrabelitico excellentiã habẽt & habere debent inter ceteros fideles cõmuniter . Sed in tempore ĩtermedio uellem ſcire quid de eis per ſcripturarũ ſcrutinium ſentiendum ſit .

## Magiſter

De hoc tempore intermedio quod ualde maius ĩ extẽſiõe duratiõis licet minus ĩ deuotionis intenſione ille propheta euangelicus .ſ. yſaias predixit q̃liter iſrabelitici deſcẽdẽtes a Iacob ſecundũ carnem ſe debebant habere .ſ. ꝙ pauciſſimi eorum per interualla temporũ & locorũ diſtinctionẽ erant ad ſtatũ ſalutis colligẽdi : De hiis enĩ intelligitur illud yſaie . xvii . ca . Et relinquetur ĩ eo ſicut racemus / & ſicut excuſſio oliue duarum aut trium oliuaꝝ in ſummitate rami : Poſtq̃ enim per eorũ infidelitatem ſunt excuſſi & ſeparati a radice oliue in qua fuerunt antiquitus radicati adhuc erunt in eis relicti quaſi duo uel tres oliue / ſed pauci numero qui in uiriditate ſue radicis radicati relinquẽtur quod uidemus impletum in iſto medio tempore in quo aliqui pauciſſimi eoꝝ in fide chriſti ſunt radicati quod non ſolum intelligendum eſt de ſimplicibus ſeu illiteratis eorum / ſed etiam de uiris notabilibus qui feliciter eccleſiarũ gubernacula poſſiderunt & opuſcula fideliſſima in honorem fidei & chriſtiane religionis compoſuerunt : Vnde notanter dixit propheta . In ſummitate rami . q . d . de illis paucis remanentibus / nonnulli erunt in ſummitate rami .i. in apicibus magnis ſeu ſũmis eccleſie . Vnde ſecundum hyſtoriam Damaſi prout tholominus de Lucha narrat : Quidam ſummus pontifex de genere iſrabelitico nomine Euariſcus in cathedra Petri ſedit Anno domini Cẽteſimo Duodecimo & fuit ſeptimus a beato Petro & per decem annos ſeptem menſes & duodecim dies uniuerſalem eccleſiam laudabiliter rexit / & uitã ſuam glorioſe finiuit martirio . Fuit etiam in hyſpania tempore Gothorum quidã de ſtirpe iſrabelitica nomĩe Iulianus pomerii qui tercius a beato yllefonſo cathedram Tolletaneñ eccleſie & primitiuam Hyſpaniarum obtinuit / de cuius uita uirtuoſa dominus Rodericus Archiepiſcopus Tolletanus in ſua cõpendioſa hyſtoria laudabilem fecit mentionẽ . Item Vincentius Vermaceñ in ſua hyſtoria narrat ꝙ fuit in Hyſpania quidam de hoc genere nomine Petrus alphonſi qui quendam dyalogum ſolemnem edidit ad fidei catholice declarationem contra phariſaicam perfidiam : Quiquidem dyalogus in hiis reperitur partibus : Fuit etiam in hac regione tempore Regis Alphonſi decimi quidam magiſter Alphonſus burgenſis magnus biblicus philoſophus & methaphiſicus qui in Sexageſimo anno etatis ſue fere fidẽ chriſti & ſacrum baptiſmum ſuſcepit : Et conſequenter cum

VNIVERSIDAD DE SALAMANCA
GREDOS USAL

eſſet ſacriſta eccleſie Baliſoletañ pulchra opuſcula ad confirmationem fidei & confutationẽ iudaice perfidie ĩ hebraica lingua edidit : Quorum tranſlationes in uulgari in domo predicatorum Baliſoletaneñ hodie reperiri poſſunt . Vnde preſumendum eſt ꝙ in aliis mundi partibus ubi captiuitas iſrahelitica eſt diſperſa ſimilia contigerunt : licet ad noſtram notitiam propter eorum raritatem & uiarum prolixitatem nondum uenit quorum omnium conſideratione poteſt intelligi impletum fuiſſe illud propheticum . Aſſumam uos unum de ciuitate & duos de cognatione : & adducam uos in ſyon Ieremie Tercio capitulo .

## Diſcipulus

Scrutinium noſtrum caſti eloquii hora eſt ut interrũpat oratio gratiarum actio & uox laudis | quoniam finem ſcrutandi finis libri ſpectare nõ poteſt quia incomprehenſibilis eſt quem cepimus ſcrutari : & ut uerbis utar hylarii qui pie infinita proſequitur | & ſi non ſe peruenturum nouit tamen profecturum gratulatur ĩextimabilem : Ideo fructum tam dulcis ſcrutinii celſis laudibus proſequamur aperte confitentes : Quia hec eſt lex domini ĩmaculata conuertens aĩas teſtimoniũ dñi fidele ſapientiam preſtãs paruulis : Illa ergo parua ſtella ſermonum eius quam ipſo ſtillante ſcrutando deguſtauimus a proſequenda lectione in eius dilectionem ſponte nos rapiat : Vnde quẽ diligenter hactenus ſcrutati ſumus ſcrutemur amodo diligendo : Exquo ĩ hiis que chriſtiane religionis ſunt penetrabilius ſine carta & calamo procedemus : quia dilectio interdum intrat ubi cognitio foris ſtat : Si alimenta quoqꝫ morituri corporis edunt pauperes & ſaturantur : Vt laudent dominum qui requirunt eum : Immenſa eloquiorum dei medullam eterne uite ſub cortice ſcrutantes in uoce exultationis & confeſſionis debẽt exultantes alacrius reſonare quoniã quitquid in ea ſtudioſe ſcrutamur ẽ ueritas | quitquid precipitur bonitas | quitquid promittit felicitas : Ipſe autem mediator dei & hominum homo Chriſtus Ieſus ueritas eſt ſine fallacia | bonitas ſine malicia | felicitas ſine miſeria : Cui honor & gloria in ſecula ſeculorum Amen .

Anſer Tarpeii cuſtos Iouis : unde : ꝙ alis
Conſtreperes : Gallus decidit : ultor adeſt :
Vdalricus Gallus : ne quẽ paſcantur in uſum
Edocuit pennis nil opus eſſe tuis .
Imprimit ille die : quantum non ſcribitur anno :
Ingenio : haud noceas : omnia uincit homo :

VNIVERSIDAD DE SALAMANCA
GREDOS.USAL.ES

## Regiſtrum huius libri.

| | | |
|---|---|---|
| Incipit | Saulus audio | Non poſſunt |
| quod ſenſus | quod uix | mundi |
| utrunqꝫ | michi que | capitulum viii. |
| gladio | iſti heretici | precepta |
| intelligitur | idcirco | uenit |
| Redēptionem | Summus | Ut patet |
| ſaluatus eſt | nec requiritur | paulus ut clarius |
| ſed ducentos | ſanguine | tractetur |
| capitulum ii. | paulus multe | ſanctificauit |
| lege in Iſaya | ad paradiſum | primogenitoꝝ |
| Ut poteſt | Quiquidem | Paulus dic |
| humana | doctrine | reperies |
| mentio | abrahe | plurali |
| libro ſuo | que eſt | paulus uerum |
| ꝙ in babilonia | paulus licet | deo ſoli |
| Magiſtri | Diuerſa | Enim dicitur |
| ſuperficietenus | ut reſpondens | de deo non |
| fluxerunt | in hoc uolo | procedunt |
| de bannolas | in iii politicoꝝ | filiacioni |
| per ſingula | accidentalis | quod filius |
| Intelligi | Et ecce | Habitationum |
| edificationum | paulus placet | exprimuntur |
| finxit & | eius non eſſet | paulus ſupra |
| pagani | paulus quod | dedit genti |
| lege & preceptis | annis | dicitur .ſ. |

VNIVERSIDAD DE SALAMANCA
GREDOS.USAL.ES

In hebreo
includunt
erat ſemper
non erat
eſſe non

Deſignatur
conſiliarius
licet in predictis
thetragramathon
deus ſummus

Preterea
cibus
eſſe quoddam
capitulum iiii
mgrī duo ſunt

Sed etiam
tamen uocalis
mea non
interponuntur
aliquam partem

Et ideo
humilitatem
ſecundū uero
detrimentum
rationem tuam

Terminatur
uidetur ꝙ
quod omnium
rurſum ad
extimandum eſt

Capitulum x.
chriſti diuulgata
ſuauitatis
ratio ſacrificiorum
particularia

Tu es ſacerdos
intuenti illum
uirtute
eccleſie
ſcripturas

Tantū i qualibet
tiam eſſe
tenetur ſuo
mgrī in ſuis
etiam ſtricta

Blaſphemum
deo ſeu de
ex hoc autem
circa hoc
inuentionum

Cantate domino
huiuſmodi
inter ſe
quam baldach
capitulo .ſ.

In tertio
obſeruatione
pene duratio
ſuper illud
capitulo ſecundū

Diſcipulus ut
ſimilare ſanctitatē
ex cupiditate
prout tu doces
pharigaicam

Exercebant
ad chriſtum
ipſemet non
iohan ix capitulo.

390

VNiVERSIDAD DE SALAMANCA
GREDOS.USAL.ES

VNIVERSIDAD
DE SALAMANCA

VNIVERSIDAD
DE SALAMANCA
GREDOS.USAL.ES

VNIVERSIDAD
DE SALAMANCA
GREDOS.USAL.ES